UNIVI ARIA
LIOTECA
ALESSANDRINA
C

Q c 61

INDEX PRIMI, ET SECVNDI TOMI CONCLVSIONVM LEGALIVM.

QVÆ INGENIOSE DELIBATÆ FVERVNT EX FLORIBVS Deciſionum Rotal'um totius Orbis, & præcipuè Romanæ Rotæ, quæ, aut typis impreſſę, aut manuſcriptę leguntur.

IN QVIBVS RERVM DIFFINITIONES, OMNIAQ; NECESSARIA ad materiam Iudiciorum Ciuilium, & Criminalium; necnon ad Deciſionem beneficialium, & ſpiritualium cauſarum, varijs, verisq; rationibus enucleantur, ibiq; dogmata Theoricę, ac modernæ praxis, & rituum quorumcumq; Tribunalium Italiæ, & extra, facillimè congeruntur.

Præterea de differentijs inter vtrumq; Forum ad partes diſputatur, eædemq; preclaris dictis ſacrarum, ac humanarum litterarum ſtudioſè illuſtrantur.

Opus alphabetico ordine diſpoſitum, cunctiſq; virtutum profeſſoribus perutile, ac neceſſarium.

A V C T O R E

LAVRENTIO VRSELLIO FOROLIVIENSI I.V.D.

CVM PRIVILEGIO.



228
42

ROMÆ,
Ex Typographia Io: Baptiſtæ Robletti MDCXXXVII.

Superiorum permiſſu.

Ex Legato Josephi Campani J. V. D.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. M. S. Palatij.

A. Torniellus Viceſgerens.

EGo Yuo Gattula Rom. I. V. D. & in almo Vrbis Gymnaſio Legum interpres in ordinarijs primarius matutinus ex auctoritate Reuerendiſs. Sacri Apoſt. Palatij Magiſtri Tertium Volumen, quod Repertorium nuncupant duorum priorum inſcriptorum EXAMEN APVM, SIVE CONCLVSIONVM LEGALIVM, Auctore Conſultiſsimo viro D. LAVRENTIO VRSELLIO nobili Foroliuienſi, legi, & conſideraui, nihilq; in eo, quod œcumenicæ, & orthodoxæ Fidei ſit contrarium, boniſq; moribus repugnet comperi, quapropter ipſum ad publicam vtilitatem imprimendum, & in vulgus dandum cenſeo, Romæ, 4. Id Februarij M. DC. XXXVII.

Ego Idem Yuo Gattula.

Imprimatur

Fr. Hyacintus Lupus Mag. & Soc. Reuerendiſs. P. M. Sac. Palatij Apoſt. Ord. Prædic.

INDEX ALPHABETICVS CONCLVSIONVM ET MATERIARVM

Primi, & Secundi Tomi Laurentij Vrſellij, locupletiſſimus, & in pluribus verbis ad faciliorem Studentium adinuentionem miro, atque elaborato ordine ab eodem Auctore accommodatus.

ABBAS Patrem ſignificat, & ille dicitur, qui in Sodalitate, ac Cœnobio Monachorum principatum obtinet, concl. 1. n. 1.

A Iuſtiniano Archimandrita, à nonnullis verò Cœnobiarcha, vel Archimonachus appellatur, vt ibidem.

Quando eſt Regularis, & quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionē habet; tunc dicitur Sponſus Eccleſię, ita vt per eius obitum Eccleſia vacare dicatur, ibidem.

Abbates olim dicti ſunt Proceres, ſiue ex vocabuli notione, ſiue quia Abbatiarum prouentu fruerentur; & propterea ille Hugo fuit dictus Abbas, de quo ortum eſt illud adagium; Hugo ille Capetus Galliæ Regnum arte fuit adeptus, ibi n. 3.

In Aragonia dicuntur Rectores Prouinciarum, & eorum vxores Abbatiſſæ, ſed impropriè vocantur, concl. 1. n. 3. & concl. 3. n. 19.

Abbatum variæ ſunt ſpecies, & alij, qui Patres denominantur, caput Religionis facientes; & iſti ſigillum authenticum habent, quemadmodum Abbates exempti, qui immediatè Romanæ Eccleſiæ ſunt ſubiecti, concl. 1. n. 4.

Alij ſunt, qui inferiores vocantur, & iſti ſigillum authenticum non habent; niſi ex priuilegio, vel conſuetudine; aut niſi in his, quæ ad eorum officium ſpectant, ibi n. 5.

Eorum confirmatio ad Pontificem, ſiue de Latere Legatum immediatè ſpectat, ibi n. 4.

Qui Pontificalibus vtuntur, Patres, Antiſtites, & Regularium Duces vocantur, ibidem num. 4.

Inferiores autem, quando habent priuilegium, vtpotè, in Concilio Prouinciali, aut Synodo Epiſcopali; tunc non vtuntur niſi Mitra ſimplici; ſed quando illi ſunt exempti, tunc Mitris auri frigiatis vtuntur, ibi n. 5. & 105.

Declara tamen id procedere in Synodis, & Concilijs Prouincialibus, & Diœceſanis; at ſecus in Concilio Generali, quia in eo nec Epiſcopi illis vti poſſunt, ſed ſolùm illis planis, & albis vt ibidem.

Item alij ſunt Seculares, alij verò Regulares.

Seculares ſunt, qui exercent, nedum in Clericos; verumetiam in laicos ſibi ſubditos quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem, ac inſignia Pontificalia geſtant, concl. 1. n. 6.

Secularium alij ſunt inferiores, qui nec Iuriſdictionem habent, neque Pontificalibus vtuntur; quamuis eorum Abbatiæ dignitatem contineant, ibidem.

Alij ſunt, qui in Eccleſijs Collegiatis, toto Collegio Canonicorum præſunt, vt ibidem.

Regulares ſunt, qui ſub ſe Regulares ſubditos habent, quorum gubernio ſunt præpoſiti, & iſti omnibus prærogatiuis Abbatum gaudent, ibi n. 7.

Regularium alij ſunt inferiores, alij ſupremi, ibidem.

Inferiores ſunt illi, qui Conuentuales, ſiue Locales vocantur, & eorum Monaſterijs præſunt, & immediatam prælationem habent, & ſub eis nullus alter Prælatus exiſtit; quia verè Prælati vocantur, ibidem.

Regulares verò ſupremi dicuntur Generales, qui nemini, niſi ſoli Summo Pontifici ſubijciuntur, ibidem.

Abbas quando Mitra, & Baculo vtitur, poteſt ſolemnem benedictionem in Eccleſijs ſibi ſubiectis conferre, ibi n. 8.

Quando habet Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium ſeparatum, poteſt ea omnia in Eccleſijs ſibi ſubiectis exercere, prout Epiſcopus in ſua Diœceſi, ibid. n. 9.

Amplia, vt ibi n. 10.

Et Generalis differt à Locali in amplitudine Iuriſdictionis, & quoad dependentiam, concl. 1. n. 10.

Sed extra ſuam Eccleſiam, & Iuriſdictionem non poteſt benedictionem conferre, neque Eccleſias, & Cœmeteria, ſine Ordinarij licentia reconciliare, concl. 1. n. 11.

Regulares poſſunt ex priuilegio ſpeciali, licèt nō

de Iure communi ſolemniter Populo Benedicere, nedum coram Epiſcopo, & alijs maioribus Prælatis; verùm etiam coram Cardinalibus etiã de latere legatis. concl. 1 num. 12.

Extende vt ibi num. 13.

Item poſſunt adhiberi in degradationibus ab Ordinibus Eccleſiaſticis, vbi certus numerus Epiſcoporum requiritur, concluſ. 1. n. 14.

Et exempti culmen dignitatis habere dicuntur, & veluti Epiſcopi ſuprema poteſtate funguntur, concl. 1. n. 14.

Veniunt appellatione Prælatorum ſi Abbatia Regularis ſit Clerico, Seculari commendata, concl. 1. ſub n. 14. & ibi aſſignatur ratio.

Sed non veniunt appellatione Prȩlatorum in materia odioſa, concl. 1. n. 14. in fin.

Illi Mitrȩ, & baculi inſignia ferentes cȩteris illis carentibus præcedere debent. concl. 1. n. 15.

Et adeò ſunt priuilegiati, vt antequàm ſint benedicti, & ornamentis Pontificalibus vtantur, dicuntur Abbates, concl. 1. n. 16. & ibi aſſignatur ratio.

Abbatis benedictio potius refertur ad quandam conſuetudinem, & ſolemnitatem, quàm ad ſubſtantiandum actum, concl. 1. n. 16.

Et ante benedictionem poteſt ea omnia exercere quæ ad eius officium ſpectant, cum poſtquam electus eſt, dicatur Abbas, concl. 1. n. 17.

Et poſtquam electus illius beneficia vocant, licèt ea non vacent Epiſcopo ante conſecrationem, & in Archiepiſcopo ante Palij ſuſceptionem, concl. 1. n. 17.

Poteſt ſuis ſudditis Ordines cõſerre, etiam quòd ab Epiſcopo fuerit denegata benedictio ab Abbate petita, concl. 1. n. 17.

Ille ſolùm benedictionem petit ab Epiſcopo, qui iuxta ſolitum ex deuotione benedici ſolet, concluſ. 1. n. 17.

Et ille qui ſecundum vſum Eccleſiȩ nullam benedictionẽ tenetur impetrare, poteſt Ordines ſuis ſubditis conferre poſt illius electionem, abſque quòd fuerit illi benedictio data, concl. 1. n. 17.

Poteſt Ordines ſuis ſubditis ante benedictionem conferre, quando adeſſet immemorabilis cõſuetudo dictam benedictionem non petendi, concluſ. 1. n. 18.

Et benedictione non eget quando conſuetudo de 40. annis extaret de ea non petenda, & tunc diceretur deſuetudo, veluti quoq; lapſus eiuſdem temporis eam petendi ſufficeret, pro ea obtinenda, concl. 1. n. 19.

Abbates ſi aliqui reperirẽtur, qui intra tempus 40. annorum fuerint benedicti; alij verò non, tunc eſt in electione Abbatis eam ſuſcipere, vel non, concl. 1. n. 19. & 20. & ibi ratio aſſignatur.

Illis poteſt dari benedictio, vbi conſuetudo eam petendi adeſſet; nedum diebus Dominicis, ſed etiam alijs in, quibus poſſunt minores Ordines conferri, concl. 1. n. 21.

Et eorũ benedictio non eſt tanta, quanta eſt conſecratio Epiſcopi, nec minus eſt maior, quàm Eccleſiæ, ſiue Altaris conſecratio, in qua Sacra vnctio adhibetur, & tamen illȩ duȩ functiones alijs diebus quàm Dominicis fieri poſſunt, concluſ. 1. num. 21.

Et benedictio quando eſt impetranda, tunc prius illius confirmatio præcedere debet, concluſ. 1. num. 22.

Et confirmatio quando ſemel eſt conceſsa, amplius reiterari non debet, veluti dicitur de benedictione nuptiali, quæ licèt characterem non imprimat; tamen illius repetitio non fit, concl. 1. num. 21.

Et dicta cõfirmatio quãdo ſumus in exemptis fit ſolùm Romani Pontificis generali, vel peculiari auctoritate, ſiue legati da latere, concl. 1. n. 22.

Declara tamen, vt ibi ſub num. 23.

Abbates ſi non ſint exempti, tunc eorum cõfirmatio auctoritate Epiſcopi fieri poteſt; licèt hodie ex prouiſione Romanorum Pontificum Abbates inferiores confirmentur auctoritate ſuorum Abbatum Superiorum, ſiue Præſidentium, vt videmus de Prioribus, & Miniſtris Prouincialibus Ordinum Mendicantium, qui nutu, & auctoritate Prioris, & Miniſtri Generalis confirmari ſolent, concl. 1. n. 24.

Abbatis benedictio ſola, vbi primũ locum, ſine cõfirmatione obtinet, vel quando illius ſola confirmatio vicem benedictionis gerit, tunc per benedictionem, ſiue confirmationem omnis poteſtas, & Iuriſdictio Abbati tribuitur, concluſ. 1. num. 25.

Secus quando confirmatio præcedit, & poſtea illi benedictio ſubſequitur, quia tunc per confirmationem omnia Abbati conferuntur, quæ ad Iuriſdictionem ſpectant, per benedictionem verò ea conferuntur, quæ ordinis ſunt, vt eſt vaſa, aut veſtes ſacrare, ſiue ordines Minores conferre, aut Populo ſolemni ritu benè præcari, concluſ. 1. n. 25.

Abbas ille dicitur qui eſt electus, & confirmatus, concl. 1. n. 25.

Per confirmationem Papæ recipit Iuriſdictionem Ordinariam, cum mero Imperio in Monachos ſibi ſubiectos, concl. 1. n. 25.

Et qui eſt benedictus, vel ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ habet facultatem exercendi Pontificalia, poteſt omnia ſacra benedicere; id tamen facere non poterit in illis, in quibus ſacra Vnctio adhibetur, concl. 1. n. 26. & 27. & ibi ratio aſſignatur.

Et an poſſit appellare, ſi in caſu petendȩ benedictionis Epiſcopus eam concedere recuſet. vide ibi num. 28.

Et quando illi eſt conceſſa exemptio vna cum Iuriſdictione ampliſſima, nedum id operatur illud priuilegium conferendi benedictionem; verũ etiam facit, vt eius Eccleſia non dicatur de alicuius Dioceſi, concl. 1. n. 29.

Abbatem habere territorium ſibi pleno Iure ſubiectum, vel illud habere proprium, paria ſunt, concl. 1. n. 29.

Abbatis loca exempta licèt non ſint de Dioceſi; tamen in Dioceſi ea extare dicuntur, concluſ. 1. num. 30. & 31. & ibi ratio aſſignatur.

Poteſt punire delinquentes in loco exempto, nõ tamen

tamen illi poſſunt puniri iuxta ſtatutum illius Diœceſis; quod tamen intellige verum, iuxta diſtinctionem, quæ datur ibi ſupra n. 32. & 33.

Abbates quando habent Iuriſdictionem ſibi pleno Iure commiſſam, poſſunt multa facere, & præſertim in alienationibus rei Eccleſiæ decretum interponere, concl. 1. n. 34.

Habentes territorium ſeparatum, tunc non ſolū illud dicitur eſſe Nullius Diœceſis; ſed etiam dicitur propriæ Diœceſis effectum; & propterea ipſi Abbates dicuntur Diœceſani, concl. 1. n. 35. & ibi ratio aſſignatur.

Et territorium ſeparatum, ac priuatam Iuriſdictionem habentes; tunc illi non viſitant eo modo, quo faciunt alij inferiores, veluti Archidiaconus, & ſimiles; ſed vti Ordinarij procedere debent. concl. 1. n. 36.

Abbas, quando habet Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & nullius Diœceſis eſt; tunc litteræ diſpenſationum, & ſimiles eiuſdem Prouinciæ, Abbati ſunt remittendæ, concl. 1. num. 37. & n. 38. ratio aſſignatur.

Amplia, vt ibi n. 39.

Sed quando habet territorium ſeparatum, & Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; tunc Epiſcopus non poteſt illud viſitare, etiamſi eſſet Sedis Apoſtolicæ delegatus, concluſ. 1. num. 41.

Sed, quòd ſubijciatur viſitationi Epiſcopi, etiamſi habeat Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; niſi tamen haberet Abbas ſolida Iura Epiſcopalia, vſque ad ea, quæ tangunt ordinem, vt eſt reconciliatio Eccleſiæ pollutæ, vide concl. 1. n. 42. in fin.

Quando habet territorium ſeparatum, poteſt ibi Iuriſdictione Ordinaria vti, quando nullus Epiſcopus poſſet ibi iura Epiſcopalia exercere, concl. 1. n. 43.

Declara, vt ibi n. 44. & 45.

Sed ad hoc, vt dicatur Abbas exemptus à Iuriſdictione Epiſcopi, debet obſeruantiam priuilegij ſuæ exemptionis probare; & quòd probatio ſit releuans, proxima, necnon priuilegio cohærens; & ratio eſt, quia id non poteſt à remotis peti, concl. 1. n. 49.

Et in hoc obſeruantia priuilegij non erit remota, quando ea fit infra quadraginta annos concl. 1. n. 50.

Extende tribus modis, vt ibi num. 51. 52. & 53.

Et quando habet Iuriſdictionem temporalem in Parrochianos; tunc Ordinarius non poterit viſitare Parrochias Curam animarum, & Sacramenta exercentes. concl. 1. n. 55.

Declara, vt ibi ſub n. 56.

Extende declarationem duobus modis, ibidem.

Item quando eſt exemptus, tunc Epiſcopus non poteſt aliquem excommunicare, qui eſſet de Iuriſdictione Abbatis, & à ſua exemptus. concl. 1. n. 58.

Quando habet territorium à Diœceſi ſeparatum, non debet priuari ſua quaſi poſſeſſione, ſed in ea manuteneri; præterquam in cauſis matrimonialibus, criminalibus, & alijs, de quibus in concl. 1. n. 60.

Poteſt Priorem manualem ſine cauſa remouere, quod tamen intellige verum, niſi ſubſit malitia, ſiue alicuius odij præſumptio, concl. 1. n. 61.

Poteſt benedicere Campanas, etiamſi illæ in Eccleſijs non ſuæ Religionis inſeruire deberent, concl. 1. n. 62.

Extende, quod etiam poſſit benedicere veſtes, & calices, & ſimilia, concl. 1. n. 63. & 64.

Contrarium, vt ibi n. 65.

Concorda, vt ibi num. 66. & ibi ratio differentiæ aſſignatur.

Poteſt remittere denunciationes in matrimonijs faciendas, concl. 1. n. 67.

Item poteſt abſoluere illius Monachos ab excommunicatione incurſa; immò habet etiam poteſtatem in crimine hæreſis; dummodo ibi Inquiſitores non adeſſent, concluſ. 1. num. 68. & ibi modus procedendi in hoc crimine datur.

Secus autem in crimine hæreſis notorio; quia tunc neque Epiſcopus poteſt abſoluere ab hæreſi, quando ea ad forum contentioſum eſt deducta, concl. 1. n. 69. & ibi declaratur remiſſiue, quando illud delictum ſit occultum, vel manifeſtum.

Et quando Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet; tunc ſuos ſubditos ab irregularitatibus ex occulto delicto prouenientibus diſpenſare poteſt, concl. 1. n. 70.

Secus autem ſi irregularitates eſſent deductæ ad forum contentioſum, & quando homicidium eſſet voluntarium; quia tunc diſpenſare non valeret, concl. 1. n. 70. & 71. vbi ratio aſſignatur.

Abbas Eccleſiæ nulli Epiſcopo ſubiectę, poteſt dare licentiam alij Sacerdoti, vt aſſiſtat matrimonio, concl. 1. n. 72.

Item poteſt conſentire electioni de ſe factæ, ſine Superioris licentia, concl. 1. n. 73.

Extende, vt ibi n. 74.

Non poteſt ſuum Monaſterium derelinquere, nec tranſitum facere de ſua Eccleſia ad aliā, ſine Superiorum licentia; quod tamen intellige de Abbate exempto, non autem de non exempto, concl. 1. n. 74.

Et non exemptus electus in Epiſcopum illius Diœceſis, vbi per prius erat ſubiectus, poteſt ſe alienare ſine Superiorum licentia. concl. 1. n. 74. vbi ratio aſſignatur.

Exemptus autem in eius alienatione licentiā habere debet à Papa, ſeu de latere Legato, vt ſcilicet ad Epiſcopatū tranſire poſſit; quemadmodū dicitur de Abbate non exempto, vel de Clerico inferiori, qui ſine licētia Epiſcopi minimè ab eorum Religione diſcedere poſſunt, concl. 1. n. 74.

Et non exemptus, ſiue Clerici inferiores, ſine licentia Epiſcopi ab eorum Religione diſcedere non poſſunt. ibidem.

Abbates, ſeu alij Prælati, vel Religioſi hodie in electionibus Epiſcoporum, vel Archiepiſcoporum non ſunt vocandi; quia electio

Eccleſiæ ad Canonicos ſpectat, niſi aliud conſuetudine cauetur, concl.1.n.75.
Declara tamen procedere, vt ibi ſub eodem n. 75.
Abbas non tenetur recipere excommunicatum Religionem ingredi volentem; ſed ſi eum recipiat, ingreſſus valet; ſed ad aliud monaſterium eſt transferendus, concl.1.n.76.
Quando poſſit Monachos expellere, quorum correctio deſperatur, vide ibi num. 77. cum ſeqq.
Et Monachorum vota diſſolnere poteſt, quæ eius poteſtatem, & adminiſtrationem perturbant, & in genere, & in vniuerſum; & perinde eſt Abbas in Monachum, vt eſt Pater in filium, concl.1.n.80.
Eandem poteſtatem habet in Monachum Religionis fauore, cum ipſe omni voluntate ſe abdicauerit, veluti Pater habet in filium, concluſ. 1. n.80.
Item ius habet diſſoluendi vota à Monachis facta in his, quæ ad Regulam ſpectant Monaſtici Inſtituti, concl.1.n.81.
Idq; extenditur etiam in caſu, vbi Abbas vinculo Conſtitutionis, ſine Regulæ ſolnere non poſſet, ibidem n.81. & ibi ratio aſſignatur.
Poteſt etiam diſſolnere vota à Monacho facta ad tempus, quando tempore voti erat conſtitutus ſub alterius Abbatis poteſtate, & nunc in ſua propria exiſtat, ex ea ratione; quia Monachi voluntas dicitur in totum Abbati ſubiecta, concl.1.n.82.
Extende pari modo procedere in illis votis factis ante ſuſceptum Monaſticæ vitæ habitum, concluſ.1.n.83.
Limita tamen non procedere tribus modis, vt ibi n.83. & ſeqq.
Habet ius eximendi Monachum ab obſeruantia alicuius Regulę, necnon Ius commune relaxandi, concl.1.n.85.
Poteſt concedere licentiam Nouitio ſuſcipiendi Sacros Ordines, necnon poteſt dare facultatem, vt Apoſtata ad alios Ordines aſcendat, vel in iam ſuſceptis miniſtret, concl.1.n.85.
Item poteſt concedere licentiam Monachis trãſeundi ad laxiorem Religionem; ex iuſta tamen cauſa, & prius nota, & approbata, ne tranſiens ad eam forſan retoceetur, aut aliqua ratione vexetur, concl.1.n.86.
Extende duobus modis procedere, ibidem.
Cauſa autem iuſta debet tradi in ſcriptis, quando licentia fuit ab inferiori conceſſa; at ſecus quando à Papa, ibidem.
Poteſt quoque concedere licentiam Monacho, vt in Cella ſeparata ab alijs viuat, iuſta cauſa; vtpotè poſt emeritos illius labores, aut ob infirmitatis neceſſitatem; dummodo tamen intra eadem ſepta Monaſterij, & ſub Abbatis poteſtate dicta Cella exiſtat, concluſ. 1. num.87.
Poteſt ad nutum concedere peculium Monacho; quod tamen intellige verum de Iure antiquo; at ſecus ex diſpoſitione Concilij Tridentini in ſeſſ.25. cap. 2. de regularib. vt ibi num. 118.
Ille habere debet, ſeu illius Monaſterium ſpolia Monachorum; non autem Arrendator, concl. 1.n.89.
Sed qualis Abbas debeat habere bona conuolantis de vno ad aliud Monaſterium, vide ibid. num.89.
Abbates habere poſſunt ſtudia, & lectiones Sacræ Scripturæ, necnon etiam Seminaria; Nam Deciſiones factæ de habendis Seminarijs, etiam in huiuſmodi Abbatibus verificantur, concl.1. n.90.
Abbas poteſt in eius Iuriſdictione beneficia ſimplicia, & curata conferre; necnon etiam in permutationibus, & reſignationibus eius auctoritatem interponere, concl.1.n.91.
Declara id procedere in exempto; ac ſecus in non exempto, ibidem.
Item poteſt ſe obligare pro expenſis factis à Monacho, pro reuertendo à loco Studij, ad ſuum Monaſterium, concl.1.n.92.
Abbas Monachorum Silueſtrinorum habet omnia priuilegia conceſſa Monachis Camaldulenſibus, & alijs Monaſterijs totius Orbis, & inter cætera illud Minores Ordines conferendi, concl.1.n.93.
Sed ſuo ſtatuto, quod vnà cum concilio ſui Conuentus edidit, non ligatur; quemadmodum nec illud etiam ſuum ſucceſſorem tenet, concl. 1.n.94.
Abbates, ſeu alij Prælati pro membris inferioribus, conueniri non poſſunt vltra vnam dietam, habita ratione loci contentioſi, concl. 1. n.95.
Abbates, & Monachi dicuntur Ciues, & Municipes illorum locorum, in quibus morantur, concl.1.n.96.
Abbatis poteſtas in Monachos extenditur, etiam ad eam Prioris, qui in eius locum ſuccedit quãdo Abbatem abeſſe contingerit; quia tunc ille Prior ea omnia exercere poteſt, veluti Abbas facere potuiſſet, concl.1.n.97.
Fallit tamen, vt ibi n.98.
Contrarium tamen ibi n.99.
Declara tamen, vt ibi n.100.
Abbatis appellatione quando veniat Prior, aut Præpoſitus, vide ibidem.
Abbates habentes Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, de neceſſitate ſunt vocandi ad Oecumenicam Synodum, concl.1.n.101
Et in Synodo Oecumenica habent primum locũ poſt Epiſcopum iuniorem, ſiue illius Procuratorem, ibidem.
Sunt in priori gradu dignitatis poſt Epiſcopum, & ideo præferuntur Generalibus Ordinum, concl.1.n.101.
Et Rectores Parrochialium tenentur ire ad Synodum, etiamſi eſſent nullius diœceſis; niſi haberent priuilegium, vel eſſent in quaſi poſſeſſione non eundi, concl.1.n.102.
Extende, vt ibi n.103.
Abbates, & Prælati Regulares ad Synodum

ire non tenentur, niſi adeſſet conſuetudo in contrarium, vel haberent Cappellas, & Eccleſias Parrochiales cum cura animarum, & eorum Monaſterio annexas. concl.1.n.104. & ibi aſſignatur ratio.

Et etiam exempti ligantur Statutis, & Ordinationibus Oecumenicæ Synodi. concl. 1.n.104.

Abbates, & Prælati inferiores in Prouinciali Synodo habent votum deciſiuum, illorum verò Procuratores conſultiuum tantùm. concluſ. 1. n. 105.

Exempti in Synodis Prouincialibus, & Diœceſanis vtuntur mitris aurifrigiatis; laminas tamen aureas, vel argenteas non habentibus. concl.1. n.5.& 105.

Fallit tamen duobus modis, ibidem.

Abbates, & alij Prælati, vt ſciant quando Concilijs interuenire debeant, ſunt citandi.concl.1.n.106. & ibi datur forma citationis.

Et iſti, & cæteri Prælati inferiores poſſunt abeſſe ab eorum Eccleſijs, per ſpatium duorum, vel trium menſium continuorum, vel interpollatorum, recreationis gratia, & ex iuſta cauſa; ſi tamen id fiat ſine detrimento Gregis ſibi commiſſi.concl.1.n.107.

Et Territorium cum iuriſdictione Epiſcopali habentes, ſi vltra prædictum caſum non reſideant, incurrunt eaſdem pœnas, quas Epiſcopi non reſidentes.concl.1.n.108.

Et illi, & Prælati Regulares habentes Curam animarum, per ipſoſmet adminiſtrandarum, ſi nô reſideant dictas pœnas incurrunt, de quibus ſupra.concl.1.n.108.

Fallit ſi adeſſet iuſta, rationabilis, & neceſſaria cauſa. concl.1.n.109.

Et quæ cauſæ à reſidentia excuſent, vide ibidem.

Abbas tranſiens per loca extra ſuam Iuriſdictionem rogatus à deuotis perſonis, poteſt illas licitè benedicere; abſque tamen ſolemnitate, & ſine animo exercendi iuriſdictionem, concl. 1. n.110.

Poteſt benedictione Pontificali in aliena Eccleſia vti, ſi licentiam celebrandi in ea haberet; aliàs ſecus, concl.1.n.111.

Et inuitatus ad celebrandum in aliorum Eccleſijs, poteſt in illis liberè Pontificaria exercere, & Ordines minores conferre, concl.1.n.112.

Poteſt per declinatoriam fori, ab Ordinariorum moleſtijs ſua iura tueri, concl.1.n.113.

Et quomodo in ipſorum iurium exhibitione ſe gerere debeat, vide ibidem remiſſiuè.

Contrarium habetur n.114.

Concorda, vt ibi n.115.

Abbates de iure communi à lege Epiſcopali Diœceſana ſunt exempti; à lege autem Iuriſdictionis non; niſi aliquando per priuilegia, concluſ. 1. n.113.

Et Regulares habent Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, concl.1.n.115.

Et quando Regulares Inferiores, aut ad vitam, aut ad certum tempus creantur, non poſſunt intra illud, abſque iuſta cauſa, à ſuis Superioribus deponi, concl.1.n.116.

Abbas poteſt deponi ſi ſit incontinens, bonorum dilapidator, in adminiſtratione negligens, præuaricator ſuæ Regulæ, vel adeſset vrgens ratio maioris boni communis, concl.1.n.116.

Sed antequam deponatur, tunc illi debet legitima defenſio concedi, concl.1.n.117.

Poteſt cogi ad renunciandum officium ex pluribus cauſis, conſulto tamen de illis, concl. 1. num.118.

Cauſæ autem ſunt iſtæ; nempe conſcientia criminis, ſenectus, corporis infirmitas, defectus ſcientiæ, graue ſcandalum, impedimentum corporis, & irregularitas, vt ibidem.

Debet habere ſcientiam ſaltem competentem, concl.1.n.118.

Quando renunciat, debet facere renunciationem in manibus Generalis, vel alterius Superioris, ſi loquamur de Abbatijs, & Prælaturis electiuis; ſecus ſi de illis, quæ à Papa conferuntur, quia illæ in manibus illius ſunt reſignandæ, aliàs renunciatio alio modo facta non valet, concl.1.n.119.

Depoſitus ab Abbatia vti culpabilis, remanet Monachus illius Monaſterij, in quo fuit depoſitus, concl.1.n.120.

Quando deponitur ab Abbatia, tunc culpabilis præſumitur, ibidem.

Qui ſponte ſuo muneri ceſſit, vel ab eo ſine culpa ſua fuit depoſitus, tunc habet primum locum poſt Abbatem in Choro, & in Conuentu, concl.1.n.120.

Abbates Generales non coguntur reſidere in in particulari loco ſuæ Religionis; ſed ibi reſidere debent, vbi eorum præſentia erit magis vtilis, & proficua, concl.1. num.121. & concl.2. num.41.

Extende, vt ibi ſub n.121.

Abbates, & cæteri Prælati non poſsunt etiam ad inſtantiam Regum, & Principum egredi limites ſuæ Religionis, & ad remotas partes ſe conferre, ac abeſse, vltra tres menſes, ſine licentia Summi Pontificis, concl.1.n.121.

Abbas poteſt Pontificalibus vti, necnon populo benedictionem conferre in ijs locis, qui eidem pleno iure ſint ſubiecti; ſecus autem in non ſubiectis; niſi ex particulari priuilegio illud ei fuerit conceſſum, concl.1.n.122.

Et illius benedictio, ad hoc, vt ſit valida debet fieri in diebus feſtiuis ſuper populo, dum ſolemnia celebrantur, concl.1.n.123.

Secus autem ſi daretur alibi; nempe publicè per vias, aut ciuitates, caſtella, ſiue villas; quia eam tali modo Abbas dare non poteſt, concl.1. n.123.

Et licèt Mitra, & baculo vtatur, necnon faciat omnia ad ſpiritualem Iuriſdictionem concernêtia; nihilominus non poteſt impedire Epiſcopũ quin temporalem, & contentioſam iuriſdictionem exerceat; nempe in cauſis matrimonialibus, criminalibus, cum ſimilibus; & propterea hinc fit, quòd ille manuteneri debet in earum cognitione; niſi per tres conformes contrarium probetur, concl.1.n.124.& ibi ratio aſſignatur.

Qui priuilegio Mitræ, & baculi fruitur regulariter ſubeſt Epiſcopo, & per eum illius negligentia ſuppletur, & ab Epiſcopo, ob aliquod eius delictum, etiam inuito conuentu, deponitur. concl. 1. n. 126.

Abbates, licet habeant ius inſtituendi in locis ſibi ſubiectis; nihilominus Monachi ibi delinquentes Synodali iudicio mulctantur, nam Sacerdotum piacula Epiſcopi mucrone reſecantur. concl. 1. n. 129.

Poſſunt procedere contra Monachos ad eorum correctionem, iuxta tamen illorum Regulam, non autem in forma iuris. ibid.

Abbati potius tenentur obedire Monachi, quàm Epiſcopo; quia Abbas eſt caput ſui Capituli, & Collegiatæ, vt eſt Epiſcopus ſui Cleri: in his tamen, quæ ſunt circa obſeruationem ſuæ Regulæ; ſecus autem, vbi ageretur de cauſis iuxta ordinem iuris pertractandis, quia tunc potius Epiſcopo, quàm Abbati obedire tenentur. concl. 1. n. 129.

Abbas poteſt procedere contra delicta Monachorum, quæ ipſorum Regulam reſpiciant; non autem, quæ conuerſationem communem offendunt, vt ſunt furta, & homicidia, quorum cognitio, & correctio ad Epiſcopum ſpectat. concl. 1. n. 130.

Item poteſt excommunicare Monachos, habito tamen reſpectu ad pœnitentialem forum, non autem ad contentioſum. ibid.

Iſtud nomen Abbatis eſt potius ſollicitudinis, quàm honoris. concl. 1. n. 130.

Abbas poteſt corrigere Monachos, etiam ſine conſilio conuentus. concl. 1. n. 131.

Et illius priuilegia eximentia Monaſteria, & co[illegible], non dicuntur tamen eximere loca, & caſtra, ſiue populum, nec minus territorium ſeparatim concludunt; quia exempti ſolùm habent iuriſdictionem in perſonis; non autem in locis, & quando loca exempta conſtituunt territorium ſeparatum de ſe, tunc impropriè, & quoad certos effectus, necnon per modum æquiparationis [illegible] venit, & non aliàs: concl. 1. n. 132.

Et qua[illegible] exemptus non poteſt concedere Clericis litteras dimiſſoriales, vt ordinentur, ſed poteſt bene illas concedere Regularibus ſibi ſubiectis, non obſtante quacunque conſuetudine contraria. concl. 1. n. 137.

Fallit tamen in Nouitijs, quia illi non ſunt ſubditi Abbatis, & propterea [illegible] ordinari non poſſunt, niſi poſt emiſſam profeſſionem: concl. 1. n. 138.

Extende, quòd neque Abbas poſſit eis conferre tonſuram, abſque peccato, & ſi eam contuliſſet, tunc illius priuilegium perdit, quando Nouitius à Monaſterio recedit. concl. 1. n. 139.

Facultate [illegible] conferendi tonſuram, & ordines minores [illegible] Regularibus, non poteſt in[illegible] illius ordines conferre perſonis ſecularibus, etiam ſi litteras dimiſſoriales à ſuis Ordinarijs haberent. concl. 1. n. 140. & n. 141 vbi ratio aſſignatur.

Abbati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habenti, ea omnia competunt in ſuo territorio, quæ competunt Epiſcopo in ſua Diœceſi. concl. 1. n. 142.

Et illius iuriſdictio probatur præcipuè ex eo, quia ille Rectorem deputauerit in aliquo loco, & ibi delinquentes coerceri curauerit. concl. 1. n. 142.

Abbas ad hoc, vt ordinare poſſit, tria requiruntur, & primo, quòd ſit Presbyter, ſecundo, quòd benedictionem receperit, vel quod ſaltem in ea petenda negligens non fuerit, tertio, quòd proprio Monacho ordines conferat. concl. 1. n. 143.

Ordines minores conferre poteſt ſuis ſubditis, ſed in diebus [illegible] Dominicis, ſiue de tempore Quatuor temporum. concl. 1. n. 145.

Fallit tamen in Guardianis, & Prioribus Regularium, qui non poſſunt Ordines conferre per manus impoſitionem, ſed ſolùm primam tonſuram, quæ ſine manus impoſitione confertur. ibid.

Abbates conferunt Ordines minores, non ratione Ordinis, ſed ex demandata ſibi à iure poteſtate. concl. 1. n. 146.

Et talis facultas ordinandi fuit reſtricta à Sacro Concil. in ſeſſ. 23. c. 10. de Reformat. ad ſubditos tantùm, quia ante illud Abbates non ſolùm habebant facultatem conferendi Ordines Monachis, & conuerſis ſuis, ſed etiam puris laicis, nec conuerſis, nec conuertendis; dummodo tamen in eis iuriſdictionem Epiſcopalem obtinerent. concl. 1. n. 147.

Et manutenendi ſunt in poſſeſſione conferendi Ordines minores ſuis ſubditis; immo nec iſto caſu ordinati ab Abbate poſſunt amplius ab Epiſcopo examinari. concl. 1. n. 148.

Poſſunt etiam ſecularibus hominibus, & laicis Ordines minores conferre, etiam ſi ſint Epiſcopi iuriſdictioni ſubiecti; dummodo tamen ſpecialis conſenſus ipſius Epiſcopi concurrat, & ab eodem litteras dimiſſoriales acceperint. concl. 1. n. 149.

Extende ibid. n. 149.

Contrarium licet ſit de iure communi, vt ibi nu. 150.

Abbas, licèt ſit quantumuis exemptus, non per hoc tamen poterit dictæ ſuæ exemptioni à iuriſdictione Epiſcopi renunciare, ſine ſui Conuentus licentia. concl. 1. n. 153.

Et illius iuriſdictio licèt poſſit regulariter per conſenſum prorogari, tamen Abbates exempti non poſſunt eam prorogare, ſine conſenſu Romani Pontificis, cui immediatè ſunt ſubiecti. concl. 1. n. 154.

Contra[illegible] tamen quando Abbates non eſſent Sedi Apoſtolicæ, ſed alijs inferioribus ſubiecti. vt ibi [illegible]

Abbates [illegible] ſint exempti non poſſunt vnire Eccl[illegible] iure ſubiectas alijs [illegible] Monaſterijs; [illegible] tamen quando [illegible] factæ dictæ vniones iuſtam cauſam præſcriptioni præberent. concl. 1. n. 156.

Fallit

Fallit tamen, vt ibi num. 157.
Sed iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes (I poſſunt temporalia dedicare pro beneficio Eccleſiaſtico. concl.1.n.160.
Et eorum literæ teſtimoniales non probant, ſi in eis dicatur, quòd profeſſio facta fuerit Monacho, quod quidem procedit etiamſi Abbas priuilegium haberet à Papa, vt ſuis literis crederetur, quia illud poſſit bene, ei prodeſſe, ſi in eis attestaretur de profeſſione de præſenti, at ſecus in ea de præterito. concl.1.n.161.
Abbas non poteſt facere Monachum, & profeſſum abſque vocatione fratrum; quia licet ille in rebus, & negotijs Monaſterij ſuam poſſit auctoritatem interponere; id tamen intelligendum venit ſeruatis de iure ſeruandis. concl.1.n.162. & concl.3.n.38.
Et ille, ſiue Prælatus inferior legitimam habens Iuriſdictionem, non poteſt agere ſine conſenſu ſui Conuentus, vel Capituli in rebus arduis, licèt ſecus ſit in minimis, in quibus quando Abbas poteſt de per ſe, poterit etiam per Procuratorem agere. concl.1.n.163.
Contrarium quando Abbas fuiſſet interpoſitus (verbi gratia) ad emendum aliquid, ſeu aliud contra... n.164. vbi caſus ali- guatur.
Retinere non poteſt ea beneficia, quæ habebat, antequam Abbas fieret, ſed adepta poſſeſſione, & ante illius benedictionem ea vacare dicuntur. concl.1.n.166.
Non poteſt dare licentiam Monacho exiſtenti in Prioratu Clauſtrali diſponendi de bonis per cum acquiſitis. concl.1.n.167.
Item expellere non poteſt Monachum ægrotum à Monaſterio, & ei alimenta denegare, alias Monachus ſpoliatus dicaretur, & vice verſa Abbas indignus bonis ſpolij Religionis efficeretur. concl.1.n.168.
Extende ibi ſub n.179.
Declara ſub n. 169.
Non præcedit ſeculari in propria Eccleſia exiſtenti; ſecus extra eam. concl.1.n.171.
Sed eſt præferendus cuilibet ſeculari dignitatem inferiorem ab Epiſcopo obtinenti. ibid.
Præcedit Archidiaconum, Vicarium Epiſcopi, & omnes alios Presbyteros, & dignitates, etiam Regulares Epiſcopo inferiores, & Canonicos Cathedralis Eccleſiæ. concl.1.n.171.
Fallit ſi Canonici ſint Capitulariter vniti ibid.
Et præfertur Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ, ſed non Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, quia hæc dicitur eſſe in Epiſcopo, & Epiſcopus in ipſa. concl.1.n.171
Abbates tenentur ire ad Synodum, ſi habent Populum, quia vtrique legi Epiſcopali ſubijciuntur, niſi præter generalem exceptionem Canonum habeant aliud priuilegium. concl.1. n.
ABBATES Generalis electio actiua, & paſſiua, ſpectat ... Congregationem Monachorum. concl...
Illius particularis electio cuiuſcumque Monaſterij, tam actiua, quàm paſſiua competit Monachis, ſeu illius Monaſterij Congregationi. ibid.
Et talis electio ſpectat ad Monachos illius Monaſterij, etiam quòd eo tempore illud Monaſterium Epiſcopo ſuiſſet ſubiectum. concl.2.n.2. & ibi redditur ratio.
Sed electionis confirmatio pertinet ad Papam, ſeu de Latere Legatum; illa verò Abbatis non exempti ſpectat ad Epiſcopum. concl.2.n.3.
Ante confirmationem nec per directè, nec indirectè poteſt adminiſtrare. concl.2.n.4.
Et illius electio debet eſſe libera, & ab omni coactione, & reſtrictione aliena. concl.2.n.5.
Et electio paſſiua requirit maiorem libertatem, quàm actiua. concl.2.n.6.
Dicta electio debet fieri per Electores congregatos in aliquo honeſto loco Monaſterij. concl.2.n.7.
Abbatum electiones fieri per occulta conuenticula, vel clandeſtina ... ibid.
Et hæc electio fit tantùm tribus modis, nempe per modum ſcrutinij, vel compromiſſi, vel communis inſpirationis, & alio modo facta non valet. concl.2.n.8.
Item huiuſmodi electiones quæ ſint, vide ibi d.n. 8. remiſſiuè.
Illius electionem præcedere debet auxilium Spiritu Sancti, non tamen de neceſſitate, ſed ad bene eſſe, & de ſolemnitate, qua omiſſa electio non viciatur. concl.2.n.9.
Et de huiuſmodi electionis forma fienda per ſcrutinium, vide ibi n.10.
Electio redditur nulla, ſi quis ex electoribus præſentibus non ſcrutaretur. concl.2.n.10.
Sed electio non poteſt fieri ante mortem, depoſitionem, aut ceſſationem antecesſoris, licet ante ſepulturam fic. concl.2.n.11.
Electio debet fieri intra tres menſes à die certæ vacationis, alias deuoluitur ad Superiores, vel ad Papam. ibid.
Electio eſt facienda de eo, in quem maior pars Capituli conſentit. concl.2.n.12.
Et electus tenetur conſentire electioni intra menſem à die habitæ notitiæ. ibid.
Abbates inſtituti ſunt à Chriſto, vt Speculatores, Doctores, & Præcurſores ſui Gregis. concl. 2. num.12.
Et quales eſſe debeant, vide ibidem.
Abbas quilibet poteſt inſtitui de iure, dummodo ſit idoneus, & cæteris in concurſu melior, & morum, & vitæ ſanctitate præſtantior. concl.2. n.13.
Minus digni electio, digniore omiſſo, eſt valida. ibid.
Ideo electio minus digni facta, digniore omiſſo, non eſt retractanda, vt litium ... tollatur. concl.2.n.14. & 20.
Ampliatur etiam ſi quis ſe obligaſſet iuramento de eligendo digniori. concl.2.n.14. & ibi aſſignatur ratio.
Sed illius electio ſi fiat ſcienter de indigno, electores facultate eligendi priuantur. concl.2.n.15.

Index Concluſionum,

Electio in concurſu, de meliori ſemper eſt faciẽda, cnm Iura exclament, Sanctiores, & aptiores eligendos fore, concl.2.n.16.

Electores in foro conſcientiæ non poſſunt, omiſſo idoniore, aliquem dignum eligere; præterquã ſi eſſemus in electione Patronorum, qui idoniorem poſſunt derelinquere, concl.2.n.18.& 20.

Eligentes dignum, omiſſo digniori, mortaliter peccant, concl.2.n.20.

Electus, ſi tractu temporis inſufficiens detegeretur, tunc remoueri poterit, etiam ſi ſit confirmatus, concl.2.n.22.

Eligi non poteſt excommunicatus, falſificans litteras Apoſtolicas, conſtitutus in peccato mortali publico, vitiatus magna corporis deformitate, ſimoniacus, apoſtata, perinrus, prodigus, homicida, infamis, inquiſitus, accuſatus, & denunciatus, concl.2.n.23.

Abbatis eligendi habilitas conſideratur de tempore, quo fit electio, & non de tempore vacationis Prælaturæ, concl.2.n.24.

Electio debet eſſe de profeſſo, aliàs eſſet nulla, & debet per annum in probatione ſtetiſſe, antequam ad profeſſionem admittatur, concluſ. 2. num.25.

Non eligitnr qui prius Monaſticam regulam nõ didicit, concl.2.n.25.

Abbas commendatarius non gaudet priuilegijs Religionis, cuius Abbatia fuit ſibi commendata, concl.2.n.28.

Commendatarius reſidere tenetur, concluſ. 2. num. 29.

Et talis Abbas commendatarins non poteſt exercere Pontificalia, abſque ſpeciali priuilegio, vel immemorabili præſcriptione, concluſ. 2. num.29.

Sed quando eſt commendatarius, dicitur Prælatus, licèt impropriè, qui à vero Prælato differt, concl.2.n.29.

Eligendus eſt qni ſit in ſacris ordinibns conſtitutus, aliàs electio non tenet, concl.2.n. 30.

Extende, quòd neque etiam de laico electio fieri poteſt, cum qnis eodem tempore non debeat habitum accipere, profeſſionem emittere, & inſimul in Abbatem eligi; & ratio eſt, quia eum, qui diſcipulus eſſe non nouit, in magiſtrum eligi non connenit, concl.2.n.30.

Antiquitus non ordinabatur, ſed ſubijciebatur omnibus Clericis, etiam inferioribus, & minoribus, concl.2.n.30.in fin.

Abbatia Regularis, quæ eſt beneficinm in titulum, de iure dari non poteſt niſi Monacho Religionem profeſſo, concl.2.n.27.

Poteſt dari ei, qui non ſit qnoque profeſſus, ſed in commendam, ant in adminiſtrationem perpetuam, concl.2.n.27.

Poteſt commendari Cardinalibus, & alijs Clericis primarijs Eccleſiæ, concl.2.n.27

Ad hoc vt quis eligi poſſit in Abbatem, minor annis 25. eſſe non debet, concl.2.n.31. & concl. 72.n.79.

Et ratio eſt, quia Abbas ſi non actu, ſaltem in potentia Sacerdos eſſe debet, concl.2.n.32.

Fallit tamen, vt ibi nnm.33.

Declara, vt ibi n.34.

Secus autem in Abbatiſſa, quæ non poteſt eligi, niſi ſit de annis 30. concl. 2. n. 31. & concl.72. nnm.79.

Quod tamen limita procedere, iuxta diſtinctionem prædictam, de qua in dicta concl.2. nu. 33. & 34.

Abbas electus debet eſse de eodem Monaſterio; dummodo tamen ad iſtud munus reperiatur idoneus, aliàs ex aliorum Monachorum Cœtu eligi debet, concl. 2.n.35.

Et licèt debeat eſse litteratus, non tamen eſt deponendus, ſi ignorat Grammaticam; dummodo ſit peritus Regulæ, concl.2.n.36.

Abbatis electores debent eſse profeſſi eiuſdem Religionis, cuius Prælatus erit eligendus, concl. 2.n.37.

Et electores an poſſint eſse laici, vide ibidem.

Abbatis electioni interueniunt quandoqne laici, & præſertim Principes, vt Electores ab oppreſſoribus tneantur, ibidem.

Abbas vuns vni Monaſterio ſolùm eligitur; niſi tamen vnum Monaſterinm eſset alteri annexum, ibi n.38.

Et electus tenetur reſidere in Collegiata, in qua eſt intitulatus, & cuius eſt Caput, tàm ex diſpoſitione Iuris Ciuilis, quàm Concilij Tridentini; & licèt habeat aliam Sedem in Cathedrali, non excuſatur tamen fructus, & diſtributiones percipiendo, quando in dicta Collegiata non reſidet, ibi n.40.

Non arctatur ad reſidentiam in Cathedrali, licet Sedem honorariam habeat, ſine aliqua fructuum participatione; qnamuis talis reſidentia dicatnr eſse voluntaria; non autem neceſsaria, vt eſt illa Collegiatæ, in qua reſidere cogitur, ob fructuum ſubtractionem, ibi n.[illegible]

In Abbatia Conuentu, & Cura animarum carente, reſidere non tenetur, concl.2.n.44.

Abbatia quando Conuentu, & cura animarum caret, non obligat Abbatem ad reſidendum, ibidem.

Ille dicitur intitulatns in Abbatia Regulari, ad quam eligitur, & poſtea confirmatur, concluſ. 2.n.45.

Quando deſinit eſſe Abbas, & habitat in beneficio Abbatis, ibi habitare præſumitur iure familiaritatis, & non vti Abbas, ibi n.46.

Depoſita Abbatia ſine ſua culpa plus cæteris Monachis debet honorari, ibi nnm. 46. & ſeq.

Non poteſt eſse perpetuus, & quando caſus eueniret, eius officinm ſine culpa deponendi, tunc primum locum poſt Abbatem obtinet in Choro, & Connentu, ibi n. 47.

Illum perpetunm fieri valdè commendat Nauarra, dicens, quòd maiora mala ex temporali præfectura, quàm ex perpetua oriri poſsunt, ibi n.48.

Contrarium multi landant; nempe Abbatem temporalem eſse magis proficunm, ibidem.

Abbatum in dignitate perpetua conſtitutorum rigori, & ſeueritati optimè prouideri poteſt per

Viſi-

Viſitatores eligendos in Capitulis Generalibus, qui Monaſteria in capite, & in membris viſitent, ac alia ſeruari faciant, concl. 2. n. 48.
Abbas creatus ad tempus tempore Capituli, Pontificalia exercere non poteſt, ibi n. 49.
Et ſi illum abeſſe contigerit, in eius locum Prior ſuccedit, qui ea omnia tunc exercere poteſt, veluti ipſe Abbas, ibi n. 50.
Non poteſt abſque ſufficienti cauſa Priorem ab Officio remouere, propter malam adminiſtrationem in abſentia dicti Abbatis geſtam, ibi num. 51.
Item non poteſt aliquid de nouo erigere, non vocato Priore, ibi n. 52.
Remoueri poteſt ab adminiſtratione tribus de cauſis; primo per dilapidationem bonorum; ſecundo per illius incontinentiam; tertio ob neceſſitatem tranſlationis ad maius Officium, concl. 2. n. 55.
Non tamen poteſt deponi niſi à Papa, ſiue ex illius indultu, ibi n. 55.
Et in caſu ſuſpicionis ſuper dilapidatione, tunc vti ſuſpectus ab adminiſtratione remoueri poteſt; nec tunc ſufficit cautio de conſeruanda indemnitate Eccleſiæ, ibi n. 58.
Sed non ante, ſed poſt probatam ſuſpicionem ab Officio eſt remouendus; licèt tamen ſit ei interim alienatio ei inhibenda, concl. 2. n. 58.
De facto, & ante cauſæ diſcuſſionem remotus, iniuſtè ſpoliatus præſumitur; & tunc ei per Monaſterium alimenta debentur, concl. 2. num. 58. & concl. 89. n. 497. & late in verbo Alimenta.
Abbati remoto vti ſuſpecto, quando detur appellatio, vide concl. 2. n. 58.
Et illi non competit alternatiua in collatione beneficiorum, concl. 97. n. 36.
Extende, vt n. 37.
Item quare annulus illi detur, vide conclus. 115. n. 16.
Quando eſt nullius Diœceſis, & habeat Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem priuatiuè, quoad Epiſcopum; tunc approbare poteſt ſuos Cappellanos ad audiendas Confeſſiones; dummodo ipſi ab Abbate offerantur Epiſcopo, concl. 1. n. 55. & concl. 3. ſub n. 41.
Et quando ei in hoc ſit danda manutentio, vide concl. 3. n. 30.
Et licèt Canonicis Eccleſiæ Cathedralis præferatur; id tamen non procedit, quando Canonici Collegialiter incederent, concl. 137. n. 28. & ibi ratio aſſignatur.
Diſpenſare poteſt, vt Monachus retineat peculij adminiſtrationem; ſed non peculium ipſum, concl. 1. n. 88.
Et non eſt inuitus à ſua adminiſtratione remouendus; niſi conſtito de cauſis, concluſ. 1. ſub n. 118.
Abbati litiganti cum Monaſterio pro recuperandā adminiſtratione ſuæ Abbatiæ, alimenta, & ſumptus litis debentur, concl. 1. n. 118.
Abbas ſucceſſor ligatur concordia ſui anteceſſoris, ſi tamen per Epiſcopum fuerit confirmata, concl. 1. n. 94. & concl. 2. n. 68.
Abbates ſi ſint ſoliti obligari aliter, quàm ius communo diſponat, id ſeruari debet. concl. 142. ſub n. 46.
Abbas ſucceſſor in ingreſſu ſuæ adminiſtrationis non poteſt cogi ad debita ſoluenda ab Anteceſſore ſuo facta; niſi tamen fuiſſent ea pro vtilitate, & neceſſitate Monaſterij contracta, ibi n. 59.
Non tenetur ſtare locationi per Rectorem Eccleſiæ ad tempus à Iure permiſſum factæ, concl. 2. n. 60.
Extende, vt ibi ſub n. 61.
Limita ibi n. 79.
ABBATISSA debet eligi virgo; aliàs electio eſſet nulla, concl. 3. n. 1.
Item debet eligi de gremio Monaſterij, & quæ ſit in eo Monialis dignior; dummodo tamen non eſſet Patrona ea, quæ eligere deberet; quia tunc poteſt idonea, omiſſa digniori, abſque peccato, & in conſcientia eligi, concl. 3. n. 2.
Extende, vt ibidem.
Declara ibidem, & ſub num. 3. ratio aſſignatur.
Abbatiſſæ electio debet fieri per ſecreta ſuffragia, ex ordinatione Sacri Concilij Tridentini, concl. 3. n. 4.
Extende id duobus modis procedere, ibidem.
Et illius electio quando eſt fienda; tunc Epiſcopus poteſt vnà cum ſuo Vicario, vel Secretario, ſeu alio, quem ipſe voluerit, in illius electione ſuffragia, ſiue vota cuiuſcumque Monialis oretenus audire, concl. 3. n. 4.
Sed ſi poſtquam fuit electa, diabolico ſpiritu ducta, ſe corrumpi permiſerit; tunc ipſo Iure erit priuata; quia eo ipſo, quòd meritum virginitatis amiſit, eo ipſo illo honore Abbatiſſæ priuatur, concl. 3. n. 5.
Declara vt ibi ſub n. 6.
Subdeclara ſub n. 7.
Extende ibi n. 8.
Abbatiſſa eligi non poteſt vna mulier, quæ ſit illegitima, & ratio eſt; quia Abbatiſſa in nomen dignitatis ſonat, ad quam perſonæ infames, vt ſunt illegitimæ, non admittuntur; ſed benè poſſunt Religionem profiteri, concl. 3. n. 9. & 10.
Item eligi non poteſt illa Monialis, quæ matrem inhoneſtam habuit; quia filia ſæpè iter matris ſequi ſolet; & vt vulgo dicitur: Di vacca naſcer cerua non vedeſti, &c. concl. 3. n. 11.
Poteſt eſſe ætatis annorum triginta, ſiue eligatur, ſiue prouideatur, ſiue etiam coram Epiſcopo poſtuletur; dummodo tamen fuerit legitimè electa, concl. 3. n. 12.
Declara vt ibi n. 13. & 14. & in concl. 72. nn. 79. & 80.
Contrarium ibi n. 15.
Extende hanc ſecundam opinionem ibi n. 16.
Subextende ibi num. 17.
Fallit tamen, vt ibidem.
Et legitimè electa dignitatem habere dicitur, veluti Abbas, cui in adminiſtratione æquiparatur Abbatiſſa, concl. 3. n. 18.
Declara tamen, vt ibi n. 19.
Legitimè electa adminiſtrationem habet, & poteſt ex ſe ſola Procuratorem ad lites conſtituere,

re, cum id non dicatur arduum eſſe, in quo ſola ſe ingerere non poſſet; veluti dicitur, quando eſſemus in contrahendo, quo caſu ſola in præiudicium Monaſterij agere non poteſt; ſed Superioris licentia eſſet neceſſaria, concl. 3. n. 20.

Legitimè electa habet bonorum adminiſtrationem, & aliquantulum Iuriſdictionis; & propterea poteſt Moniales ab eorum Officijs ſuſpendere, & prohibere, ne Clerici ſibi ſubiecti in eius Eccleſia celebrent; necnon eos à beneficio ſuſpendere, ac prædendas ſubtrahere; ſi tamen legitima cauſa ſubſit, concl. 3. n. 21.

Extende ibi n. 22.

Contrarium, vt ibi n. 23.

Eſt capax ſolùm ciuilis, & domeſticæ Iuriſdictionis, & propterea ſubditorum conſcientias non obligat; niſi ratione rei, & materiæ imperatæ; quæ ſi grauis fuerit, grauem obligationem continet; ſin minus leuem, concl. 3. n. 23.

Præcipere, ac iubere poteſt Monialibus, virtute Sanctæ Obedientiæ, & ratione Voti facti, ne litteras externis ſcribant, neuè illorum litteras recipiant, nec cum viris alloquantur, nec ad hortos exeant, ibidem.

Declara tamen, vt ibidem.

Coarctionem quando habet in Moniales, in eam Superiores Ordinis tradiderunt, concl. 3. n. 23.

Legitimè electa præſtat Iuramentum fidelitatis ratione feudi, quod procedit in francho, & pro quo ſeruitium perſonale non præſtatur, ad quod fœminæ admittuntur; ſecus verò in feudo recto, quia illud ad fœminas non tranſit, concl. 3. n. 24.

Caducitatem remittere non poteſt, ſine conſenſu ſui Capituli, concl. 3. ſub n. 24.

Poteſt non admittere Nouitiam ſibi à Patrono Monaſterij præſentatam in fine anni ſuæ probationis emittendæ, ſi non ſit idonea, concl. 3. n. 25.

Repudiare poteſt hæreditatem, ſiue legatum; quemadmodum repudiare poteſt Abbas; & ſic in acquirendis poteſt Monaſterio præiudicare, concl. 3. n. 26.

Poteſt Miniſtros Monaſterij, tàm maſculos, quàm fœminas deputare, & aſſumere, etiam ſine Patrona Monaſterij, cum talia ad Abbatiſſam ſpectent, concl. 3. n. 27.

Cappellanum per Patronum Monaſterij præſentatum, impedire poteſt, ne inſtituatur; veluti ſi eſſet iuuenis, vel alio modo non idoneus, & oppoſitiones eius ſunt admittendæ, concl. 3. n. 28.

Fallit tamen, vt ibi n. 29.

Illa, & Conuentus ſi renuat Cappellanum ſibi datum, & inſtitutum admittere; poſſunt à Superioribus compelli per cenſuras Eccleſiaſticas, concluſ. 3. n. 30.

Abbatiſſæ, vel Abbati quando ſit danda manutentio deputandi Cappellanos ad nutum amouibiles in aliqua Eccleſia ſuæ Abbatiæ, vide concl. 3. ſub n. 30.

Exempta, ſi Superiorem non habeat proximum ſuper ſe; tunc ipſamet dare poterit licentiam ſuis Monialibus ſuſcipiendi Sacramenta, abſque alia licentia, etiam Patrono, vel alio Superiore inuitis, concluſ. 3. num. 47.

Fallit tamen in tribus caſibus, vt ibi num. 33. cum ſeqq.

Abbatiſſæ licentia debent Moniales Sacramenta ab alio, quàm à ſuo Deputato ſuſcipere, non obſtante licentia Epiſcopi, vel Cappellani dicta Sacramenta ſuſcipiendi; quoniam licentia quoque Abbatiſſæ concurrere debet, concluſ. 3. num. 36.

Abbatiſſa quando dare, vel negare poſſit licentiam Monialibus exeundi extra Monaſterium, vide concl. 3. ſub n. 36.

Abbatiſſa poteſt etiam Beneficia conferre, & Clericos inſtituere, concl. 3. n. 37.

Et poteſt profeſſionem Monialis recipere, concluſ. 3. n. 38.

Sed ſola, ſine Monialibus, non poteſt aliquam ad profeſſionem admittere, concl. 3. n. 39.

Abbatiſſæ, neque benedicere, neque confeſſiones audire, neque ligare, neque abſoluere poſſunt, concl. 3. n. 41.

Abbatiſsa, nec confeſſiones audire, nec Confeſsarios deputare poteſt, concl. 1. ſub n. 55.

Et illius electio, vt ſit valida, debet confirmari, & benedici; quia benedictio loco conſecrationis inſeruit, concl. 3. n. 44.

Sed ſi non benedicitur intra annum, debet priuari; immò ipſo iure priuata dicitur, concluſ. 3. num. 45.

Fallit in Abbate, qui, etiam quod non benedicatur intra annum non priuatur, concl. 3. n. 45.

Abbatiſsa non debet priuari ſi non fuerit benedicta, quando conſuetudo in contrarium extat; ſiue tempus quadraginta annorum defluxerit, intra quod non fuerit facta benedictio; quia tunc eam illud tempus ſupplet, concl. 3. n. 46.

Sed ſi conſtat de conſuetudine circa benedictionem faciendam continuata, per ſpatium quadraginta annorum, tunc ea de more benedici cenſetur; ſi verò de deſuetudine per idem tempus probatà appareret, eo caſu Abbatiſsa benedictione non egeret, concl. 3. n. 47.

Abbatiſsæ, ſi aliæ intra tempus quadraginta annorum fuerint benedictæ, aliæ verò non; tunc erit in illarum poteſtate benedictionem ſuſcipere, vel non, concl. 3. n. 47.

Abbatiſsa excuſatur ab omiſſione benedictionem petendi, vbi ea de more dari ſolet, ſi id ob morbum, ſiue ob verecundiam benedicere debentis omittatur, vel quia ea legitimè benedici non poſſit; ſiue, quia Abbatiſsa nondum pacificam poſſeſſionem fuerit adepta, concluſ. 3. num. 48.

Et quando eſt exempta, & Romano Pontifici ſubiecta; tunc benedictio ab eo, vel ab alio, illius auctoritate venit ſuſcipienda; quemadmodum etiam de confirmatione dicitur; ſecus verò ſi Præfecto Monachorum, ſiue Religioſorum ſit ſubiecta; quia tunc ab eodem confirmationem, & benedictionem accipit, concl. 3. n. 48.

Fallit tamen ſi Abbatiſsa in Iuriſdictione, & poteſtate Epiſc. exiſtat; quia tūc ab eo cōfirmatur, & benedicitur; ſed nō ab eodē eligitur, cōcl. 3. n. 48.

Et

Et forma benedicendi Abbatiſſam qualis ſit, vide ibi num. 49.

Abbatiſſa, ſi in caſu nullitatis illius electionis eam è Monaſterio eijci contingerit, alimenta debentur; licèt non ſumptus litis, ſi ſuper validitate dictæ electionis diſputari acciderit, concl. 3. num. 51.

Contrarium, vt ibi n. 52.

Concorda vt ibi n.53.& concl.89.n.490.cũ ſeqq.

ABBATIA dicitur dignitas, & in multis æquiparatur Epiſcopatui, quod tamen verum dicas in caſibus à Iure expreſſis, aliàs ſecus. concl. 4. num. 1. & 3.

Abbatis nomine multi intumeſcunt, licèt Abbatiam non habeant, concl. 4. n, 2.

Contrarium quòd ſcilicet Abbatia non ſit dignitas, tenent multi, concl. 4. n. 4.

Abbatia dicitur dignitas in primo gradu, & cęteræ dignitates inferiores vocantur, concl.4.n.5.

Et debet expediri in Sacro Cõciſtorio, velut Epiſcopatus, & in illius promiſione non ſit mentio de cura, licèt Abbatię immineat, ſicut in prouiſione aliorum beneficiorum, concl. 4.n.6.

Non cadit ſub expectatiua, quia appellatione beneficiorum non continetur Abbatia, ſed ca ſpeciali nota eſt digna, quando ſit in 1. gradu, concluſ.4 num. 7.

Illa Monialium, quãdo erit dignitas, etiam Abbatiſſa veluti Epiſcopus dignitatem habebit, concluſ. 4. n. 8.

Poteſt eſſe, quòd non ſit dignitas, & quòd neque curam animarum, nec aliam prærogatiuam habeat; immo poteſt cõſuetudine introduci, quòd ſcilicet beneficium ſuam naturam amittat, concluſ. 4. n. 9.

Licèt antiquitus non diceretur dignitas, ſed onus & propterea dicto tempore poterat vnus eſſe Abbas, licèt Iuriſdictionis incapax; ſecus autem hodiernis temporibus, quia non aſſumitur, niſi Clericus, & niſi ille qui poſſit eſſe Sacerdos, concl. 4.n.10.

Abbatis nomen potius eſt ſollicitudinis, quàm honoris, concl. 4. num. 10.

Abbatiam habẽs Iuriſdictionẽ quoq; & merũ, ac mixtum Imperium habere dicitur, & propterea etiam excomunicare poterit, concl.4. n. 10.

Et illa verè eſt cõnumerãda inter beneficia maiora, licèt aliqui de hoc dubitarint, concl.4. n. 11.

Abbatię poſſunt commendari ad tempus, vel in perpetuum, concl.4. n. 12.

Sed tunc Abbatia commendatur ad tempus, quãdo mortuo Abbate committitur Monaſterium Curę, vel fidei alicuius Depoſitarij, ſiue Tutoris licèt tunc talis non cẽſeatur beneficiarius, concluſ. 4. n. 12.

Item commendari in perpetuum dicitur, quando alicui committitur illius vita durãte, cum facultate diſponendi de fructibus, vti verus beneficiarius, & iſte modus inducit Canonicum titulum, concl. 4. n. 13.

Et ſemel à Summo Pontifice commendata ad tẽpus, adeò remanet Sedi Apoſtolicę affecta, vt amplius ab Epiſcopo in commendam tradi nequeat, concl.4.n.14.

Abbatiæ idoneis perſonis ſunt conferendę, & qualis idoneitas ſit neceſſaria, vide, concl. 4. n. 15. remiſſiuè.

Non poſſunt obtineri ab illegitimè natis, abſque diſpenſatione, etiam ſi defectus eſſet occultus, concluſ. 4.n.16.

Fallit tamen, quando quis cogeretur acceptare, quia tunc diſpenſatione non indigeret, concl.4. num. 16.

Abbatię limites, quando ſunt probandi, tunc leuiores probatione: immò ſola indicia, & coniecturę ſufficiunt, concl.4.n.18.

Fallit tamen ibi ſub n. 19.

Et quando dicatur potius ſita in vno territorio quàm in alio vide, concl.4.n.20.

Sed ſi probetur, quòd ſit ſita intra fines alicuius Dioceſis, tunc dicitur de ipſa Dioceſi, & ſic intra limites illius, etiam ſi ea eſſet exempta, concl. 4. num. 21.

Et quando dicitur eſſe in Dioceſi, tunc illa, ac eius diſtrictus per Epiſcopum viſitari poteſt, licèt eſſet exempta; ſecus tamen, quando eſſet penitus ſuppreſſa Ordinarij Iuriſdictio, quia tunc illa, & diſtrictus per Epiſcopum viſitari non poſſet, concl.4.n.22.

Sed ad hoc, vt dicatur ab Ordinario exempta, & Papæ ſubiecta requiritur curſus centum annorum, concl. 4.n.23.

ABIVRATIO in ſuſpecto de hereſi quid operetur vide, concl.124.n.17.cum ſeqq.

ABLATIVI abſoluti regulariter cõditionem important, concl.5.n.1.

Et conditio habet maiorem vim, quàm alię conditiones habeant, concl.5.n.15.

Ablatiuus abſolutus de ſtylo Signaturæ quid operetur, vide concl.5.n.2.& ſeqq.

Ablatiui abſoluti debent impleri in forma ſpecifica concl.5.n.16.

Non ſemper conditionem importan, ſed aliquando ſtant per modum ſuppoſiti, concl.5.n.17.

Prolati ab habente poteſtatem diſponendi non conditionem, ſed diſpoſitionem important, concluſ.5.n.18.

Et tũc diſpoſitionem important, quando referuntur ad eos, quos teſtator grauare poteſt, concl.5 num. 19.

Abblatiuus caſus tempus imperfectum ſignificat, concl.5.n.20. Plura vide in verbo caſus.

ABLATVM de facto non inducit permiſſionem auferendi propria auctoritate, & de facto, ſed remedio ciuili opus eſt, concl. 164. ſub n.22.

Intellige tamen vt ibi n.24.cum ſeqq.

ABOLITIO dicitur proceſſus cancellatio, & quędam eſt publica, & quędam priuata; Item alia dicitur legalis, alia verò generalis, concl.6. num. 1.

Publica, & generalis ea eſt, quę per ſolum Principem multis de cauſis fieri ſolet, & preſertim ob natalia ſui Filij, aut ob rem ab eo proſperè geſtã veluti ſi contra hoſtes victoriam reportaſſet, & illius effectus eſt, ne accuſator Turpilianum incidat. concl.6.n.1,

Et

Et priuata dicitur, quando impetratur à Principe, vel à Iudice, cum cauſę cognitione; veluti de eo qui per errorem alium accuſauit, & in hac abolitione quæ ſint neceſſaria, vide ibi n.2.
Datur à Iudice, quando reus non fuit paſſus intra .30. dies, etiam eodem reo inuito, concl.6n.2.
Et legalis ab ipſa lege concedi ſolet; veluti, quando accuſator, vel reus mortuus eſt, & alius ſubrogatur ad litem conſequendam, concl.6. n.3.
Generalis in dubio crimen falſi non comprehendit, ſed de eo ſpecialis mentio fieri debet, concluſ. 6. num.3.
Extende primo, quòd neque ea extendatur ad crimen lęſę Maieſtatis, concl. 6.n.4.
Extende ſecundo, quòd nec minus ad delictum falſę monetę venit extendenda; ſecus autē, quando certa ſcientia Principis concurreret, concl.6. num. 5.
Abolitionem ſiue commeatum ſolus Princeps cōcedere poteſt, atque bannitos abſoluere, concluſ.6.n.6.
Et etiam, ſeu carceratorum liberatorem concedere poteſt Regina in eius fœlici, atque iucundo aduentu, cum ea priuilegijs mariti gaudere ſoleat, concl.6.n.8.
Legalis, mortuo accuſatore ſuum ſortitur effectū, quando tamen lis non fuit conteſtata, neque hæredes, vel alij, eum de nouo repetant, & accuſent, neque etiam Iudex velit in accuſatione procedere; ſecus autem ſi lis fuerit conteſtata, & hæredes in tempore, ſe ad cauſę proſecutionem offerant perſonas legitimando, & illucuſquè factum ratificando, concl.6.n.9.
Generalis præſentes proceſſus; nō autem futuros amplectitur, concl.6.n.10.
Generalis non comprehendit receptantem de crimine læſæ Maieſtatis inquiſitum, concluſ.6. num. 11.
Generalis conceſſa non extenditur ad falſarium, ob illius delicti enormitatem, in quo Deus, Iudex, & pars offenduntur; niſi de eo ſpecialis mētio facta fuiſſet, concluſ.6.n.12.
Et quę conceditur delinquentibus exiſtentibus latrones comprehendit ſolum delinquentes ante; non autem poſt conceſſum indultum, concluſ.6.num.19.
Non extenditur, ad delicta liquida, concl.6.n.13.
Et ea licet proceſſus tollat, non tamen infamiam delet, ex delicto remiſſo prouenientem; niſi ea quoque expreſsè fuerit remiſſa; quia tunc cum delicto dicta infamia extinguetur. concl.6. n.20.
Neque extenditur ad diſculos, & vagabundos, quia illi debent à patria expelli, & operi publico applicari, & eò magis, quando iſti tales eſſent inutiles, ac eorum mora eſſet Ciuitati periculoſa, concl.6.n.14
Item, ad crimen raptus virginum non extenditur, concl.6.n.15.
Neque extenditur ad crimen falſæ monetæ, quia illud parimodo dicitur offenſio facta in Principem, concl.6.n.16.
Item, non extenditur, ad crimen Parricidij, quia iſte caſus eſt horribilis, & grauiſſimus, & quem facilè Princeps exceptuaſſet, ſi ſciuiſſet; immò iſto caſu quilibet de ſimplici ſciētia tenetur, & in eo minima ſubreptio gratiā vitiat, concl.6 n.17.
Neque etiam extenditur ad res feudales, ſi id expreſsè non dicatur, concl.6.n.18.
Abolitiones peti poſſunt per Procuratores, ſed eorum verificatio, non niſi parte præſente fieri poteſt, concluſ.6.n.16.
Et quandò cenſeantur indultæ in Vrbe Romæ, ob mortem Summi Pontificis, vide concl.6.n.27
Abolitionem obtinens, nō ob id cenſetur fateri delictum. concl.6.n.28.
ABORTVM illud dicitur, quando mulier partum edit antè tempus vi ventri illata, illudque crudele facinus appellatur, concl.7.n.1.
Illud diuerſis reſpectibus à perſonis improbis, & iniquis callidè procurari ſolet, & ſæpè, vt eorum libidinem expleant; & aliquando, vt illorum ſcelus non detegatur; multoties etiam, quia fœtus odio habetur, & plerumquè fit illud, vt mulieres, medicamentis adhibitis, ſteriles efficiantur, ne genitores, nimię prolis procreatione, pauperes fiant; & quandoque, vt bona mulieris, ob defectum prolis, ad dotantes reuertantur, concl.7. num.1.
Et iſtud crimen, ad hoc, vt effugiatur, Sixtus V. Conſtitutionem edidit, vbi nouas pœnas imponit ijs, qui quouis modo iſtud delictum patrant; Clericos præſertim omni priuilegio Clericali, ac beneficijs priuando, illoſque ad futura inhabilitando, concl.7.n.1.
Contrarium tamen ibi d. n.1.
Extende, ibi d.n.1.in fine.
Et illud procurans, ſecundum prophanas leges, incidit in pœnam l.ſi quis aliquid la 2. §. qui abortionis.ff.de pœnis, concl.7.n.2.
Declara tamen id eſſe verum, quando fœtus erat animatus; ſecus verò ſi inanimatus, concluſ. 7. [illegible]
Et tunc fœtus animatus dicitur in die 40. ſi ſumus in maſculo, ab ipſo conceptu; in fœmina autem quando ſumus, in die 60.ibidem.
Et quando illius quæſtio oritur, tunc puer abortiuus, ſeu alter fœtus ſemper in debitum tempus natus præſumitur, concl.7.n.4.
Et abortus pœnæ extenduntur etiam ad occidentem infantem iam natum, concl.uſ.7.n.5.
Declara illud eſſe verum, ſi illa quatuor concurrant, vt ibidem.
Abortui animato cauſam dans, de homicidio punitur, concluſ.7.n.6.
Extende procedere, vt ibidem n.6.
Et illius pœna poteſt minui, & augeri, iuxta caſuum, & qualitatum contingentiam, concl. 7. num.6.
Et de huiuſmodi pœna non tenetur ille, qui cum muliere iam prægnanti ſaltauit, abortu iam ſecuto; quia tunc non ſolùm ille ab irregularitate excuſatur, verumetiam à pœna abortus; Quod tamen declara verum, ſi ſaltatio illa fuit licita, & non doloſa, concl.7.n.7.
Item huiuſmodi pœna non punitur illa mulier, quæ proprijs viſceribus vim intulerit,

& abortum indè fecerit, concl.7. n.8.

Et hac pœna mulier non tenetur, quæ doloribus ventris impulſa ad latrinam acceſſit, & ibi partum in eã effudit, aſſerens, ſe neſcijſſe eſſe prægnantem, concl.7. n.9.

Item neq; tenetur i le, qui non fuit in dolo, & sie mulierem eſſe prægnantem ignorante, ex ea ratione, quia a[illegible]us, & intentio diſtinguunt maleficia, concl.7. [illegible].10.

Neque hac pœna tenetur ille, qui dedit poculum mulieri ad eam ingrauidandam; ſed illa ſumpto dicto poculo obierit, ex eadem ratione, quia animus, & i tentio maleficia diſtinguunt, concl.7. n.11.

Veluti de ea non tenetur Medicus, qui ad euitãdam infamiam, & aliorum offensionẽ vſus fuerit remedio, ne partus ederetur; quod tamen intellige procedere, si probabiliter magnam fore orituram infamiam crederetur, vt puta ne Monialis, poſt ſacrilegum concubitum, partũ emittat, siue ne illuſtris puella in domo parentum grauida reperiatur, concl.7. n.12.

Declara, vt ibidem.

Extende, quòd neque Medicus poterit medicamentum abortus mulieri prægnanti adhibere, dum de eius ſalute dubitetur, quando ſumus in animato, concl.7. n.12.

Item huiuſmodi pœnæ ſunt quoque ijs infligendæ, qui consilium, & remedia ad abortum prægnanti præbuere, concl.7. n.13.

Contrarium vt ibi n.14.

Concorda, vt ibi n.14. & 15.

Et illud procurans mulier ad id ſumendo poculũ pœna vltimi ſupplicij afficienda venit, concl.7. num. 16.

Fallit tamen, vt ibi n.17.

Et hæc pœna in muliere iuxta Consil. Neapol. eſt, vt fuſtigetur, & deinde in Monaſterium detrudatur, quod intellige verum ſecũdum auctorem, quando eſſemus in muliere ignobili; Secus verò in nobili, quia tunc illi pœna fuſtigationis non eſſet infligẽda, ſed alia magis honorifica, ad hoc ne toto generi ſuæ familiæ tanta irrogetur infamia, concl.7. n.18.

Iſtud crimen, tàm mulieres, quàm homines aufugere, & à tàm crudeli, ac nefando ſcelere ſe abſtinere debent, concl.7. n.19.

Abortus cauſa, an potius febri, & morbillis mulier obijſſe dicatur, vide concl.7. n.20.

ABSENS pluribus modis, quis in iure dicitur concl.8. n.1.

Et talis ille dicitur, qui non eſt in Ciuitate, concluſ. 8. num.2.

Dicitur ſecundum ſubiectam materiam, & in materia ſtipulationis ille abſens dicitur, qui non intelligit, conc.8. n.2.

Et in materia Iudicij talis ille dicitur, qui non eſt in loco Iudicij, concl. 8. n.2.

In materia præſcriptionis, dicitur, qui non eſt [illegible] Prouincia, concl.8. n.2.

Ite[illegible] dicitur arbitrio Iudicis, concluſ.8. n.3.

Abſens, vel præſens, quis dicatur, & quotuplex sit abſentia, vide concl.8. n.4.

Abſentiarum quinq; ſunt ſpecies, & prima neceſſaria, & probabilis militum; Secunda neceſſaria improbabilis relegatorũ; Tertia neceſſaria ſcolarium; Quarta voluntaria sine contumacia mercatorum; Quinta voluntaria cum dolo, & affectatione contumacium, & relegatorum, concl.8. n.5.

Et illa, vel eſt ordinaria, quæ datur in illis, qui alibi domicilium habent, & ordinariè ab vna Ciuitate abſunt; vel eſt extraordinaria, quæ contingit in habentibus domicilium hic, qui poſtea incipiunt ab eſſe, & tunc diuiditur, quia aut eſt neceſſaria, aut voluntaria; & iterum vtraque ſpecies ſubdiuiditur, quia, vel laudabilis, vel vituperabilis, ſeu neutra, concluſ.8. num. 6.

Neceſſaria vituperabilis eſt, qualis datur in relegato, & ea non eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, quia non eſt conueniens, quòd quis ex ſua improbitate ius conſequatur, concluſ.8. num. 8.

Neceſſaria laudabilis eſt, quæ datur in milite, vel in legato, vel in eo, qui mittitur ad extirpandos facinoroſos homines, & hæc eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integum, veluti si durante huiuſmodi abſentia vſucapio fuerit completa, concl. 8. n.7.

Et illa poſt delictum emanata, abſentem releuare non poteſt, concl.8. n.8.

Neceſſaria neutralis, ideſt, nec laudabilis, nec vituperabilis dicitur ea, qualis eſt in eo, qui detinetur à latronibus, vel abeſt cauſa litis, & hæc dicitur iuſta cauſa, ita, vt ſuccurratur abſenti cõtra vſucapionem in ſua abſentia completam, concl.8. n.9.

Et voluntaria laudabilis eſt in Scholare abſente cauſa ſtudij, & eſt iuſta cauſa, vt ei ſuccurratur concl.8. n.10.

Quod procedit etiam, si in Patria ſua adeſſet Gymnaſium ſufficiens, ibidem n.10.

Sed voluntaria vituperabilis eſt ea, quæ contingit in eo, qui abeſt cauſa otij, vel voluptatis, & ea non eſt iuſta cauſa, vt ſuccurratur, concluſ.8. n.11.

Voluntaria verò neutra, ideſt, nec laudabilis, nec vituperabilis, qualis eſt ea, quæ contingit in mercatore, non videtur eſſe iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, concl.8. n.12.

In Marcatore ſecundum communem opinionem eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, & ratio eſt, quia Mercatura eſt vtilis Reipublicæ, vt ex ea facilius inter homines commercium ſuſtineatur, concl.8. n.14.

Abſentes ex legitimò impedimento, pro præſentibus habentur, concl.97. ſub n.51.

Cauſa ſtudiorum, ſeù militiæ, pro præſentibus, habentur, & gaudent commodo, & priuilegijs præſentium; Vndè si eſt imposita pœna non commoranti in certo loco, tunc non comprahenditur abſens cauſa ſtudij, vel militiæ; Quemadmodum etiam dicitur de abſentia illa voti adimplendi cauſa, concluſ. 8. num. 15.

B Ab-

Abſentibus cauſa peſtis, & ob aeris intemperiem, necnon ob capitales inimicitias, & infirmitatē pœna non imponitur, concl.8. n.16.

Vt iuuet abſentia eſt neceſſe illius cauſas probare; aliàs abſentiam ſolam allegare non ſufficeret, concl.8. n.16.

Abſenti Clerico à ſeruitio ſuæ Eccleſiæ, ex iuſta tamen, & laudabili cauſa fructus, & diſtributiones debentur, concl.8. n.17. & concl.1. n.129.

Et quando Clericus eſt abſens, ad hoc, vt poſſit percipere fructus, & diſtributiones, non eſt ſufficiens licentia ſolum Capituli; ſed requiritur, vt illa etiam Epiſcopi nedum petatur, ſed obtineatur, concl.8. n.18. 19. & 22.

Abſēs Clericus, ex priuilegio cauſa ſtudij, diſtributiones quotidianas non percipit, etiam ſi illud Priuilegiū fuiſſet obtentū à Papa, concl.8. n.24.

Abeſſe non dicitur, qui cauſa ſtudij alibi commoratur, concluſ.8. n.11.

Abſens cauſa ſtudij, non poteſt percipere fructus, & diſtributiones beneficij, etiam ſi habeat licētiam Papæ, niſi concurrat licētia Ordinarij loci, in quo beneficium eſt ſitum, concl.8. n.25.

Et abſens per ſeptēnium cauſa ſtudij ab Eccleſijs etiam Curatis cum licentia Papæ, non tenetur intra illud tempus ad Sacerdotium promoueri, concl.8. n.26.

Secus, ſi cum licentia tantum Epiſcopi, ibidem.

Sed ſi ſit abſens Clericus, & illi Capitulū præſtiterit impedimentū, illudq; ſit in culpa, vt ille nō reſideat, tūc diſtributiones percipit, ibi n.27.

Et Capitulum, quando ad id dicatur eſſe in culpa vide ibidem.

Abſēs, ſi ſit Clericus à ſeruitio ſuæ Eccleſiæ ob litē, quam cū Capitulo habet ſibi indebitè motā, fructus, & diſtributiones lucratur, concl.8. n.28.

Et lis, quando dicatur iuſta cauſa abſentiæ, vide concluſ.8. num.22.

Abſēs à ſeruitio ſuæ Eccleſiæ, ſi tolleratur in Vrbe ex permiſſione Viceſgerētis, tūc nō ſolū excuſatur à pœnis cōtra nō reſidētes promulgatis; ſed etiā aliquādo fructus lucratur, ibi n.33.

Abſētes aliquādo fructus percipere ſolēt, vt ibidē. Nō tamē percipiunt diſtributiones, quæ intereſſentibus tantum conceduntur, concl.8. n.34.

Extende etiam ſi abſens haberetur pro præſēte, quia diſtributiones debētur verè, & cum effectu intereſſentibus, concl.8. n.35.

Fallit, ſi abſentia eſſet cū licentia Papæ, vel cauſa ſtudiorū, quia tūc lucraretur diſtributiones certas; non tamē illas incertas, quæ diſtribuūtur tātum inter eos, qui verè interſunt, & inſeruiunt quotidie ſtatis horis, concl. 8. n.36.

Itē fallit alijs modis, prout in dicta, concl.8. n.39.

Abſentia non voluntaria; ſed cauſata ab infirmitate, ſiue alio facto ſimili, non reſidentem excuſat, concl.8. n.39. in fin.

Abſens à loco beneficij tēpore peſtis fructus præcipuos, & principales percipit; non tamen quotidianas diſtributiones habet, niſi conſuetudine obtentum eſſet, eas abſenti ex iuſta cauſa, vel ob vtilitatem Eccleſiæ dari, concl.8. n.37.

Abſens per annum, nedum diſtiſtributionibus; ſed etiā medietate fructuū priuatur, & ſi perſeueret abeſſe, beneficio priuandus erit, concl.8. n.37.

Sed talis beneficio priuari non poteſt, niſi prius triū monitio præcedat, ac poſtea per ſex menſes fuerit expectatus, concl.128. n.289.

Et quando condemnari debet ſaltem citandus eſt per Edictum, ſiue per audientiam contradictarum, concl.8. n.40.

Sed excommunicandus ſi ſit abſens non citatur per edictum, neque per contradictas, quia citationes tali modo factæ, non ſufficiunt, ſed benè tunc illius Procurator excommunicari poteſt, concl 8. n.40.

Abſens per trinā citationem eſt conueniendus, nō autē per vnā tantū perēptoriam, concl.8. n.41

Abeſſe malitiosè ille dicitur, qui in beneficio reſidere tenetur, concl 8. n.40.

Abſens malitiosè, & ſic dedita opera, non eſt vocandus ad faciendam electionem, & præſentationem; quemadmodū nec etiā ſi eſſet in eadem Prouincia, vel Diocæſi, cōcl.131. ſub n.13.

Abſentes non ſunt neceſſariò vocandi ex vi clauſulæ vacatis vocandis, concl.85. n.60. & concl. 12[illegible]. n.[illegible]22.

Abſentes à Capitulo non ſunt neceſſariò expectādi in alienatione rei Eccleſiæ, concl.85. n.304.

Abſens legitimè non condemnatur in expenſis, concl.8. n.30.

Contrarium habetur ibi n.31.

Concorda, vt ibidem n.32.

Et talis quis non dicitur, ſi tempus ſit decurſum propter diſtantiam loci, ad adeundam reſidentiam, quia illud in abſentia nō computatur, concluſ.8. n.44.

Abſentes quando, & quomodo ſint vocandi in electione Epiſcopi, vel Abatis. vide concluſ.1. n.75. & concl. 131. n.13.

Abſentes vocati, & non expectati recuperare debent expenſas itineris [illegible]

Abſentia, vel præſentia [illegible] ab allegante illam, eſt probanda, concl.8. n.46.

Fallit, ſi eſſemus in his, qui ſunt eiuſdem Ciuitatis, & loci, quia tunc præſentia præſumitur, concluſ. 8. num. 47.

Abſentia, & ignorantia, quando excuſent. vide concl.50. n.20. & ſeqq.

Abſens pro laudabili, ac neceſſaria occaſſione à quocunq; defēdi poteſt, & publicę vtilitatis eſt, vt quis pro eo verba faciēs audiatur. c. 8. n.48.

Abſens, & impotens generare non poteſt, concluſ.69. n.36.

ABSENTI donatio fieri poteſt, Notario eius nomine ſtipulante, concl.9. n.1.

Et illi, ac omnibus alijs, quorū intereſt ſtipulatione Notarij ius acquiritur, & præſertim accedēte Clauſula camerali, quæ in vētre habet ſtipulationē pro omnibus, quorū intereſt, cōcl.9. n.2. & 3.

Ius acquiritur accedente iuramento, quia illud de ſui natura operatur, vt actio ſine ceſſione acquiratur, concl.9. n.4.

Item ius acquiritur ex Inſtrumēto guarētigiato, vel obligationē Cameralē cōtinente, vt ibi n.5.

Sed illud ius acquiritur; dūmodo illius ratificatio,

tio, & acceptatio ſubſequatur, concl.9. n.6.
Abſens, quãdo agit ad effectum, vt ei ius, ſiue Dominium fuerit acquiſitum, tunc eſt prius neceſſaria acceptatio, licèt tamen dicta acceptatione nondum ſecuta, non poſſit amplius obligãs ſe pœnitere, & a iã promiſſo recedere, cõcl.9.n.7.& 8
Abſenti, vt ius acquiratur, ei ratificatio, & acceptatio ſufficit, quæ deducitur ex ſola illius ſciẽtia, abſque alio actu poſitiuo, concl.9.n.10.
Abſẽti ſciẽtia præſumitur, quãdo verſatur in his, quæ cõmoda, & vtilitatẽ afferũt, eaq; ſolis præſũptionibus, & cõiecturis ꝓbatur, cõcl.9. n.11.
Abſentes non præſumuntur informati de eorum affinitate. concl.76.n.17.
Abſens præſumitur ignarus, concl.9.n.12.
Abſens, & infirmus non præſumitur ſcire ea, quæ publicè fiunt in Ciuitate, concl.9. n.13.
Licet præſumatur ignarus, tamẽ id nõ procedit, vt potè, quãdo matrimon. fuit clãdeſtinè factũ, quia tũc ex illo clãdeſtino actu, ignorãtia impedimẽti in cõiugibus nõ præſumitur, cõcl.9.n.15
Abſenti beneficium cõferri, & ad illud præſẽtari ipſe poteſt, & ſufficit pro eius validitate, quòd poſtea eius ratificatio ſubſequatur, concl.9.n.16.
Et illi animo poteſt acquiri per amicũ, dũmodo poſtea acquiſitionis ratificatio ſubſequatur, concl. 9. n.20.
Abſens ad beneficium præſentari, ac illud ei cõferri poteſt, concl.9.n.16.
Contrarium tamen tenent multi ibidem, nu.17. & concl.1.n.152.
Concorda vt ibi n.18., & concl.9
Abſens, quando fuit præſentatus examinari non debet, & præſertim, quãdo eſſet notus habenti illum inſtituere, concl.9.n.19
Abſens, vt legitimè præſentetur, quæ requirantur vide concl.9. n.18.
Abſentis fauore, quando apoca priuata probet. vide concl. 123. n. 12. & 22.
ABSOLVTIO ab excõmunicatione ſolet peti in foro exteriori in duobus caſibus, & primo quando offenſa, ſiue contumacia eſt publica, ſecundo, quando eſt dubia, concl.10. n.1.
Declaraq; d, quando eſt dubia, tunc cautio debet præſtari de ſtando iuri &c. ibidem.
Secus verò in foro conſcientiæ, vbi nil aliud attenditur, niſi id, quod ipſe pœnitens de ſe cõfitetur, & qualiter ſe accuſat, concl.10. n.1.
Sed à cenſuris latis in Curia dari non ſolet, niſi prius parito Iudicato, concl.10. nu.2.
Itẽ à cenſuris petita non datur, niſi præſtita cautione de ſoluẽda penſione ad omne mandatum Rotæ, concl.10. n.3.
Dari nõ poteſt excõmunicato ad inſtantiã partis in foro exteriori, ſub prętextu impotẽtię, niſi de licẽtia partis, vel niſi illa citata eius impotẽtiã probet coram eodem Iudice excommunicatore, concl.10.n.4.
Fallit tamen, vt ibi n.5.
Et abſolui regulariter nõ poteſt excõmunicatus per Confeſſariũ in vim Bullæ Cruciatæ in foro pœnitẽtiali parte, & Iudice inuitis, ne ordo Iudiciarius perturbetur cũ ſcãdalo; ſecus autẽ, ſi Iudex lõge ab excõmunicato diſtaret, quia tũc poſſet impotẽtẽ abſoluere cũ cautione Iuratoria, ſi alterã meliorẽ dare nõ poterit, c.10.n.6.7
Item abſolui debet Iudex excõmunicatus ex eo, quia in Bullã in Cœna Dñi inciderit, Eccleſiaſtica bona ſequeſtrando; dũmodo debitã ſatisfactionem offerat, etiam ſi id pars fieri renueret, concl.10. n.8.
Et ea dari poteſt à Nuncio Apoſtolico ad tẽpus, ob diuturnam abſentiam, vel longam diſtãtiam Iudicis excommunicatoris, concl. 10.n.9.
Extende ibi n.10.
Et quãdo, & à quibus perſonis in vim Bullæ Cruciatæ dari poſſit excommunicato, quoad forũ interius, vide concl. 10. n.11. cum ſeqq
Abſolutio ab excommunicatione à Rota de ſtylo cõcedi ſolet, cũ reincidẽtia, etiã nõ cognita cauſa, in Feſtiuitatibus Natiuitatis, & Reſurrectionis Chriſti, concl. 10. num.13.
Et quoad forũ interius, quãdo poſſit dari infirmo excõmunicato ab alio, quàm ab eo, qui abſoluere debebat, & quid poſtea abſolutus facere teneatur, poſtquã cõualuerit, cõcl.10.n.19.20.
Et quando ſecundum forum exterius dicatur abſolutus vide ibidem n. 21.
Itẽ, quãdo pro eo poſt mortẽ orari, ac miſſæ celebrari, nec non in loco ſacro ſepeliri poſſit, vide ibidem.
Et dari poteſt à legato de latere illi, qui eũ grauiter lædit, & ei iniuriã remittere valet, quoad forum interius, at ſecus quoad illud exterius, concluſ.10.n.23.
Abſolutioni petitæ, quãdo non paretur, iterũ cauſa cognita, reintruſio fieri debet, cõcl.10.n.24.
Abſolutio à cenſuris datur, vt cauſa apertius cognoſcatur, licèt illa ſemper cum reincidentia detur, concl. 10 num. 24.
A cenſuris cõceſſa, irregularitẽ nõ cõprehendit, cũ irregularitas nõ ſit cenſura, concl.10. n.25.
A cẽſuris nõ datur, niſi cõſtito de earum nullitate, ſiue iniuſtitia, cõcl.10.n.26. & vide c.135.n.89.
Item à cenſuris non datur, niſi dubium iuris, & facti probabile adſit, concl.11. n.27.
Secus verò, quãdo illud adeſſet, quia tũc ea cõcederetur ad cautelã, tàm ab illis latis ab homine quàm à Iure, quod enim quoq; procedit in illis per Synodalia ſtatuta latis, concl.10.n.27.
Et quãdo dubiũ probabile dicatur, vide ibidem.
Abſoluere poteſt Epiſcopus ſuos ſubditos in ſua Diœceſi ab õni ſuſpẽſione Iuris, etiã Sedi Apoſtolicæ reſeruata in foro interiori; dũmodo delictum in illo exteriori non fuerit deductum, concl.10. n.28.
Extende idem in irregularitate pari modo procedere ibidem n.28.
Extende 2. procedere etiam in aliis ſexdecim caſibus, ibidem à n. 29. vſque ad 51.
Et illa, quando ſtatim ſit concedenda à cenſuris, ſiue poſtquam de earum nullitate fuerit doctũ, erit diſtinguendum, vt ibidem, n.52.
Sed vni concedẽda venit ad cautelam; licèt cauſã excõmunicationis non alleget, concl.10. n.53.
Erit impartiẽda ei, qui eam petit allegando eam

fuiſſe iniuſtè latam; etiam ſi manifeſta offenſa non probetur; Item ſiue ea ſimpliciter, ſiue ad cautelam petatur, concl.10.n.54.
Eſt dãda petẽti eã ſimpliciter, ſine ad cautelã; licèt ſolum opponat exceptioné manifeſtæ iniuſtitiæ, ſiue offenſæ in genere, concl.10.n.55.
Et illa ad cautelam eſt valdè extraordinaria, & valdè præiudicialis, itaut pro ea impediẽda Iuramentum non ſit recipiendũ, nec cautio præſtãda venit, vt ſatisfactio euitetur, concl.10.n.56
Fallit tamen, vt ibi n.57.
Et illius petitio ad cautelam fit in dubio, ob periculum communionis, vel læsionis iuſtitiæ, concluſ.10.n.58.
Abſolutio ad cautelam, quomodo, quando, à quibus perſonis, & cum quibus clauſulis concedatur, vide concl. 10. ſub n.58. remiſſiue,
Et ad cautelam petita ab excommunicato, non eſt danda, niſi prius citata parte, iuret de parẽdo mandatis Eccleſiæ, concl.10.n.59.
Extende, vt ibi n.60.
Abſolutio ad cautelã petita, ſi alicui à Sacra Pœnitẽtiaria, ſiue ab alio Superiore cõmitteretur, tunc confeſſarius in foro pœnitentiali, non tenetur prædicta requiſita exigere; ſed tunc ſufficeret pœnitentem monere de ſatisfaciẽdo debito, vel offenſæ, ſi apparuerit illum fuiſſe legitimè excommunicatum, concl.10.n.61.
Et ad cautelam dari ſolet excommunicato ab Auditore Rotæ de ſtylo, abſque quòd remittatur ad Ordinarium excommunicantem, concl, 10. num. 63.
Et illa à cenſuris non niſi ab habente ſpeciale mandatum peti poteſt, concl.10. n.64.& n.68, & ſeqq.
Abſolutionem Prior petere non poteſt pro Monachis, ac ſubditis ſuis abſentibus abſque ſpeciali mandato, concl.10.n.65.
Abſolutio non impartitur niſi contrito, & petenti, concl.10. n.65,
Fallit tamen, & declara, vt ibi n.66,
Et ea petita, ſi eſſet ſolum reſtricta, & ad aliquas particulares cenſuras limitata, omnem abſolutionem à quibuſuis cenſuris non comprahendit, concl.10.n.67,
Illam obtinens ab vna excommunicatione, eam alteram non contingit, neque auget, & propterea, quoad illam expræſſam ſubreptio non datur, concl.10. n, 68,
Et ea vni cõceſſa ad effectũ dicẽdi miſſam in vno loco, non intelligitur ſimpliciter, & inde finitè conceſſa, quoad omnes locos concl. 10. n.69:
Abſolutus in vna parte, in altera cenſetur condemnatus, concl.10.n.70,
Et illam petens ab excommunicatione, non cenſetur fateri ſe excõmunicatum, quia abſolutio peti poteſt ad cautelam, concl,10.n.71.
Fallit tamen primo, quando in præcibus factum taliter narratur, ex quo verè excommunicatio eliceretur, concl, 10.n.72,
Fallit quatuor modis, vt ibi n.73. cum. ſeqq.
Et peti non poteſt, niſi ab eo ſpeciale mandatum habente, concl.10.n.78.
Nec eo caſu opus eſſet exprimere Inſtrumentũ procuræ in ſupplicatione, concl.10. n.79.
Fallit in foro interiori, vbi mandatũ procuræ ad abſolutioné petendã nõ eſt neceſſariũ, quia cõfeſſio Sacramẽtalis non poteſt fieri, niſi per ipſum, concl,10.n.81.
Et petita ab habẽte ſpeciale mandatũ, poteſt ea quoq; obtineri in diebus feriatis, cõcl.10. n.80,
Et eam petens ſimpliciter, non obid conualidat excõmunicationem nullã, nec dicta petitio retrotrahitur ad eam conualidandã, cõcl.10.n.82
Et quando dicatur nulla, vide concl.10.n.83.
Et vt obtineatur, veluti mãdatum debet eſſe ſpeciale, ita etiam commiſſio debet eſſe ſpecialis ad eam petendam ad cautelam. concl 10.n.84.
Item in quibus caſibus ſit petenda ad cautelam, vide concl. 10. n.85,
Abſolui quãdo, & à quibus quis poſſit ab excommunicatione incurſa, ob violentas manus in Clericum, vide concl.10. n.100. cum ſeqq.
Et poteſt concedi à Iudice à quo, appellatione pendente, & præſertim, quando excommunicatus ſtaret in articulo mortis, concl.10. n,86.
Extende procedere, vt ibi n,86.
Declara, vt ibidem, d.n.86,
Sed illam petẽs à Iudice à quo debet eſſe cautus eam petere, ob periculum moræ non renunciãdo appellationi, concl.10.n.86.
Abſoluere poteſt Iudex Clericum etiã maiori excommunicatione innodatum, interdictum, aut ſuſpenſum conſtitutum in articulo mortis, abſque irregularitatis incurſu à quibuslibet peccatis, concl.10,n.87.
Et illa ſemper cenſetur ab eo impetrata, ad cuius fauorem tendit, concl.10. n.88.
Fallit tamen iuxta ſtylum Rotæ, vt ibidem,
Extende, vt ibi n, 89,
Contrarium ibidem,
Sed [illegible] o [illegible] ſecundã, Extede, vt ibi n.90
Et præſumitur à principali obtenta, quãdo ſæpius fuiſſet petita, vel ſaltem de eius ordine, quia tunc pluralitas diſpenſationum omnem fraudis ſuſpicionem tollit, concl.10.n.92.
Item præſumitur à principali obtẽta ex illius vſu, & productione, quia producẽs ſcripturã cenſetur fateri omnia in ea cõtenta, concl.10. n.92.
Et ea ab excõmunicato petita excludit illius inſordeſcẽtiã, etiã ſi abſolutio fuerit expedita; ſed poſtea excõmunicatus litteras abſolutionis nõ recepiſſet, cõcl.10. n.93.& ibi ratio aſſignatur.
Extende multò magis procedere, ibi ſub n.94:
Fallit tamẽ, quãdo quis per trienniũ in excõmunicatione ſtetiſſet, quia tunc ad effectũ euitãdæ inſordeſcẽtiæ nõ videretur excusãdus per tãtũ tempus, imò tunc ſe ſuſpectum de hæreſi oſtenderet, concl. 10. n.96.
Abſolutio à cenſuris in vim Bullæ cruciatæ ſuffragatur, quoad validitatem impetrationis beneficij Eccleſiaſtici, concl. 10. n. 7.
Et illa à cenſuris non ſoluenti penſionem datur ſub prætextu paupertatis, ſi tamen ea fuerit [illegible], & non alias, concl, 10. n.95
Abſolutio an detur ab hæreſi occulta, vel à facultate

tate denunciandi complicem hæresis. vide concl. 1. n. 69.

Et in foro exteriori à cenſuris datur ſub certis ceremonijs, & primo excommunicatus iurat ſeruare mandata Ecclesiæ, quæ sibi fient. ſecundò, quod parti ſatisfaciet, si debitum aut contumacia eſt manifeſta. tertiò abſolutio datur, cum recitatione Pſalmi Miſerere, cum percuſſione ſuper humeros, virga, fune, aut flagellis, cum certis verſibus, & orationibus. concl. 10. n. 97.

Extende, quòd si Iudex eam formam non ſeruet, ſed ſolũ verbo abſolueret peccaret, ſed venialiter, remoto tamen contemptu, & ſcandalo, licèt tunc abſolutio valeret, concl. 10. n. 98.

Abſolutionem petens ab excommunicatione in libello, an ipſam excommunicationem probet vide concl. 165. n. 755. & ſeqq.

Abſolutio illius, qui offendit Clericum, quando sit danda ab Epiſcopo, siue à Papa. vide in concl. 10. n. 100. cum ſeqq.

Abſolutus ab excommunicatione ordines, & beneficia recipere poteſt, si nullã irregularitatem contraxit, concl. 124. ſub n. 27.

ABSOLVTIO à Iuramento ſuper aliquo cõtractu præſtito, in primis, & ante omnia eſt obtinenda ab eo, qui contra contractum Iuratum venire intendat; aliàs vti periurus à limine Iudicij expelli poſſet, concl. 11. n. 1.

Et ea eſt obtinenda, etiam si quis enormem, ſeu enormiſſimam læsionem allegaret; nisi tamen de ea, per tres ſententias conformes abſque partis oppositione de periurio; conſtaret, concl. 11. n. 2. & ibi ratio aſſignatur.

Abſolutio à Iuramento, an sit petenda, quando quis petit reductionem ad arbitrium boni viri si in laudo Iuramentum interuenit. vide concluſ. 128. n. 89. & concl. 133. n. 31. cum ſeqq.

Abſolutio non eſt petenda, quãdo læsio enormiſſima fuiſſet detecta, concl. 11. n. 2. & 3. & ibi ratio aſſignatur.

Sed antequam de læsione cõſtet, exceptio periurij agere volenti obſtat, concl. 11. n. 40.

Abſolutio à Iuramento eſt obtinenda ab eo, qui vult venire contra ſententiam, siue alium iniuſtũ contractum; aliàs exceptio periurij obſtaret, concl. 11. n. 5.

Abſolutio à Iuramento ad effectum agendi donec de læsione, vel alia iuſta cauſa doceatur illius vires non eneruat, concl. 11. ſub. n. 4.

Eſt petenda ab eo, qui velit actui iurato contrauenire, & illud Iuramentum eſſet à ſtatuto reprobatum, vt si contractus sine certis ſolemnitatibus fuiſſet celebratus, concl. 11. n. 6.

Eſt obtinenda ab eo, qui allegaret defectum conſenſus ex capite erroris, concl. 11. n. 7.

Eſt obtinenda ab eo, qui dolo aduerſarij ſe fuiſſe deceptum alleget, quia dolus, nisi sit detectus per ſententiam, abſolutio prædicta erit neceſſaria, concl. 11. n. 8. & ibi ratio aſſignatur.

Peti debet ab omnibus, & sic à minore, & muliere, etiamsi allegarent ſolemnitates ſtatuti in contractu fuiſſe omiſſas, concl. 11. n. 9.

Contrarium, ibi n. 20

Concorda ibidem.

Eſt obtinenda ab eo, qui contractus simulationem allegat, cum ex exceptio aduerſus inſtrumentum iuratum non obſtet, nisi prius de ea obtenta sit abſolutio, concl. 11. n. 11.

Etiam ab aſſertorio, & promiſſorio debet peti à muliere, nec ei eſt deneganda; etiam si mendacia, & falſa iurauerit, concl. 11. num. 12.

Et eſt neceſſaria etiam si ille, qui iurauit in Iudicio manutentionis agat, concl. 11. n. 13.

Item eſt obtinenda ab eo, qui sit obligatus in forma Cameræ sine Iuramento, cum illud virtualiter in ventre habeat dicta obligatio, concluſ. 11. n. 14.

Extende, vt ibid. num. 14.

Item venit obtinenda ab Vniuersitate, & Collegio, quod tamen declara verùm, quando illi, qui iurarunt eſſent viui; at ſecus si eſſent mortui, & ratio eſt, quia facultas talis ad ſucceſſores non transit, concl. 11. n. 15.

Sed non eſſet neceſſaria, quando periculum eſſet in mora, siue, quando neceſſitas immineret quia tunc quis poſſet propria auctoritate, abſq; alia abſolutione contra iuramentum venire, concl. 11. n. 16.

Neque eſt petenda, quando Iudicis copia haberi non poſſet, concl. 11. n. 16.

Item non eſt neceſſaria, quando illud fuit præſtitum ſub tacita conditione, quæ poſtea non fuit verificata, concl. 11. n. 17.

Non requiritur in dependentibus à mera voluntate Iurantis, quia tunc ille ſuo Iuramento contrauenire poteſt; licèt tamen periurus efficiatur, concl. 11. n. 18.

Non eſt petenda, quando actus ex implemento non ſecuto impugnaretur, concl. 11. n. 19.

Abſolutionem à Iuramento non petere promittens, eam amplius conſequi non valebit, concluſ. 11. n. 20.

Cõtrariũ ſeruatur in Curia de ſtylo, cõcl. 11. n. 21

Concorda, vt ibi n. 22.

Prima opinio magis placet auctori ibidem n. 21.

Rurſus concorda, vt ibi n. 23.

Abſolutio simplex à Iuramento non ſufficit, quandò adſunt plura Iuramenta; ſed tot requiruntur abſolutiones, quot ſunt obſtacula, & sic ſpecifica abſolutio ab omnibus erit petenda, concl. 11. n. 24.

Et quando petitur ab incurſo periurio, tunc eſt neceſſaria partis citatio, concl. 11. n. 25.

Non conceditur in Curia Eccleſiaſtica Neapolitana, nisi ad minus viginti dies ſolutionis ſuperſint, & si per inaduertentiam dicta abſolutio concedatur, ſuum effectum non operatur, concl. 11. n. 25.

Et impetrata à Iuramento poſt lapſum termini impetranti non ſuffragatur, concl. 11. num. 25.

Abſolutiones tot requiruntur ſpecificè, quot ſunt Iuramẽta, adeò, vt neque per relationẽ ad Inſtrumenta petitio ſufficeret, & ratio eſt, quia ex fine vnius abſolutionis oritur origo petitionis alterius, concl. 11. n. 28.

Abſolutio ab excommunicatione, vel à Iuramento, aut ab vna cenſura alteram non contingit, nec minus vna aliam auget, & ideò quoad expræſſam nulla ſubreptio conſiderari poteſt, cōcluſ. 11. n. 29.
Imò etiam ſi petatur ad effectum agendi tantum; non tamen eam petere ſufficeret, per relationē ad Inſtrumentum, quia ſpecificè ea petenda venit, concl. 11. n. 30.
Extende quòd neque ſufficeret etiam ſi per relationem ad contractum peteretur, concluſ. 11. num. 29.
Contrarium nempè eam ſufficere tali modo factam ibidem, num. 31.
Concorda, vt ibi n. 32. & 33.
Concorda iterum ibidem, num. 34. & 35.
Et tenendo dictam ſecundam opinionem extende eam nouem modis procedere, vt ibi nu. 36. cum ſeqq.
Suffragatur ſi fuerit petita coram Illuſtriſſimo Vrbis Vicario; ſed poſtea ab eius Viceſgerente conceſſa, quia illud dicitur idem Tribunal, & propterea tàm ab vno, quàm ab alio omnia expediri poſſunt, concl. 11. n. 47.
Sub extende id eò magis procedere, vt ibidem.
Et, quando petitur ad effectum agendi citationē partis non requirit, concl. 11. n. 48.
Extende eò magis procedere, vt ibi n. 49.
Sub extende ibi n. 50.
Declara, vt ibi n. 51.
Sed ſi detegatur ſubreptitia, vel obreptitia, tunc ipſa Iure fit nulla, concl. 11. n. 52.
Et huiuſmodi cognitio, an ſcilicèt abſolutio fuerit ſubreptitiè, vel obreptitiè obtēta poteſt etiam ad Iudicem ſecularem ſpectare, quando tamen de ea Iudex Eccleſiaſticus non cognouit, concluſ. 11. num. 53.
Contrarium, vt ibi, n. 54.
Concorda, vt ibi, num. 55.
Extende hanc ſecundam opinionem eò magis procedere, ibi num. 56.
Et ea non datur; niſi prius ea fuerit obtenta à periurio, cum quis non mereatur abſolutionem à Iuramento, poſtquam illi contrauenit, concluſ. 11. n. 57.
Sed ea à periurio nō niſi à ſummo Pontifice dari poteſt, ibidem in fine.
Et quando petitur ad effectum reſcindendi, tunc citatio partis eſt neceſſaria, concl. 11. nn. 58. 59. & 72.
Item, ad effectum agendi, abſque citatione partis non datur, quando obligatio Cameralis adeſt, concl. 11. n. 59.
Contrarium licèt hodie de ſtylo ſeruetur in Curia ibidem.
Concorda diſtinguendo, vt ibidem dicto nu. 59. cum ſeqq.
Et talis abſolutio Iuramenti vires, & robur non tollit, ſed ſolùm habilitat abſolutum ad comparendum, ſine metu periurij, concl. 11. n. 65. & 68
Contra inm. ibi n. 67.
Concorda, vt ibi, num. 68. & 69.
Et illa quæ impedit effectum Iuramenti ea eſt quæ datur ad effectum cauſæ, vel ad probationem in cauſa, ad videndum an, ſcilicèt illud dolo, vel metu, ac nimia reuerentia Iurantis fuerit præſtitum ibidem, n. 68. & 69.
Et data à Iuramento ad effectum agendi tantum, ius partibus præſeruat, concl. 11. n. 69.
Et in qualibet parte iudicij de ea opponi poteſt, vt ibidem.
Et poteſt quoque peti coram eo Epiſcopo illius loci, vbi interpoſitum fuit Iuramentum; ſed nō coram eo creditoris, concl. 11. n. 71.
Et quando petitur ab Epiſcopo ſuper aliquo contractu appoſito, poterit eo caſu Epiſcopus ſuper tota cauſa cognoſcere, concl. 11. n. 73.
Licèt regulariter illud Iudicium coram Iudice laico intentetur, non obſtante, quòd abſolutio fuerit obtenta coram Iudice Eccleſiaſtico, con cluſ. 11. n. 74.
Abſolutionis nullitas, ad hoc, vt euitetur opus eſt facere mentionem de pendentia litis, quando iam fuiſſet conteſtata, alias ea vti obreptitia ipſo Iure eſſet nulla, concl. 11. n. 76.
Et illius petendæ neceſſitas non tranſit ad hæredes Iurantis, cum nemo animam alterius illaqueare poſſit, quod tamen intellige verum, quo ad effectum periurij, at ſecus, quo ad obligationem à Iuramento inductam; quo caſu, etiam ad hæredes hæredum tranſit, concl. 11. n. 77.
Extende ibi num. 78.
Et quādo poſſit impediri ſub prætextu ſubreptionis vide in concl. 44. n. 29.
Sufficit, quòd fuerit petita ante motam litem ciuilem, quia ſi poſtea ea criminalis fieret, tunc abſolutio in criminali non eſt amplius neceſſaria, quod tamen declara verum; ſi in eo eſſet reus, & ſic quādo inuitus cogeretur ire ad Iudiciū, at ſecus ſi ille eſſet actor originarius, cōcl. 11. n. 79
Item, ſufficit, quòd ſit petita per annum ante motam litem, quia eo modo ſuffragatur, nec ob defectum citationis impediri poterit, concluſ. 11. num. 80.
Abſoluere in dubio potius debemus nocentem, quàm innocentem condemnare, concl. 80. n. 4. concl. 89. n. 309. concl. 143. ſub num. 63. & concluſ. 148. num. 236.
Abſolutio ab expenſis intelligitur de illis iudicialibus, nō autem de illis iure actionis debitis, concluſ. 128. num. 151.
Abſolutus ab expenſis, quatenus ſententiæ acquieſcat ſi appellet condemnatus cenſetur, concluſ. 128. num. 158. & plura vide in Verbo Expenſæ.
Abſolutio ab obſeruatione Iudicij eſt euitanda tanquàm litigantibus diſpendioſa. concl. 128. ſub n. 383. & ibi multa in materia.
ABSOLVTVS ſemel amplius accuſari, & vexari non poteſt, & ratio eſt, quia diuina Clemētia poſt dimiſſa peccata ad vltionem redire non patitur, neque Deus bis iudicat in ipſum, concl. 12. n. 1.
Amplia tribus modis ibi n. 2. & ſeqq.
Sub amplia, ibi n. 5.
Fallit tamen, ibi n. 6.

Abſolutus ſiue cōdemnatus in loco perpetrati delicti an poſſit iterum inquiri, vel moleſtari in loco originis, & è cōtra, vide cōcl. 12. n. 7. & ſeqq.

Abſoluere non poteſt Princeps, nisi prius concordatâ parte, concl. 12. n. 26.

Extende quinque modis, vt ibi num. 27. & ſeqq.

Fallit tamen quinque modis ibi n. 31. cum ſeqq.

Abſoluto malefactore cenſetur etiam abſolutus mandatarius, quando reus abſoluitur ſuper facto, vt puta si fuiſſet pronunciatum delictum, non fuiſſe commiſſum; ſecus verò si fuiſſet dictum ſolum, quòd reus non fuerit in culpa, & sic ſuper iure tantum, quia tunc, ex eo non excluderetur, quia mandans illud alio modo potuerit perpetrare, concl. 12. n. 37.

Contrarium tenet Ricard. Malumb. ibidē, n. 38.

Concorda quòd vna opinio procedat in Ciuili, altera verò in criminali ibidem. n. 39.

ABSVRDVM eſt euitandum, & abſurdum diceretur, si conſuetudo extarret de extraneo inſtituendo, concl. 13. n. 1.

Et tale etiā diceretur, si minus relinquatur fœminis pro ingreſſu Monaſterij, quàm pro matrimonio carnali, quia illud eſt altero nobilius ratione ſpiritualitatis, concl. 13. n. 2.

Item tale illud dicitur, quod eſt contra intentionem agentis, concl. 13. n. 3.

Et vt non inducatur omnis interpretatio eſt facienda, concl. 13. n. 4.

Quod quidē extende procedere, etiam si à proprietate verborum, & à regulis Iuris recederetur, concl. 13. n. 5. & concl. 42. n. 95.

Illudque eſt euitandum in colligenda mente teſtatoris, concl. 13. n. 6.

ABVNDARE in cautela nunquam nocet, neque actū vitiat, & cōcl. 14. n. 1. concl. 128. n. 308

Abundare in cautela dicitur Iudex, si in ſententia filios infantes, vnà cum eorum patre condēnet, concl. 14. n. 1.

Abundare in cautela dicitur ille, qui in impositione cenſus obligat vnam rem, & poſtea omnes alias, ex abundanti, concl. 14. n. 2.

Item, abundare in cautela dicitur, si in examine alicuius ad aliquod beneficium adhibeantur examinatores non idonei, vltra numerum à Conſilio Tridentino præfixum, concl. 14. n. 3.

Abundās in cautela adhibēdo plures quàm ſeptē teſtes teſtamentū vitiare non facit, si, inter illos aliqui reperiantur, qui aliquo morbo laborant si tamen ſeptem idonei reperiantur; concl. 14. num. 4.

Abundans in cautela, veluti apponendo viginti teſtes, in teſtamento, tamē in illius reuocatione ſeptem ſufficerent, concl. 14. n. 6.

Abundans quis in cautela, vt pote faciendo ſubſcribere teſtes in aliqua ſcriptura publica, non ob id tamen ille faciet eam effici priuatam, concl. 14. num. 7.

ACCEPTATIO beneficij nil aliud eſt, quàm quædam animi declaratio, vel gratiæ ſubexecutio, quæ per quemcumq; actum inducitur, concluſ. 15. n. 1.

Et eo ipſo, quòd eſt inducta, tunc ſtatim inducitur gratiæ conſumptio ibi n. 2.

Probatur tamen per nouam prouisionem, quàm, etiam ex narratiua, quæ concluditur nocet, ibi n. 3.

Etiam si sit facta coram Amicis; nihilominus eſt ſufficiens gratiam conſumere, in tantum quòd expectans amplius variare non poſſit, ibi n. 4.

Poteſt fieri, etiam ex coniecturis, & adminiculis ita, vt ipsis concurrentibus conſumatio gratiæ facta dicatur, ibi n. 5.

Item eſt quædam mentis, & voluntatis declaratio, quæ propterea tacita eſſe poteſt ibidem.

Sufficit, quòd fuerit facta ad motum, veluti ſe beneficio immiſcendo, siue eiuſdem poſſeſſioni inhærendo ibidem

Fieri poteſt coram Notario, & tunc ea vim prouisionis habet, nec propterea illa poteſt appellari minor prouisio altera, quæ fit per præſentationem literarum ibi n. 6.

Licet nulla, ſed ſcienter facta gratiam conſumere facit ibi n. 7.

Contrarium ibi n. 8.

Neque facit expirare gratiam, si Ius in beneficio acceptato acceptanti non competebat, quod procedit etiam, si in acceptatione proteſtatio adeſſet, vel non adeſſet, & tunc acceptanti non creditur, ſed debet altero modo apparere, quòd Ius alteri competat ibidem.

Et acceptans beneficiū vigore expectatiuæ, quod non poterat acceptare gratiam conſumit, si ſtatim, quòd ſciuit in in mora dimittendi remansit, ibi num. 9.

Acceptans beneficium, tunc tempori ſab alio poſſeſſum, eo caſu tenetur gratiatus probare illud ſub gratia cadere, ibi num. 10.

Contrarium, ibi n. 11.

Concorda, ibi n. 12.

Acceptatio ſemper præſumitur valida, ita, vt ex hac præſumptione onus probandi contratrariū transferatur in aduerſarium, ibi n. 13.

Contrarium licèt dicatur ibidem, ex ea ratione quia non eſt conueniens, quòd poſſeſſor ex præſumptionibus à beneficio sit eijciendus.

Acceptatio, nedum præſumitur in tempore facta, ſed etiam ex cauſa magis vtili, ibi n. 14. & 15.

Extēde procedere duobus modis, ibi n. 16. & 17.

Fallit tamen, ibi n. 18.

Sed regulariter obitus præſumitur præceſſiſſe ad effectum excludendi gratiam ſecundi, concl. 15. num. 19.

Subextende, ibi n. 20.

Et illa in genere, & in ſpecie simul, cum eiſdem Notario, & teſtibus eadem die fieri poteſt, concluſ. 15. n. 21.

Licèt tamen in Curia in genere, ſed non in ſpecie fieri ſoleat, ibi n. 22.

Acceptationes fieri ſolent in Curia in genere, etiā non expræſſis, nec Diœceſi, nec nominibus beneficiorum, ſed ea poſtmodum, etiam poſt lapſum decem annorum deduci poſſunt ad ſpeciē, immò Notarij dant etiam Inſtrumenta ad ſpeciem, ibi n. 23.

Acceptare poſſunt præſentes in Curia beneficia vacantia extra dictam Curiam in genere, &

poſtea habita notitia vacationis poſſunt declarare in ſpecie, ibi n.24.

Et licèt non poſſit acceptare habens terminum menſis ante vacationem; tamen ſi illud habet ſine tempore poteſt acceptare primum vacaturum in genere, concl.15.n.25.

Fallit duobus modis, vt ibi n. 26.& 28.

Concorda, vt ibi num.27.

Acceptatio, & promiſſio facta ante expeditionem literarum valet, quia literæ ad probationem requiruntur; non autem ad illius ſubſiſtentiam ibi num.29.

Item illa ante purificationem gratiæ valet; ſi tamen ea intra menſem poſtea purificetur. vt ibi num.30.

Sed ante vacationem fieri non poteſt. ibi n.31.

Et ſi fuerit nulliter facta, poteſt tamen acceptans variare, & illud ſibi non debitum dimittere, & aliud ſibi debitum acceptare. ibi n.32.

Acceptans beneficium credens per obitum vacare, cum reuera alio modo vacaret, ſuæ gratiæ præiudicare non dicitur. ibi n.33.

Et talis acceptans, etiam ſi contra eum ſententia feratur, à qua non appellet, nô impeditur tamen ſecundum acceptare; at ſecus ſi appellaret. ibi num.34.

Imò acceptans beneficium, ſi notoriè conſtet ius in eo non habere, tunc abſque quòd declarationem expectet, aliud acceptare poteſt. ibi num.35.

Et ſi ab executore non prouideatur infra menſem, non per hoc acceptatio euaneſcit, quia nullum tempus eſt executori præfixum. ibi n.36

Acceptanti ſufficit probare beneficium ante acceptationem vacare, licèt teſtes tempus vacationis non dicant. ibi n-37.

Acceptatio ante euentũ côditionis, & ſic ante purificationem gratiæ valet, ſi infra menſem conditio, ſiue gratia poſtea purificetur, veluti dicitur de libertatis datione, pendente optione eius, cui legata eſt ſeruorum optio, quæ valet in euentum, quòd ille non optetur. ibi n.38.

Et ea tribuit ius ad rem. ibi n.39.

Acceptare poteſt beneficium excommunicatus, matrimonium contrahere, & ſimilia facere, quæ ſunt facti; At ſecus in his quæ ſunt Iuris, & ob id prouiſionis non eſt capax, cum ea ſit Iuris. ibi num. 40.

Acceptatio ius non tribuit taliter acceptanti, vt propterea ſit neceſſe de ea mentionem fieri à tertio à Papa prouiſo. ibi n.41.

Et ea certi beneficij valet, etiam ſi erretur in nomine, per quem illud vacat; & ratio eſt, quia potius debet conſiderari vacatio, quàm modus. ibi n.42.

Extende, vt ibi d. num. 42.

Declara ibidem.

Imò valet, etiam ſi menſis non fuerit appoſitus, & tunc acceptatio generalis de prima, vel ſecunda, vel tertia præbenda valeret. ibi n.43.

Fallit iuxta modernam formam gratiarum, vt mox dicetur ſub n.45.

Et fieri poteſt per inhabilem, & excommunicatum; ſed non per procuratorem excommunicatum, & id ob periculum communionis. ibi num.44.

Et facta de primo, vel ſecundo beneficio vacaturo, ad hoc, vt valeat, quomodo ſit facienda, vide ibi n.45.

Acceptare poteſt expectans beneficium primò vacaturum in aliqua Eccleſia, licèt ad cuiuſuis collationem, inſtitutionem, ſiue electionem pertineat; dummodo in dicta Eccleſia exiſtat. ibi num.46.

Acceptans beneficium, ſi poſt illius acceptationem diceret, quòd illud in ſua gratia non cadebat, ei credendum non eſt, quia cum illud acceptauerit præſumitur, quòd in eius gratia caderet, & propterea illi acceptanti probatio incumbit, ibi n.47.

Acceptatio facta de beneficio per habentem minus decretum infra menſem, infra quem habês decretum maius acceptare poterat, eſt nulla. ibi n.48.

Acceptatio, quando à principio eſt nulla, ex poſt facto reconualeſcere non poteſt. ibi n.49.

Acceptatio primi data; licet reddatur inutilis, tamen præſtat impedimentum ſecundo. ibi n.50.

Fallit tamen, vt ibi n.51.

Acceptatio eſt nulla, quãdo fiat per expectantem Apoſtolicum, ſi tempore, quo acceptat legitimæ Sacerdotij ætatis non reperiatur, quia illi, iuxta Iuris diſpoſitionem, beneficium non confertur, concl.15.n.52.

Contrarium ibi n.53.

Extende ſecundã opinionem tanto magis procedere, vt ibi n.55.

Et illa facta à paupere ante purificationem gratiæ, quæ non purificetur infra menſem, non valet; licèt ſecus ſi gratia fieret in forma dignum concl.15.n.56.

Et ea, quæ fit per Procuratorem, includit etiam poſſeſſionis capturam, nec non omnium Iurium, & præheminentiarium, concl.15. n.58.

Quod tamen declara verum, quando mandatum ad acceptandum eſſet ſpeciale, concl.15.n.59.

Et facta eodem tempore per diuerſos Procuratores de diuerſis beneficijs nomine alicuius, tunc ea ſortiri debet effectũ in beneficio maiori, concl.15.n.59.

Sed quando fieri poſſit per coniunctam perſonã, etiam ſine mandato, vide concl.15.n.60.

Et facta ab habente ſpeciale mandatum ad acceptandum beneficium certi valoris, ſi vnum minoris valoris acceptat, ea Domino non nocebit, concl.15.n.61.

Fallit tamen vt ibidem.

ACCEPTATIO facta de primo beneficio, eo dimiſſo, poteſt acceptare ſecundum, quando notoriè conſtaret in eo nullum ius habere, etiam non expectata ſententia; quia acceptanti inutiliter, non prohibetur iterum acceptare, concl. 16.n.1.

Acceptare poteſt beneficium ſecundum ille, qui habet facultatem acceptandi infra certum terminum, & poteſt dimittere primum, etiam ſine

cauſa; at ſecus, quando terminus appoſitus non fuiſſet, quia tunc id facere non poſſet, concl. 16 num. 2.
Fallit tamen ibi num. 3.
Extende ibi num. 4.
Declara tamen ibi num. 5.
Acceptatio ſecunda, quando non eſt bona, an acceptans poſſit redire ad primam, vide concluſ. 16. num. 5. & 6.
Acceptans, quando habet nouam prouiſionem, poteſt capere beneficium, abſque publicatione, & tunc noua prouiſio, non autem expectatiua canonizanda venit, concl. 16. n. 7.
Sed ad cautelam habens nouam prouiſionem, debet, & acceptationem, & prouiſionem publicare, concl. 16. n. 8.
Quando obtinuit ſibi bis prouideri de eodem beneficio diuerſis temporibus, tunc trimeſtre datum ad publicandum currit à die primæ, & non ſecundæ prouiſionis, concl. 16. n. 9.
Et ſi exceſſerit taxam literarum Apoſtolicarum in acceptatione facta plurium beneficiorũ, tamen acceptatio valebit, quoad primum, ſecundum, & tertium, quæ taxam non excedant, concl. 16. n. 10.
Non poteſt expectare beneficium intra tempus illorum quatuor menſium ordinariorum Sede vacante, & ratio eſt, quia collatio beneficiorũ, dicitur fructus Epiſcopatus, concl. 16. n. 11.
Et dum intra menſem datum ad acceptandum vult acceptare, tunc manus ordinarij ligatæ cenſentur, concl. 16. n. 12.
Acceptantes poſſunt quandocunq; acceptare; dummodo infra menſem acceptent, quod declara verum, quando litteræ ſunt expeditæ, at ſecus ante earum expeditionẽ, concl. 16. n. 13.
Acceptans, poſtquam vnum beneficium, poſt vacationem impetrauerit, non poterit inde collatio declarari, veluti quoque dicitur de impetrante Apoſtolico, contra quem, poſt impetrationem literæ expediri non poſſunt, licet ſecus inter expectantes, concl. 16. n. 14.
Acceptatio prior facta ab vno ex expectantibus in vim gratiæ expectatiuæ, in qua dabatur menſis ad expectandum, facit eum diligentiorem altero ſimilem expectatiuam habente, concluſ. 16 num. 15.
Declara, quòd licet cap. duobus de reſcript. loquatur de ea diligentia in præſentatione literarum, tamen intelligitur etiam habere locum, in acceptatione facta infra menſem, concluſ. 16. num. 16.
Et valet etiam litteris non expeditis vigore mãdati de prouidendo, cum ſola ſupplicatione, etiam ſi eſſent reuocatæ gratiæ expectatiuæ, quod intellige verum, quando eſſent quoque reuocatæ regulæ, concl. 16. n. 17.
Acceptans contenta in Inſtrumento, veluti cenſetur etiam ſe obligare ad omnia, quæ in dicto Inſtrumento enunciatiue narrata fuere; ita quoq; dicitur de acceptante beneficium penſione grauatum, [illegible] ſe obligare quoq; cenſetur, concl. 1[illegible] 8.
Item acceptans mandatum videtur ſe adſtrinxiſſe ad omnia in dicto mandato contenta, concl. 16. num. 19.
Idem dicitur de acceptante ius aliquod, ſine aliquã prouiſionem facto, quia tunc ille cenſetur illud ius acceptare cum omnibus cõditionibus appoſitis, & omnibus in prouiſione contentis, concl. 16. n. 20.
ACCEPTATIO donationis eſt fienda, & ea acceptata præſumitur, per mandatum factum de illam acceptando, concl. 17. n. 1.
Extende primo idem procedere in confeſſione, cuius acceptatio eſt neceſſaria, & ea non acceptata confitenti non nocet ibidem.
Extende ſecundo procedere in compromiſſo, & ob id illud currere non incipit, niſi à die acceptationis ibidem ſub n. 1.
Extende tertio dictam acceptationem in pace eſſe neceſſariam, quia ea non prodeſt, niſi fuerit acceptata, concl. 17. n. 2.
Extende quarto, quòd ea in ſtipulatione à Notario facta ſit neceſſaria, concl. 17. ſub n. 1.
Et cẽſetur facta iuxta qualitatem actus acceptati, concl. 17. ſub n. 1.
Et illa contrahentium ſemper cenſetur cum ſua qualitate facta, concl. 17. n. 2.
Non datur, niſi cum ſuo onere, etiam ſi acceptãs illud onus ignoraſſet, concl. 17. n. 3.
Fieri debet in totum, non autem in parte, & partibus, concl. 17. n. 4.
Item acceptatio alicuius diſpoſitionis fieri non poteſt, niſi cum ſua limitatione, concl. 17. n. 5.
Et facit ius acquirere cum ſua cauſa, & non aliter, concl. 17. n. 6.
Acceptata ſi fuerit per aliquem confeſſio ea amplius reuocari non poteſt, ob ius illi quæſitum concl. 17. n. 7.
Sed nõ eſt neceſſaria in donatione pio loco facta, quæ valet, abſque quod acceptetur, concl. 17. ſub num. 7.
Item non eſt neceſſaria in donatione, ſiue alia conceſſione facta à Principe, ſi tamen ea ex Priuilegio concedatur, at ſecus ſi in vim contractus fiat, concl. 17. ſub n. 7.
Acceptatio gratiæ, etiam motu proprio ad partis inſtantiam factæ, nil operatur ſtante illius nullitate, concl. 17. n. 8.
Et talis acceptatio, quando ſemel fuit validè ſecuta, tunc ea amplius tolli, neque in priſtinum ſtatum reduci poteſt, concl. 17. n. 9.
Quod tamen declara verùm, vt ibi n. 13. & 14.
Cum conſenſu facta operatur, ſi adſit pactum de eo non reuocando, quòd ille cõſenſus amplius reuocari non poſſit, nec minus illi, niſi in manibus gratiam concedentis renunciari, concluſ. 17. n. 11.
Donationis antequã ſit facta, dicta donatio reuocari nõ poteſt, quãdo ea abſenti fiat, cõcl. 17. n. 12
Contrarium. ibidem n. 13.
Et talis acceptatio donationis abſenti factæ fieri nõ poteſt in præiudicium illius, cui fuit ius quæſitum titulo ſingulari, at ſecus ſi titulo vniuerſali, concl. 17. n. 14.

Fallit

Fallit, vt ibi num. 15.
Confeſſionis facta in Iudicio cum ſuis qualitatibus, & in totum fieri debet, concl. 17. n. 16.
Fallit vt ibi num. 17.
Extende duobus modis, vt ibi n. 18. & 19.
Sententiæ, quæ oritur ex compoſitione facta cum fiſco, ad affectum ſe redimendi à vexationibus, debet intelligi, retenta illa qualitate metus carceris, & vexationum; & non aliàs, concluſ. 17. num. 26.
Fallit tamen, vt ibi n. 27.
Faciè præſumitur de his, quæ vtilitatem afferunt velutì è contra ſuccedit, concl. 17. n. 24.
Sententiæ iniuſtæ non præſumitur, niſi vrgentes coniecturæ concurrerent, concl. 17. n. 28. & 35.
Sententiæ nullæ, ſiue laudi nulli ſuſtinetur in vim pacti, concl. 133. ſub n. 111.
De vſufructu facta, non facit renunciare illi qualitati legitimam petendi, concl. 17. n. 30.
Limita, vt ibi n. 31.
Contrarium ibi n. 32.
Quæ ſit alicuius laudi, licèt non teneat, ex eo, quia laudum eſſet nullum; tamen in vim pacti ſuſtinetur. concl. 17. n. 33.
Contrarium tamen, vt ibi n. 34.
Et hanc ſecundam opinionem eò magis extende procedere, vt ibi n. 30.
Acceptans legatum cenſetur approbare teſtamentum, ita vt illud amplius reuocare non poſſit, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illud receperit, concl. 17. n. 37.
Contrarium, vt ibi nu. 38.
Et hanc ſecundam opinionem extende duobus modis procedere, vt ibi n. 39. & ſeqq.
Fallit tamen, vt ibi n. 40.
Acceptans teſtamentum per eius vſum, hæreditatem adiuiſſe cenſetur, concl. 17. n. 43.
Acceptatione ſemel ſecuta alicuius actus, amplius illius reprobatio non datur, ètiam in alia causa, & inter diuerſas perſonas, concl. 17. n. 44.
Acceptatio adeò eſt potens, vt etiam omnibus abſentibus proſit, quod tamen declara verum, ſi actus principaliter ad declarādam agentis voluntatem tenderet, at ſecus ſi tenderet ad ſe obligandū, quia tunc præſentia illius, cui obligatio acquiritur, erit neceſſaria, concl. 17. n. 45.
Sed illa teſtamēti ab hærede ignorāter facta, non præiudicat, quoad ius illud impungnādi, conclu. 17. n. 46.
Fallit tamē, vt ibi n. 48. & 55. vbi ratio aſſignatur
Et ab vno facta alijs non nocet, concl. 17. n. 49.
Extende procedere etiam, reſpectu eiuſdem perſonæ acceptantis, quoad alia non acceptata, concl. 17. num. 51.
Item nunquam extenditur ad alterata, præter apocam, concl. 17. nu. 51.
Et ea alicuius donationis facta ab vno ex donatarijs, alteri cōdonatario prodeſt, veluti è conuerſo procedit, niſi ille, quando vnus ex illis donationem remitteret, quia tunc illa remiſſio alteri condonatario non noceret, concl. 17. n. 52.
Acceptationis forma, quando eſt tradita, ſi ea non ſeruetur actus acceptatus redditur nullus, concl. 17. num. 52.
Secus autem, ſi ea non fuerit tradita, quia tunc ſufficit quomodocumq; de acceptatione apparere, ibidem num. 49. & 52.
Acceptatio actus vtilitatem afferentis, ex ſola ſcientia præſumitur, concl. 17. n. 53.
Item præſumitur in eo, qui æſtimationem factā non improbaret, vel ab ea per eum appellatum non fuiſſet, & per plures annos non reclamaſſet concl. 17. n. 54.
Et nunquam refertur ad id, per quod aliqua Iuris remiſſio inducatur, ſed tunc certa, & indubitata ſcientia illius, quod approbari debet, tàm Iuris, quàm facti cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantijs requiritur, concl. 17. n. 55.
Extende, vt ibi num. 56.
Acceptatio facta cenſetur de depoſito, quando per creditorem ſibi illud conſignari inſtetur, concl. 17. n. 57.
Acceptoris ius nunquàm dicitur reſolutum, niſi prius illud datoris, & venditoris reſoluatur, concl. 17. n. 58.
Acceptatio literarum cambij, quando inducta cenſeatur, & quid operetur. vide concluſ. 17. à num. 59. vſque ad fin.
ACCEPTILATIO eſt confeſſio de recepto, quæ veram numerationem non probat, concluſ. 18. num. 1.
Et dicitur ficta ſolutio ibidem.
Et vni facta poteſt, ex pacto fieri, vt alteri non proſit; at ſecus ſi ſimpliciter fieret, quia tunc acceptilatio vni facta alteri correo prodeſt, concluſ. 18. nu. 3.
Declara vt ibi nu. 4.
Sed ſi fuerit facta in parte, non inducit nouationem in altera, concl. 18. n. 5.
Et verè ſolutionem probat, ſi ea fuerit facta præſente Notario de reali, & actuali numeratione fidem faciente, vt ſi diceret actualiter præſente, ſoluente, & exburſante, concl. 18. n. 6.
Contrarium tamen habetur ibidem n. 7.
Concorda, vt ibi n. 8.
Sed tenendo primam opinionem, extende eam procedere, vt ibi n. 9.
Contrarium tamen prædictis minimè obſtantibus, ibi n. 10.
Acceptilatio quomodo ab apoca differat, vide concl. 123. n. 2.
Acceptio perſonarum in Iure non eſt facienda, concl. 87. n. 132.
Acceſſiones bonorum non fiunt feudales, niſi curſus triginta annorum fuerit lapſus, intra quòd ſemper feudatarius illa bona, tanquàm talia, poſſederit, concl. 94. n. 17.
Naturales ad vſufructuarium ſpectant. concl. 136 ſub num. 14.
Quæ verò fiunt per alluuionem, illorum ſunt qui prædia cohærentia habent, concl. 94. n. 3. & latè in Verbo Alluuio.
ACCESSORIVM duplex eſt, & primum dicitur per viam neceſſitatis, quod à ſuo principali non poteſt ſeparari, vt eſt ripa ad flumen; ſecundum verò, per viam inhærentiæ, vt eſt legatum

gatum ad teſtamentum, quod poteſt ab inſtitutione ſeparari, abſque teſtamenti corruptione, concl. 19. n. 1.

Acceſſoria obligatio, quando ſuſtineatur non ſubſiſtente principali. vide concluſ. 86. num. 27. cum pluribus ſeqq. & concl. 114. per tot, & in verbo fideiuſſio.

Acceſſoria principale non veſtit, nec illi dat robur ſi illud de perſe ſit inefficax, concluſ. 167. ſub num. 22.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ita vt vno extincto, aliud quoque ceſſare dicatur, concluſ. 19. num. 2.

Et eatenus extinguitur, quatenus eſt extinctum ſuum principale; vndè finita cauſa principali, cenſetur etiam finita cauſa incidens ad eam, ſiue ſit finita cauſa per ſententiam, ſiue per tranſactionem, concl. 19. n. 3.

Neque immutare poteſt naturam ſui Principalis concl. 19. n. 4.

Extende, quòd illud ceſſet, ſi Principale extinguatur, ibidem n. 5.

Debet ſequi naturam ſui Principalis, etiam ſi acceſſoriũ eſſet præcioſius, & Principali dignius, vt eſt gemma ad aurum, & ornamentum veſtis, concl 19. n. 7.

Et ſi illud cõcedatur, cenſetur etiam Principale conceſſum, à quo ſeparari tamen non poſſit, concl. 19. n. 8.

Extende idẽ è conuerſò procedere, vt ibidẽ, n. 9.

Et nominatum cenſetur, quando fuit nominatum Principale, & ideò ſorte principali nominata, censetur etiam nominatæ vſuræ, quæ ſunt acceſſioriæ ad illam, concl. 19. n. 10.

Extinguitur, quando extinguitur Principale; Vndè extincto contractu, extinguitur etiã præcarium in eo appoſitum, concl. 19. n. 11.

Fallit tamen, vt ibi n. 18.

Acceſſoria tolluntur delicta, ſi Principale tollatur concl. 19. n. 13.

Et diſpenſatum cenſetur acceſſoriũ, quãdo Principale fuit diſpenſatum. concl. 19. n. 14.

Et tale dicuntur fructus ad ſortem; Vndè conuẽtio facta de ſorte habet etiam locum in fructibus, concl. 19. n. 15.

Non regulatur ſecundum naturam ſui Principalis, quando ſumus in materia odioſa, concluſ. 19. num. 16.

Item non regulatur à ſuo Principali, vbi diuerſa ratio vigeret, concl. 19. n. 17.

Non tollitur, licèt Principale ceſſet; Vndẽ contractu iure præſcriptionis, ſiue ſtatuto ſublato, non tollitur præcarium, concl. 19. n. 18.

Neque finitur ſublato Principali in materia, quæ diuidi poteſt, vt eſt in habitatione, concluſ. 19. num. 19.

Non ſequitur naturam ſui Principalis, quando in acceſſorio fuerit facta particularis prouiſio, quia tunc dicta prouiſio derogat illi, quæ aut virtute iuris, vel verborum ſignificatione videbatur incluſa, concl. 19. n. 20.

Item nõ ſequitur naturam ſui Principalis, quãdo eſſemus in actibus, qui omnino ſuo Principali non cohærent, ſed potius ſignificat Iuris tranſlationem de vno in aliud acceſſorium, concl. 19. num. 21.

Neque etiam regulatur à ſuo Principali, quando vna vocatio in ſecunda diſpoſitione contenta, eſſet magis ampla, quia tunc ea non poteſt dici conſecutiua ad primam, ſed ſtat de perſe, abſque vlla dependentia, concl. 19. n. 22.

ACCESSVS, & regreſſus in cauſis beneficialibus dari ſolent, in quibus aliquando dubitari contingit, an gratia potius contineat acceſſum, vel regreſſum, concl. 20. n. 1.

Et differt à regreſſu, quia acceſſus omninò depẽdet à futuro euentu, nec ius aliquod de præterito habet; regreſſus verò ille propriè dicitur, qui habet cauſam de præterito, quia ille non eſt noui tituli acquiſitio; ſed continuatio antiqui, concl. 20. n. 2. & 5.

Acceſſus, & regreſſus ad hoc, vt dicatur iuſtificatus, debet doceri de lite ſaltem de facto, ſi non conſtaret, Papam voluiſſe eam fieri de Iure, concl. 20. n. 2.

Neque litem de facto, & de Iure diceretur exiſtere, ſi ea fuiſſet inchoata per Procuratorem, mandatum Procuræ non habentem, ibidem num. 2

Et ad hoc, vt vni reſeruetur, quid facere debeant cauti Procuratores, vide ibidem n. 2.

Acceſſus dicitur noua acquiſitio de futuro, non autem de præterito ius accipientè; Regreſſus autem dicitur tituli antiqui continuatio, concl. 20. num. 3. & 5.

Acceſſum habere volens debet habilitationem habere de tempore, quo accedere velit, ſiue purificatæ conditionis, veluti, quia dictis temporibus non eſſet furioſus, vel alio modo incapax, concl. 20. n. 3.

Et eſſet ipſo Iure nullus, ſi non fuiſſet facta mentio, quòd ille ad cuius fauorem reſeruabitur morbo caduco laborabat, concl. 20. n. 4.

Acceſſus non eſt iudicandus; ſed regreſſus, quando fit retractatio ad fauorem alicuius, quia ſtãte ceſſione facta ad illius fauorem, cum ipſe haberet ius de præterito, obid dicẽdus eſt regreſſus potius, quàm acceſſus, concl. 20. n. 7.

Acceſſum debet habere ille, ſi in literis fuerit appoſita illa clauſula; nempè, quòd talis ad beneficium accedat vigore præſentium; ſecus verò quando quis haberet titulum præcedentem, cum ſola ſupplicatione, quia tunc regreſſus dicitur, concl. 20. n. 8.

Et in caſu illius clauſulæ, nempè quòd talis accedat ad beneficium, non eſſet neceſſaria prioris tituli iuſtificatio, quia Papa per huiuſmodi acceſſum videtur nouum titulum concedere, cõcluſ. 20. n. 8.

Fallit tamen, ſi eſſet facta reſeruatio ex ceſſione literis non expeditis, quia tunc intraret decretum Fel. record. Gregorij XIII. qui vult, quòd illo caſu intelligatur reſeruatus ingreſſus, & acceſſus, non autem regreſſus concl. 20. n. 9.

Extende, quòd regreſſus ſuſtineatur ex cauſa ceſſionis factus, etiam quòd cedens bonum ius

non

non haberet; ſed iſto caſu ſufficeret, quòd cedẽs de aliquo titulo doceret, concl.20.n.10.& n.11 aſſignatur ratio.

Et reſeruatus ad fauorem alicuius ad aliquam Eccleſiam, tunc affectionem illius Eccleſiæ nõ inducit, & ratio eſt, quia acceſſus, & regreſſs dicuntur gratiæ, quæ fauorem certæ perſonæ reſpeciunt, & non inducunt affectionem, ſi non verificantur in perſonam eius cui dictæ gratiæ reſeruatæ fuere, concl.20. n.12.

Et propterea iſto caſu non impeditur ordinarius, quominus eam in ſuo menſe conferre poſſit, ibidem.

Fallit tamen, vt ibi n.12.

Et reſeruatus minori quatuordecim annorum ad aliquam Abbatiam, ex defectu ætatis erit ipſo Iure nullus, ex diſpoſitione ſacri Cõcilij Tridentini, quod requirit tempus 22. annorum, concl.20. n.13.

Ille dat ius ad rem, & non in re, cum ſit noua acquiſitio tituli, concl.20. n.14.

Et dicitur gratia conditionalis, quæ ante purificationem nihil ponit ineſſe, concl.20. n.14.

Acceſſus, regreſſus, & ingreſſus ſub quibuſcumq; formis, & quibuſcumq; perſonis, & quomodocumq; conceſſi fuerunt ſublati per Pium V, concl.20. n.15. & 16. vbi ratio aſſignatur,

Declara, vt ibi n.17.

Etende, vt ibidem,

Et regreſſus quibus modis deſinere ſolebant, vide ibi n.18.

ACCESSVS, quando tutus non datur ad aliquem locum, ob incurſum hoſtium, tunc ſufficiet, quòd citatio fiat in loco inſigni vicino, licèt non viciniori, concl.21. n.1. & 2.

Et quando excuſet à non appellando coram Iudice loci ſuſpecti, vide concl.128. ſub n.555.

Et ille poteſt probari per teſtes dicentes credere non eſſe tutum aliquem in dicto loco citare, concl.21. n.1.

Exende, vt ibi n.1. & 3, vbi aſſignatur ratio.

Extende dictam citationem in aliquo inſigni loco factam valere, etiam ſi Iudex decreuiſſet, quod citationes in aliqua particulari Ciuitate, ſiue loco affigerentur, concl.21. n.4.

Et ſemel in prima Inſtantia probatus, etiam pro commiſſione executoriali inſeruiet, niſi tamen Iudici conſtaret cauſam metus ceſſare, quia tunc illud non ſufficeret, concl.21. n.5.

Fallit tamen in acceſſu non tuto probato contra vnum, quia non probat, quo ad aliàs vigore Clauſulæ (Omnes alios &c.) quia de metu vnius non infertur ad alium, aliàs vnus puniretur pro alio, quod inconueniens eſſet, cum pœna ſuos auctores egredi non debeat, concl.21. n.6.

Et ad hoc, vt dicatur nõ tutus ſufficit metum inferre conſanguineo, vel familiari, concl.21.n.7,

Tutus, quando in aliquo loco non datur, tunc ſufficit, quòd quis citetur dimiſſa copia, & ad valuas Eccleſiæ, ad hoc, vt pro vero contumace habeatur, etiam ſi citatio aliàs debuiſſet eſſe perſonalis, concl.21. n.8.

Tutus ſi parti adimatur, tunc illi ſuccurritur Iuris remedio, per viam intimationis factæ per edictum, concl.21. n.9.

Sed, quando tutus non datur, tunc proteſtatio, & intimatio procuratori facta non ſufficit, ad faciendum aliquem deſiſtere à perceptione penſionis, ſiue ad illam dimittendam, ſed ea debet fieri principali, concl.21. n.10.

Et quando tutus non datur in aliquo Iudicio alicui principali, tunc eidem licebit Procuratorem reuocare, concl.21. n.11.

Et ratio eſt, quia in Iudicijs acceſſus tutus eſſe debet ibidem.

Fallit tamen, vt ibi n.11.

Extende vt ibidem.

Sed licèt ille tutus non detur, non ob id tamen excuſat Vaſallum à præſtatione Iuramenti fidelitatis, concl.21. n.12. & ibi aſſignatur ratio.

Acceſſum non tutum allegare in delictis ridiculum eſt, niſi tamen allegaretur locus ſuſpectus ratione odij, vel partialitatis, concl.21. n.13.

Acceſſus ad domum mulieris, cum commoratione plurimum copulam carnalem arguit, concluſ.21. n.14.

Extende tantò magis. vt ibidem

Acceſſus famuli ad concubinam Patroni, dicitur punibilis, concl.21. n.15.

Acceſus quando alicui concedatur ad rem ſuam per fundum alienum, vide concl.21. n.16.

Accingendus de proximo habetur pro accincto. concl.65. n.35.

Fallit tamen, vt ibidem.

Accipiens pecunias pro vulnere inferendo, non gaudet immunitate Eccleſiæ. concl.150. n.26.

Accipiens pecunias pro vulnerando, ſi ex vulnere mors ſequatur, qua pœna ſit puniendus. vide concl. 150. n. 69. cum ſeqq.

Accipientis animus ſemper plus operatur, quàm animus tradentis. concl.109. n.32

Fallit in verberibus. ibidem.

ACCLAMATIO plures effectus in iure operatur, & ideò ſi puella accamet, ex hoc inducitur violationis, ſiue adulterij, præſumptio, concluſ.22. num.1.

Acclamare ſi fuerit audita aliqua puella in aliqua domo (Soccorrettemi, ſoccorrettemi) & deinde ex ea aliquis enſe denudato exeat, & mulier vulnerata, & ſtuprata reperiatur, tunc vrget præſumptio contra exeuntem è domo, imò id probationem inducit, concl.22. n.2.

Acclamatio facta ab vno in aliqua domo facit reputare vnum, ex ea exeuntem eſſe aggreſſorem, & vulneratum aggreſſum, cõncl.22. n.3.

Illaque vna cum fuga facit, non ſolum præſumptionem, ſed etiam probationem contra fugiẽtem, concl.22 nu.4. licèt farinac. id pro vero, non habeat. ibidem.

Et ad hoc, vt indicium faciat per duos teſtes probanda venit qui ſint vicini, & audierint eum acclamantem, & illius vocem notam habeant, quia tunc opus non eſſet eum vidiſſe, ſed ſufficit ſolum eum audiuiſſe, concl.22. n.5.

Sed vox nota haberi non poteſt, niſi ex nimia familiaritate, concl.22. n.6.

Declara vt ibi num.7.

Acclamationes factę de nocte inducunt præſumptionem furti, ſi incontinenti fuerint factę ſequuto furo ab eodem, qui dicit rem ſibi fuiſſe ſubtractam, concl. 22. n.8.

Extende eò magis furtum probari, ſi cum acclamationibus alię coniecturę concurrant; Quod tamen intellige verum, ſi bona fama conquęrentis quoque concurrat; aliàs bona fama cum acclamationibus ſolùm ſufficeret ad inquirendum, concl.22. n.9.

ACCOLITATVS quando datur in honorē licèt conferri poſſit, quia non eſt ordo, tamen illius collatio erit nulla, ſi illegitimo conferatur, non facta dictę illegitimitatis mentione, concl. 23. n.1. & n.2 ratio aſſignatur.

Et non compręhenditur appellatione omnium Ordinum, etiam Sacrorum, ſi per modum priuilegij, exemptionis, ac honoris conferatur, concluſ.23. n.3.

Extende, quòd diſpenſatus ad vnum, non cenſetur diſpenſatus ad alium, quia cum diſpenſationes ſint ſtricti Iuris, nec propterea in conſequentiam trahuntur, nec minus valet argumētum in hoc de maiori ad minus, concl.23.n.3.

Et ille, qui datur in priuilegium exemptionis, dignitatis, & honoris, vel pręhęminentię eſt diuerſus ab eo, qui alicui confertur ſub nomine officij Accolitatus, nec per conſequens cum eo incompatibilitatem inducit, concl.23. n.4.

ACCONCIVM dicitur quid de appenditijs dotis, & ideò de eo eſt iudicandum, tanquam de ipſa dote, concl. 24. n.1.

Et licèt ſit eius naturę cuius eſt ipſa ados; tamen in caſu reſtitutionis dotis illud reſtituendum non venit, concl.24. n. 2.

Quod tamen declara verum, vt ibi nu. 3. & ibi *ratio datur*.

Sed in dubio prior ſumma ſoluta veriſimiliter pro acconcio, non autem ex cauſa dotis ſoluta præſumitur; & ideò ea in reſtitutione dotis reſtituenda non venit, concl.24. n.5.

Illud à bonis paraphernalibus valdè differt, & ſic magis naturę dotis accedit, quàm faciant dicta bona paraphernalia, & ideò de illis non eſt iudicandum, veluti de dote, ſiue illius augmento, concl.24. n.6.

Et per virum reſtituendum vnà cum dote venit, & ſi illud fuerit datum æſtimatum, tunc non bona, ſed eorum prætium veniret reſtituendū, concl. 24. num.12.

Secus autem, quando illius æſtimatio non interueniſſet, quia tunc bona, vti propria vxoris eodem modo, quo reperirentur, reſtituenda venirent, concl.24. n.13.

Extende, quòd non ſolùm reſtituendum venit à viro, ſed etiam omnia alia bona, quæ dātur, ob cauſam matrimonij, quæ omnia dotis priuilegio gaudere dicuntur, concl. 24. n.14.

ACCONSENTIRE dicuntur actui illi, qui fuerunt conuocati ad illum faciendum, ſi non contradicant, concl.48. n. 65.

ACCRESCENDI ius dicitur quędā vulgaris ſubſtitutio, quę vēdicat ſibi locū in hæreditatibus, ita vt altero adeunte portio non adeuntis ſibi adeunti accreſcat, etiam illi inuito, & ignorāti, cū hęreditas nō poſſit ſtare in ſuſpenſo, nec per conſequēs teſtator poſſit pro parte teſtatus decedere, & pro parte non, concl.25. n.4.

Quod enim declara procedere, vt ibi n.2.

Accreſcēdi ius habet locū ad fauorē eius, qui eſſet in aliqua re particulari inſtitutus, cui ſi nō detur hæres vniuerſalis, in totū ſuccedit, cōcl.25.n.3.

Extende quatuor modis, vt ibi n.4. & ſeqq.

Extende ibi num.8.

Falit tamen ibi n.10.

Et mens teſtatoris contraria primò cenſetur, ſi veniens ab inteſtato eſſet filius; ſecundò ſi alienatio fuiſſet prohibita; tertiò, quando eſſet appoſita clauſula codicilaris, concl. 25. n.10.

Et iſtud ius habet locum in feudo paterno, vel antiquo, concl. 25. n.11.

At ſecus ſi feudum eſſet nouum; ſi tamen inueſtitura non eſſet vni ſoli conceſſa, & poſtea in plures diuiſa, ſed ſi à principio plures eſſent inueſtiti, tunc ius accreſcendi inter plures locum non haberet; ſi tamen contrarium non fuiſſet expreſſum, concl.25. n.11.

Et ratio eſt, quia in Emphitheuſi à pluribus recepta nunquam habet locum ius accreſcendi, niſi ita fuerit conuentum, concl.25. n.11.

Et habet locum in feudo quando illud de per ſe eſſet indiuiduum, ſiue per pactum in eo adiectum, vt ſcilicèt illud nullo modo non diuideretur, concl.25. n.12.

Item habet locum inter coniunctos re, & verbis vel hęredibus inſtitutis, quia tunc, ſi vnus nolit, aut nō poſſit ſuam partem capere, illa alijs coniunctis, vel cohęredibus accreſcere debet, concluſ.25. n.13.

Illud nō inducit coniunctio verbalis, vbi diuerſę res ſub vna eademq; oratione diuerſis perſonis legantur, vt ſi eadem res ita legatur, vt eius partes poſſint verbis ſegregari, concl.25.n.14.

Iſtud regulariter ſolet operari verbalis coniunctio inter coniunctos ſubſtitutos, concl.25.n.15.

Quod procedit, nedum ſi illi eſſent vulgariter ſubſtituti; verùm etiam, ſi per fideicommiſſum, concl.25. num.16.

Item habet locum in fideicommiſſo, Vniuerſali, ita vt, ſi duo fuerint ad fideicommiſſum vocati, vno eorum repudiante, alter ad illius portionem admittendus venit, concl.25.n.17.

Contrarium tenet practic. Papien. ibidem. n.18.

Extēde primā opinionē procedere etiā in fideicōmiſſis, ſeu legatis particularibus, cōcl.25.n.19

Iſtud quoque habet locum in vſufructu pluribus relicto; Vndè ſi vnus decedat, poſt ipſum acceptatum, eius portio alijs legatarijs accreſcit, non autem hæredibus, quia in illo vſufructu teſtator videtur magis eos, quàm hæredes dilexiſſe, concluſ. 25. n. 20

Secus autem, vbi de contraria mente teſtatoris aliquo modo apparere poſſet, quia tunc portio potius hæredi, quàm legatario veniret accreſcenda, ibidem n.20.

Contrariũ tamen erit in legato proprietatis, in quo ius accreſcendi locum non habet, ſi vnus ex legatarijs decedat, concl.25.n.21.
Sed non habet locum in contractibus, & ratio eſt, quia copula (Et) inter plures in contractibus operatur, vt tot ſint contractus, quot ſunt perſonæ, adeò, vt quilibet pro virili portione acquirere, vendere, & obligare cenſeatur; ſecus autem erit in vltima voluntate, in qua dicta copula (Et) coniungit, & fauorem extenſiuum operatur, concl. 25. n.22.
Secus autẽ in contractu facto à Principe, veluti in donatione, quia tunc condonatario accreſcit id, quòd alteri fuit donatum, concluſ. 25. num. 23.
Item in contractibus non habet locũ poſt emolumentum alteri quæſitum, concl.25.n.23.
Quod quidem parimodo procedit, quando id ex voluntate expreſſa teſtatoris colligeretur, concl.25. n.24.
Item non habet locum in inſtitutione facta cum taxatiua, quia per eam illius prohibitio inducitur, concl.25. n.25.
Declara tamẽ vt ibi n.25.& ibi ratio aſſignatur.
Quando à teſtatore cenſeatur prohibitum, vide ibi n.26. cum ſeqq.
Immò poteſt etiam in inſtitutione prohiberi, ſi tamen illa ratio eſſet, quòd teſtator poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte non, concluſ. 25. num.30.
Extende, quòd etiam poſſit à teſtatore prohiberi, tàm in legatis, quàm in fideicommiſſis, & tã expreſsè, quàm tacitè, concl. 25. n.31.
Et illud eò magis ceſſaret, quando legata agnita fuiſſent, & præcipuè, ſi recederetur à legato poſt agnitionem ibidem.
Et per ſubſtitutionem cenſetur prohibitum, etiã ſi ſubſtitutio eſſet inutilis, & ratio eſt, quia etiã in actu nullo voluntas diſponentis deprehenditur concl.25.n.32.
Contrarium vt ibi n.33.
Concorda vt ibi n.34.
Sed illud non habet locum, quando ſubſtitutio vulgaris adeſſet, cum dicta ſubſtitutio ſit illo potentior, etiam ſi eſſet tacita, iuxta communem, de qua in concl.25. n.35.
Et ad hoc, vt dicatur inductum, & ſubſtitutus excluſus, coniunctio ſanguinis eſt præcipua cõiectura ad illud præſumendum, concl.25.n.36.
Et ad hoc, vt illi ſit locus, nulla ſit differẽtia inter modus cõiunctionis, niſi in caſu, in quo cõiuncti diuerſo modo cõcurrerent, concl. 25. n.37.
Et tunc quomodo eſſet procedendũ, vide ibidẽ.
Et quando illi non erit locus, tunc ſubſtitutus admittitur ad partem coniuncti, & præſertim, ſi teſtator vſus fuiſſet aliquibus verbis, totalem ſubrogationem ſecundi ſubſtituti in locum primi, denotantibus, concluſ.25.n.38.
Et iſtud ius non habet locum in contractu Emphiteutico, concl.25. n. 39.
Fallit duobus modis vt ibi n. n.39. & 40.
Extende prædictas fallentias eò magis procedere, vt ibi n. 41.
Et quando habeat locum inter Canonicos, & Beneficiatos vide ibidem n. 41.
Illis nunquam eſt locus in Emphiteuſi à pluribus recepta, niſi ita actum ſit, concl.25. n.42.
Et quomodo ita actum dicatur, vide ibidem.
Tranſmittitur, & ideò illud cohæredi competens, ſi decedat ad illius hæredes transfuſum cenſetur, concl.25.44.
Sed prius eſt neceſſaria hæreditatis aditio, concluſ. 25. n. 45.
Et iſtud ius illi primogenituræ æquiparatur, concluſ. 25. num. 44.
Item huic iuri non eſt locus, vbi diuerſo iure ſuccedîtur, concl.25. n.43.
Et illud adeò eſt potens remedium, vt propterea potentius ſucceſſorio edicto dicatur, concluſ.25. num. 47.
Et non acquitur ei, qui illud habet, quando vnus contemplatione certæ perſonæ hæreditatem repudiaret, ſed tunc ille præterretur in parte repudiata, cuius contemplatione repudiatum fuit, concl.25. n. 48.
Item illi non eſt locus, quando ius tranſmittendi durat, quia per tranſmiſſionem portio non ſit caduca, & propterea, nec alteri cohæredi accreſcere poteſt, concl.25. n. 49.
Extende duobus modis ibi n.51. & 52.
Et iſtud ius dicitur afferre lucrum, ſed illud non decreſcendi à damno præſeruat, ibidem.
ACCVSATIO eſt quædam criminis delatio ad publicam vtilitatem inuenta, legitima interueniente ſubſcriptione, concl.26. n.1.
Et dicitur remedium ordinarium; Inquiſitio verò extraordinarium, concl.26. n.1.
Accuſator de iure antiquo tenebatur ſe inſcribere ad pœnam talionis, id eſt ad eam pœnam, quæ veniret imponenda accuſato, caſu quo accuſationem iuſtificaſſet accuſator; ſed hodie fuit ſublata, ne via accuſandi accuſatoribus præcludatur, concl.26. n.2.
Sed ſi in aliquibus locis ea in vſu eſſet ad reprimẽdam calumniatorũ audaciam, ne crimina falſa intendant, tunc id non haberet locum in denunciatione criminis, quia ea ad corectionẽ tendit, & ſic ab accuſatione differt, concl. 26. num. 3.
Accuſatio antequam fiat in foro exteriori, non eſt neceſſaria denunciatio, ſiue præmonitio, veluti eſt neceſſaria in foro interiori concl. 26. nu. 4. cum ſeqq.
Cõtrarium, quòd ſcilicet, neque in foro exteriori, nec interiori, dicta denunciatio ſit neceſſaria vide ibidem nu.11.cum ſeqq.
Accuſator nõ tenetur ſe inſcribere ad pœnã talionis ante decretam citationem concl.16.n.23.
Et accuſari poteſt quis tribus modis delicto, nempè denunciando, accuſando, & inquirendo, concl.26.nn.24.
Et accuſator quando teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis, vide ibidem.
Non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, quando de delicto Ciuiliter, ſed non Criminaliter agitur, concl.26. n. 25.

Ac-

Accuſatio etiam ciuilis datur, quãdo ad priuatam vtilitatem principaliter tendit, concl.26.n.26.

Sed accuſatus correſpectiuè ſemper intelligitur de criminali, & non de ciuili ibidem. n.26.

Accuſatus, ſiue agens ciuiliter, vt aduerſarius beneficio priuetur, ad pœnam ordinariam ſe inſcribere non tenetur, ſed ad extraordinariam tantum, concl.26.n.27.

Accuſationis modus facit teneri ad inſcriptionem talionis; at ſecus, ſi per viam inquiſitionis procedatur, concl.26.n.28.

Accuſandi tempus, ſi ex ſtatuto præſcribatur, tunc veluti eo elapſo, quis ab accuſando repellitur, ita quoque in Iudice, qui poſtea ex officio inquirere non valet, concl.26.n.32.

In accuſatio ad hoc, vt valeat hæc requiſita ſunt neceſſaria, & primo, vt præcedat inſcriptio; quod tamen ſecus eſt in denunciatione; ſecũdo in libello accuſatiuo locus, & tẽpus debet adijci; tertio requiritur, vt accuſatus non reaccuſet illius aduerſarium; quarto requiritur, quòd ſit talis, qui accuſare nõ ſit prohibitus, concluſ.26. n.36. 38. 46. & 48.

Accuſatus, quando poſſit reaccuſare, vide in concluſ. 46. n. 46. & 47.

Accuſari, quando quis non poſſit, poſtquam ſemel fuit abſolutus, vide concl. 12. n.1. cum ſeqq.

Et dictæ accuſationis libellus, quid pro illius perfectione requirat, vide concl.26. n. 38.& ſeqq.

Accuſare licèt non poſſit vxor virum, poteſt tamen de eo conqueri de adulterio, & ſic de matrimonio violato, & id eſt potiſſimũ remedium pro ſeparatione thori facienda, concl.26. num. 48. concl.59. n.72. & 73.

Accuſare prohibetur inimicus, & præſertim de Iure Canonico; etiam ſi eſſemus in criminibus exceptis, vt in crimine leſę Maieſtatis, hæreſis ſimonię, & ſimilibus, concl.26. n. 48.

Item accuſare nõ poſſunt omnes in publicis delictis, & ideo forenſis non accuſat, etiam ſi in loco delicti inhabitaret, vel ſub eadem iuriſdictione extaret, concl. 26. n.49.

Accuſat in crimine adulterij maritus, & pater, ita vt in hac accuſatione alijs perferantur, concluſ.26. n. 50.

Accuſari, quando poſſit mulier ab hæredibus viri de adulterio commiſſo, ipſo viro viuente, vide concl.59. n.29. cum ſeqq.

Accuſare poteſt maritus vxorem de adulterio, concl.59. n. 65.

Accuſans mulierẽ de adulterio, an poſſit ab illius marito impediri, vide concl.59. n.65.

Accuſare poſſunt de adulterio, ne dum maritus vxorem, ſed etiam Pater, & frater illius nurum, & cognatam reſpectiuè, concl. 59. n. 71.

Maximè, ſi cum adultero, etiam inceſtus concurrat ibidem.

Accuſare non poteſt mulier virum de adulterio, concl. 59. n.72. & ibi ratio aſſignatur.

Declara tamen vt n.73.

Accuſatio ſuper adulterio quot, & quibus modis, ac quanto tempore fieri poſſit, vide concl. 59. num. 74.

Accuſare, quando poſſit maritus vxorem de adulterio, & vxor maritum, & quantum tempus intercedere debeat, & an illud ſit vtile, vel continuum, vide concl. 59. n.79. & ſeqq.

Accuſare, quando poſſit quilibet in crimine adulterij, vide concl.59.n.100.

Accuſare nullus poteſt in crimine priuato, ſed ſolùm ille, cuius intereſt; licèt id falleret, quando pœna veniret applicanda fiſco, concl.26. n.51.

Itẽ accuſare prohibẽt ętas, ſexus, iuramentũ, munus publicum, ſtatutum, paupertas, & ſuſpicio calumniæ; licèt tamen id de conſuetudine hodie non ſeruetur, concl.26. n.52.

Accuſare poteſt Pater Filios, & Filij Patrem in crimine leſę Maieſtatis, proditionis Patriæ, & hæreſis, concl. 26. n.53.

Accuſare prohibetur milites, qui iurarũt; niſi ſuam vel ſuorum iniuriã proſequãtur, concl.26.n.54.

Itẽ nõ poſſũt frater, & ſoror de morte filij, quãdo pater iam remiſerat illius iniuriam, ibidẽ n.54.

Accuſare, quando poſſint filij adoptiui de morte Patris adoptantis, vide concl.58. n.15. & ſeqq.

Accuſare poſſunt filij debitorem, qui iurauit aliquid, ad eorum, ac patris fauorem facere, ſed illud non obſeruauit, concl.26. n.55.

Accuſandi ordo inter perſonas, quę accuſare intẽdunt, quomodo ſit attendendus, & qui ſint in accuſãdo preferẽdi, vide cõcl.26.n.56. cũ ſeqq.

Accuſans, ſiue diffamãs de pluribus criminibus, ad probationẽ omniũ arctari debet, cõcl.26. n.62

Accuſandi ordo in illis caſibus, in quibus olim Iudex non poterat procedere ex officio, quomodo ſeruari ſolebat, vide concl.26. n.63.

Accuſare ille debet, qui maius intereſſe habet, concl. 26. n. 63.

Item accuſare debet ille, qui magis interfectum diligebat, concl.26.n.56.

Accuſatio competit iure ſanguinis, non autem hæreditario, & propterea filij matri, etiam hæredi, præferuntur in accuſando, concl. 26. n.57.

Et datur vxori in ſubſidium, concl.26.n.59

Extende, quòd etiam filij pręferantur in facienda pace, concl.26. n.60.

Contrarium tamen, vt ibi n. 61.

Concorda, vt ibidem

Imò olim non erat neceſſaria in illis caſibus, in quibus non poterat Iudex inquirere ex officio, quando officium eſſet principaliter offenſum, veluti in falſo teſte, calumniatoribus, & ſimilibus, concl.26. n.64. & ibi ratio aſſignatur.

Non eſt neceſſaria in leui delicto, quia in eo Iudex de plano procedit, concl.26. n.65.

Non eſt neceſſaria, vbi delictum eſt notorium, & tunc tale dicitur, quãdo per euidentiam facti, & per confeſſionem partis probatur, concluſ.26. n.66. & 67.

Item non eſt neceſſaria in crimine lenocinij, in quo Iudex ad condemnationem, ſine accuſatione procedit, concl.26. n.68.

Neq; requiritur in crimine falſi teſtis, vel falſarũ ſcripturarũ, in quo, cũ ſit Iudicis Maieſtas læſa, poteſt ille ex officio procedere, concl.26.n.69.

Accuſatus de proditione non prohibetur appella-

re,& ſuam innocentiam probare, ſeq; à tali noxa excuſare,concl. 128. n.476.
Fallit, vt ibi nu.478. cum ſeqq. & vide in Verbo Appellatio.
Accuſatio non eſt neceſſaria in crimine ſuſpecti tutoris, ſed Iudex ex Officio procedit ad illum remouendum, concl. 26. n.70.
Neque minus eſt neceſſaria contra calumniatores, qui falſas accuſationes proponunt, ſed cōtra illos Iudex ex officio procedit,cōcl.26.n.71
Accuſator ſi moriatur, an,& quando fiat abolitio proceſſus vide concl.6.n.9.
Et quando deſiſtit,vel non aſſiſtit, tunc Iudex poteſt delinquētes ex officio punire,cōcl.26.n.72
Accuſationes falſas, qui inſtituunt calumniosè, in Senatus Conſultum Turpilianum incidūt, concluſ. 26.n.73.
Licèt hodie re vera iſti arbitrio Iudicis,ſed inter dum grauiter, & quandoque etiam pœna capitis puniri debeant, concl.26.n.74.
Extende, quòd ſi iſti inſtigatores eorum denunciationes non probantes à Iudice non puniantur, ille Iudex erit puniendus, concl. 26. n.75.
Declara tamen id habere locum in inſtigatore ſpeciali; ſecus autem in generali ibidem, n.76.
Accuſator in Turpilianum non incidit, ſi in inſtigando pro ſe aliqua indicia deduceret, concl. 26.n.77.& ibi habebis qualia ſufficiant.
Item non incidit in Turpilianum,quādo aliquod crimen per modum excipiendi propoſuit,concluſ.26. n.78.
Veluti non incidit in Turpilianum, quādo Princeps ex gratia proceſſus aboleri mandat, concluſ.6.n.1.
Si eſt coniunctus qui accuſat, in Turpilianum nō incidit,ſi ab accuſatione deſiſtat,cōcl. 26. n.79.
Declara tamen, quòd accuſatori non licet præmium recipere à conſanguineo, vt ab accuſatione deſiſtat, ibidem.
Accuſans calore iracundię, ſiue aliquo iuſto errore ductus,licèt in probatione defecerit, tamē in pœnam incidit, concl.26.n.81.
Contrarium licèt magis placeat Auctori ibidem vbi ratio aſſignatur.
Sed in Regno Francię poteſt impunè accuſator ab accuſatione recedere, licèt alibi cōtrarium ſeruetur, concl.26.n.80.
Accuſator ſi in probatione deficiat, ex quo calūniosè ſe gerere videtur, puniendus erit ibidem num. 80.
Accuſans ex neceſſitate ſui Officij, à pœna, præſumptę calumnię excuſatur, licèt ſecus, quando calumnia eſſet aliquo modo probata, concluſ. 26. num.83.
Accuſato, ob pręſumptam calumniam in expenſis non condemnatur,& pręſertim, quando accuſator eſſet neceſſarius,concl.26.n.83.
Accuſatore,& accuſato ab accuſatione deſiſtente, poteſt nihilominus fiſcus accuſationem proſequi, concl.26.n.84.
Quod quidem extende procedere, ſiue deſiſterit ante, ſiue poſt litem conteſtatam ibidem.
Cōtrariū, quòd ſcilicèt accuſator poſſit ante litē conteſtatā ab accuſatione recedere,ibidē.n.85
Accuſatio debet cognoſci, an ſit iuſta, antequam accuſatus ſit inter reos deſcriptus, ne quis laboribus, & expenſis ſit iniuſtè defatigatus, concluſ.26.num.85.
Accuſare nemo cogitur à principio, & ſic ab accuſando quis deſiſtere poteſt ab initio; at ſecus, quando per litis conteſtationē ius aliquod reo quęſitum fuiſſet,concl.26.n.85.
Accuſator, & accuſatus, ſi à iudicio deſiſtant, ſed prius viderit eos Iudex conuerſari, & alloqui inſimul, tunc illi in pœnam præuaricationis inciderent, concl.26.n.86.
Fallit tamen duobus modis, vt ibi n 86.& 87.
Contrarium vt ibidem.
Accuſator, & accuſatus non poſſunt paciſci, & tranſigere ſuper delicto adulterij, concluſ.26. num.88.
Et quando maritus poſſit accuſare vxorem, & è contra de adulterio, vide concl.59. num.71. cum ſeqq.
Accuſato licèt permitatur tranſigere, id tamen non permittitur accuſatori, & tantò minus in præiudicium fiſci, concl.26.n.89.
Accuſans aliquem falsò, quando teneatur eum exculpare, etiam cum periculo vitæ, vide concl. 58. num.129.
Accuſans renuncians accuſationi per eum propoſite, non facit,quin Iudex poſſit ex officio cauſam proſequi, concl.26.n.91.
Et ideò, quando ab accuſatione deſiſtit, poteſt Iudex ex officio illius vices ſupplere, & ſuper accuſatione ſummariè inquirere, & illud delictum punire, immò poteſt etiam teſtes producere, quando illos accuſator non produxiſſet, concl.26.n.91.
Sed accuſatus decedēs facit inſtantiā perimere, & pœnā ceſſare, cū mors omnia ſoluat; licèt ſecus, quādo aliquid ex ſcelere penes hęredē remāsiſſet, quia tūc cōtra eum ageretur,ne talia turpia penes eundē remanerēt.concl.26. n.92.
Declara tamen vt ibi n.94.
Extende vt ibi n.95.
Declara,quòd in illis caſibus,in quibus pœna de licti tranſit poſt mortem defuncti, eſt pronunciandum contra eius hęredes ex eadem inſtātia, non autem ex noua, concl.26.n.96.
Accuſans, & reus, licèt pacem inierint; nihilominus Iudex ex officio poteſt, & eadem inſtantia Iudicium proſequi, & illud terminare, ne delicta remaneant impunita, concl.26.n.98
Item ſi accuſans moriatur, non per hoc inſtātia, & accuſatio ſopiuntur, ſed Iudex tunc poteſt proceſſum proſequi, & terminare, abſque noui libelli porrectione, concl.26.n.99.
Accuſatore mortuo poteſt extraneus ex eadem inſtantia cauſam proſequi; dummodo id intra triginta dies fiat, concl.26. n.100.
Sed tenetur pręſtare Iuramentū accuſationē per eum propoſitā eſſe verā,illāque calūnia nō propoſuiſſe, & è contra accuſatus tenetur iurare de veritate dicenda, concl.26. n.101.
Immò poteſt contra reum producere alias in-

formationes, prçter quçrelã, veluti quoqnç, licet accuſato eas informationes, quas vellet, pro illius defenſione producere, côcl.26.n.102.

Accuſati hçres agere poteſt eum non commiſiſſe delictum, & è contra poteſt hçres accuſatoris inſtare pro declaratione, quòd illud fuerit ab eo commiſſum, & id permittitur, vt æqualitas in Iudicijs ſeruetur, concl.26. n.103.

Accuſatus, ſi fideiuſſorem inuenire non poterit, tunc nec illius cautioni iuratoriç ſtandum erit, concl.26. n.104.

Fallit in Doctore, qui nõ valẽs fideiuſſorẽ habere, ad iuratoriam cautionem admittitur ibidẽ.

Et ſi eſt carceratus, poterit per Procuratorem defendi; aliàs ſecus. concl.26. n.104.

Accuſatus poteſt in cauſa criminali, vbi imponitur pœna corporis afflictiua per fideiuſſorem admitti, ſi conſuetudo eſt in loco; aliàs ſecus, concl. 26.num. 104.

Accuſatus de crimine in Officio, interim pendente cauſa criminali eſt ei adminiſtratio interdicenda, veluti etiam diuinis ſe immiſcere prohibetur, concl.26. n.105. 106.

Contrarium tamen habetur ibi n.107.

Concorda, vt prima opinio procedat, quando crimen eſſet Notorium, ſiue quãdo illius enormitas ad euitandum ſcãdalum ita permitteret; ſecunda verò, quando ſecus, concl. 26. n.108.

Et tenendo primam, extẽde eam quoq; procedere in Clerico accuſato, qui pendente cauſa criminali diuinis ſe immiſcere prohibetur, ſub pœna irregularitatis ipſo facto, & interim fructus beneficij non capit, ſed illi in vtilitatem Eccleſiç conuerti debent, concl.26. n.106.

Extende 2. idem procedere in foro conſcientiç, quia Clericus, ſiue ſubditus ſeruitia ſuo Prçlato denegare poteſt, quando ſciret nullum ius illi competere, concl.26. n.108.

Accuſatus non poteſt accuſatorem reaccuſare de eodẽ, aut maiori delicto, immò nec etiã de minori, ſi tamen ſecunda accuſatio ex eodem fonte non proueniret, concl.26. n.45. & 46.

Accuſanti Iudicem in Syndicatu, & dicenti ſe illum corrupiſſe illi dando pecuniam, non creditur, quia cum illius confeſſio ad illius turpitudinem detegendam tendat, igitur ei credendũ non venit, concl.26. n. 109.

Accuſationem, ſi quis inſtitueret in Iudicio criminali in materia falſi, ad hoc, vt criminalis Ciuili prçiudicet, accuſatio, non ſolùm contra teſtes, ſed etiam contra partẽ ipſam venit intentanda, concl. 26. n.110.

ACCVSATVS, ſi ſit Clericus de aliquo delicto, ex quo priuandus veniret, non impeditur, quin illud ſi velit renunciare poſſit concl.27. n.1.

Extende ibi n.2.

Subextende vt ibi n.3.

Contrarium tenent alij dicentes hanc eſſe primç opinioni præferendam, concl.27.n.4.

Et id ſit ad euitandas fraudes, quæ facilè in hac materia euenire poſſunt, concl.27. n.4.

Et cautela, quæ in hoc datur à Ferrario damnatur à Ioan. Gutierez ibidem num.5.

Accuſatus non ſolum poteſt beneficium renunciare lite pendente, ſed etiam illud permutare, côcluſ.27.n.6.

Contrarium tenent multi ibidem.n.7.

Sed tenendo primam, limita primo eam non procedere, vt ibi .n.9.

Fallit tamen, vt ibi n.11.

Extende, quòd poteſt beneficium renunciare etiam ſi quis illud prius obtinuiſſet in euentum, priuationis, cum illa impetratio non poſſit eã renunciationẽ impedire; Quinimmò neq; poſt eam poterit poſtea ad illius priuationem deueniri, concl.27.n.12.

Fallit tamen, vt ibi n.13.

Contrarium, vt ibi n.14.

Sed hæc ſecunda opinio magis placet Auctori. ibidem n.15.

Accuſatus Clericus poteſt renũciare beneficium, quando eſſet ſolùm pœna perpetui carceris cõdematus, ſiue alio modo per ſententiam fuiſſet priuatus, dummodo tamen ab ea legitimè appellatum fuiſſet concl.27. n.7.

Accuſare Clericus in Sacris ordinibus cõſtitutus poteſt ſuum offenſorem coram Iudice laico, etiam quòd certò ſciret eum eſſe furca ſuſpẽſurũ, dũmodo tamẽ verè, & ex animo proteſtetur ſe id nõ facere ad vindictã, ſed citra ſanguinem, & menbri mutilationem, concl.27. num.18.

Et tunc accuſans in foro exteriori pœnam irregularitatis euitabit, dummodo tamen ſolùm pro ſuo intereſſe id agat, aliàs Eccleſia non poſſet ſe à ſuis inimicis defendere, ſed potius aquãplurimis quotidie lçderetur, concl.27.n.18.

Fallit tamen in foro conſcientiç, ſi accuſator in animo deſiderium pœne haberet, quia tũc irregularis fieret, non obſtante prædicta proteſtatione, quia ea non debet eſſe ficta, & vt dicitur (per complimento) facta, concl.27.n.19.

Contrarium huic fallentiç vide ibi n. 20.

Accuſatiuus caſus quid operetur, & quid genitiuus, vide concl.116.n.10.& ſeqq.

ACQVIESCENS contractui, ſiue concordiç, amplius de illius nullitate dicere non poteſt, concl.50.n.67.

Acquieſcens per decem annos voluntatẽ mutaſſe præſumitur, concl.120.n.139.

Acquieſcentia, ſiue conſuetudo in materia prohibitionis, per allegantem eſt probanda, concl. 166. num.39.

Acquieſcentia Vaſallorum non eſt ſufficiens ad effectum manutentionis in iure prohibendi venationem, ad fauorem Domini, niſi ſit diuturna concl.165. n.20. & ibi ratio aſſignatur.

Acquieſcere non dicitur ſententiç, vel laudo, qui appellat, vel reclamat, concl.128. ſub n.158.

Acquieuiſſe ſententiæ, & appellationi renunciaſſe cenſetur appellans, per comparitionem factam coram Iudice à quo, concl.129. n.301.

ACQVIRENS ex aliena pecunia ſibi ipſi acquirit, concl.28. n.1.

Acquiſitio remanet penes eũ qui recognoſcit acquiſiiſſe ex pecunijs alterius, & illi ſufficit pecunias reſtituere, concl.25. ſub n.1.

Extende, & declara, vt ibidem,
Acquirere quis poteſt alteri ex propria pecunia, concl.28. n.2.
Acquiſitio, quãdo eſt facta nomine proprio, tunc præſumitur facta de proprijs pecunijs, concl. 28. num.3.
Acquirens, quando recognouit bonam fidem erga Dominum pecuniæ, vlterius declarando ſe in re acquiſita non niſi nudum nomen habere, tunc non ſibi, ſed illi, cuius fauore bonam fidem recognouit, acquirere dicitur, concl.28. num.4.
Acquirens nomine proprio, non ſocio, ſed ſolùm ſibi ipſi acquirit, concl.28.n.5.
Contrarium ibi n.7.
Concorda vt ibi n. 8.
Acquirere alteri, & non ſibi, non eſt prohibitum, & præſertim, quando præiudicium alicuius nõ reſultaret, concl.28. n.9.
Acquirens aliquid per alium ſine ceſſione agere non poteſt, immò in hoc eſt neceſſaria acceptatio, nec iſto caſu ſtipulatio Notarij ſufficeret, licèt tamen dicta ſtipulatio reperetur, vt conceſſio amplius reuocari non poſſit, concluſ.28. n.10.
Acquirere, quando quis alicui voluerit, id ex præcedentibus, & ſubſequẽtibus dignoſcitur, concluſ.28. num.11.
Acquirens Epiſcopus, ſiue Prælatus Regularis illius Eccleſię acquirere dicitur, ſi tamen aliud voluiſſe non appareat, concl.28.n.12.
Sed in dubio acquiſita, per Epiſcopum, aut per Prælatum intuitu Eccleſię acquiſita cenſentur, concl.28. n.13.
Et id precipuè in Monacho, ibidem.
Acquirere quis dicitur proſe, quãdo emit pro perſona nominanda, & poſtea non nominat, ſecus verò ſi nominaret, quia tunc illa præſumptio ceſſat, concl.28. n.14.
Acquirere ſibi quis dicitur, quando animum præſcribendi habuit, concl.28. n.15.
Acquirens primus in Emphiteuſi quis dicatur, & quando filijs præiudicare poſſit, vide concl. 28, num.16. cum pluribus ſeqq.
Et in materia emphitheotica, ſed ſeduli filijs primus acquirens præiudicare poteſt, quãdo feudũ fuerit acquiſitum ex propria pecunia, & ex ſua ſtipulatione, concl.28. n.16.
Extende, quòd de ſuper eum acquiſita ille ſolum liberè diſponere poteſt, concl.28. n.17.
Et poteſt comprehenſis in Inueſtitura præiudicare, concl.28. n.17.
Declara tamen procedere, vt ibi n.19.
ACQVISITA per vnum ex fratribus ſimul, poſt mortem Patris eo habitantibus, de communi acquiſita cenſentur, concl.29. n.1.
Fallit tamen duobus modis, vt ibi n.2. & 4.
Et acquiſita per vnum ex fratribus ad hoc, vt dicantur in communi acquiſita, hæc tria concurrere debent, & primo quòd fratres, poſt mortem Patris inſimul vixerint, cum hęre ditate indiuiſa; ſecundo, quòd lucra communicauerint; tertio, quòd de ſuper lucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, concl.29. num.6.
Extende, vt ibi n.7.
Fallit tamen duobus modis, vt ibi n.8. & 10.
Declara vt ibi n.11.
Acquiſita ab eo, qui bona Eccleſię adminiſtrauit potius ex illius bonis, quàm aliundè acquiſita cenſentur, ad euitandam ſiniſtram ſuſpicionem furti, concl.29. n.15.
Ab vxore ad euitandam turpis quęſtus ſuſpicionem, ex bonis viri acquiſita cenſentur, concluſ. 29. n.16.
Ab adminiſtratore, ſiue tutore, ex bonis pupilli acquiſita cenſentur, ſi antequam adminiſtrauerat fuiſſet pauper; ſecus autem, ſi aliundè haberet, ſiue vir induſtrioſus eſſet, concl.29.n.17.
Extende id multò magis procedere, ibi n.18.
Malè acquiſita, quando reſtituenda veniunt, tunc illi ea reſtitui debent, cui ablata fuere, concl.29. n.19.
Acquiſita ab hęrede poſt aditam hęreditatem reſtitui non debent, concl.29. n.20.
Declara tamen, vt ibidem.
Acquiſita à ſeruo legato teſtatore viuente legatario non debentur, nec ei per conſequens reſtituenda veniunt, dicto teſtatore mortuo, concl. 29. num.21.
Acquirendorum facilius fit ammiſſio, quàm iam acquiſitorum, cum facilius impediatur faciendum, quàm quòd factum tollatur, concl.29. num.22.
Acquiſita per Clericum beneficiatum, quando non habebat Patrimonium, ante adeptum beneficium, neque induſtriam, de bonis Eccleſiæ acquiſita cenſentur, concl.29. n.23.
Et Clericus, quando dicatur pauper, vide ibidẽ.
Item acquiſita per vxorem, ex bonis viri acquiſita cenſentur, concl.29. n.24.
Extẽde idem procedere in acquiſitis per filium famil. quæ ex bonis Patris acquiſita præſumũtur, concl.29. n.25.
Item acquiſita, per concubinam de bonis amaſij acquiſita cenſentur, concl.29.num.25.
Acquiſita à Matre vidua, quæ bona filij adminiſtrauit, ex bonis ipſius filij acquiſita præſumuntur, niſi de contrario doceretur, concl.29.n.26.
Item acquiſita ab Officiali Reipublicę, qui ante Officiũ nil de proprio habebat, de bonis Reipublicæ acquiſita cenſentur, licèt induſtriam haberet, quia eam exercere durante Magiſtratu non poterat, concl.29. n.27.
Acquiſita per Patrem, vel Socerum ex pecunijs filij, & nurus, quorum bona adminiſtrarunt, acquiſita cenſentur, concl.29. n.28.
Sed acquiſita per cohęredem, non de bonis cõmunibus; ſed de ſua rata acquiſita cenſentur, & pręſertim, quando rationem cohęredi reddidit, concl.29. n.30.
Item acquiſita per Socium, qui ante Societatem proprium patrimonium habebat, de proprio acquiſita cenſentur, concl.29. n.31.
Extende idem procedere, etiam ſi ſocius non habuiſſet Patrimonium, ſed eſſet induſtrioſus,

quia tunc non de bonis Socialibus, & adminiſtratis, ſed ex ſua induſtria illa acquiſiuiſſe præſumitur, concl.29. n.32.

Acquiſita per monachum tranſlatum vno Monaſterio ad aliud, cui Monaſterio acquiratur, vide concl.1. n.79.

Acquiſitio momentanea in conſideratione non eſt habenda, concl.85. n.23.& 24.

Et quando dicatur facta titulo oneroſo, ſiue lucratiuo; Item quando onus dicatur præponderare lucro, vide concl.42. n.510.

Acquiſitum per Alluuionem, cui accreſcat. vide concl.94. & in Verbo Alluuio.

ACTA facta in vno Iudicio legitimè probant, etiam inter aliàs perſonas in alio. concl.30.n.1

Et propterea infertur, quòd teſtes examinati inter Religionem Equitum Hieroſolymitanorum, & Patrem alicuius, ſuper nobilitate, etiam inter eandem Religionem, & filium dicti patris probant, concl.30. nu.2.

Acta primæ inſtantiæ in ſecunda non obſtant, niſi reproducantur, concl.129. n.12.

Et facta in vno Iudicio probant, etiam inter alias perſonas, quoad præparationem alterius Iudicij; licèt ſecus quoad deciſionem cauſæ, concluſ.30. n.4.

Declara tame id procedere, vt ibi num.4.

Extende procedere, vt ibidem.

Acta facta in Iudicio criminali non probant, etiam inter eaſdem perſonas in Ciuili, veluti ad diuerſum finem tendentia, concl.30. n.5.6. & 7.

Acta facta coram Auditore Rotæ in cauſa alteri cõmiſſa ſunt valida & præſertim parte, non opponente, concl.168. n.7.& 8.

Et facta coram vno Notario, & eodem Iudice non probant, quando illa cauſa per alium Notarium ageretur, concl.30. n.8.

Fallit tamen, vt ibi n.8. & ibi ratio aſſignatur.

Acta coram Arbitratoribus facta coram Iudice, ordinario non probant cũ in forma Iudicij facta non fuerint, concl.133. n.140.

Facta in Iudicio ſummario, non probant in Ordinario, concl.30. num.9.

Extende ibi num.10.

Fallit duobus modis, vt ibi n.11. & 12.

Facta coram Iudice ſeculari poſſunt etiam corã Eccleſiatico produci, ibidem n.15.

Acta facta contra auctorem hæredi præiudicant, concl.173. n.7.

ACTA ex diſpoſitione Concilij Tridentini, & etiam Iuris, ſunt transportanda ad Iudicem appellationis, aliàs ſentẽtia non viſis actis probatorijs, tanquàm ſine cauſæ cognitione lata eſſet nulla, & iniuſta, concl.31.n.1.

Sunt transportanda, etiam ad effectum, vt ſuſpẽſo petitorio procedatur in poſſeſſorio, concluſ.31. num.2.

Sunt tranſportanda etiam, quòd cauſa ſit commiſſa, cum clauſula ſummariè, & quantum ſufficere videbitur, concl.31.n.3

Sunt tranſportanda etiam ſi ageretur prout in prima, concl.31. n.4.

Fallit tamen vt ibi n.5.

Item ſunt tranſportanda etiam, quòd commiſſio duas partes contineret; nempe eam reſtitutionis in integrum, & alteram, vnà cum toto negotio principali, quia tunc etiam, quòd Iudex appellationis pronunciaret prout in prima, tamen actorum tranſportatio eſſet neceſſaria, concl.31. n.6. & ibi ratio aſſignatur.

Extende vt ibi n.7.

Sunt tranſportanda, etiam ſi per partem aduerſam fuiſſet declaratum de non vtendo decreto, à quo fuerit appellatum; ſed de procedendo prout in prima, vigore clauſulæ (Quam, & quas) quia ea nunquam operatur, niſi illis tranſportatis, concl.31. nu.8.

Sunt tranſportãda, etiam ſi quis vellet aliud Iudicium proſequi, quia non poteſt ſtatui, an ſit idem, vel diuerſum Iudicium; niſi prius viſis actis, concl.31. n.10.

Sunt tranportanda etiam, quòd ſimus in ſimplici poſſeſſorio manutentionis, in quo ſummariè procedi ſolet, concl.31. n.11. & 12. vbi ratio aſſignatur.

Sunt tranſportanda etiam in cauſa Spolij, & in alijs poſſeſſorijs, etiam petitorio ſuſpenſo, concluſ. 31. n.13

Sunt tranſportanda etiam, quòd ſint irreleuantia, & ratio eſt, quia cum id à lege fuerit inductum; id circò nemo per actorum irreleuãtiam excuſari poteſt, concl.31. n.14. & 15.

Contrarium ibi n.16.

Sunt tranſportanda, etiam ſi eſſemus in prima inſtantia, quando tamen impugatur ſententia in alio tribunali lata, concl.31. n.17.

Etiam Criminalia ſunt tranſportanda in Iudicio Ciuili, ſi tamen ea faciant ad cauſam, concluſ.31. num.18.

Sunt tranſportanda in cauſis, quæ fiunt tàm corã Epiſcopis, quàm etiam coram alio quocumq; Iudice, concl.31. n.19.

Sunt tranſportanda, nedum coram Iudice appellationis; verum etiam coram quocumq; alio, cui fuerit cauſa commiſſa, ab alio Iudice auocata, concl.31. num.20.

Illa ſolum ſunt tranſportanda, de quorum productione conſtat coram Iudice à quo, nõ obſtãte, quòd vna cauſa habeat conſequentiam ab alia, alteri commiſſa, concl.31. n.21.

Omnia ſunt tranſportanda, quæ ſunt neceſſaria ad detegendam iuſtitiam, vel iniuſtitiam ſententiæ, concluſ.31. n.22.

Coram Arbitris facta ſunt tranſportanda, quando appellatio ab illis eſt interpoſita, concl.128. num.396. & concl.133. n.141.

Et tranſportata coram Vno Arbitro tantùm sũt nulla, niſi fiat eorum tranſportatio coram omnibus, ſed poteſt benè talis actus productionis conualidari, ſi ea fieret coram alijs parte præſente, vel ea citata, concl. 31. n.24.

Sunt tranſportanda à fideiuſore, qui velit vti illis contra Principalem in cauſa ſeparata factis, concl.31. num.25.

Sunt tranſportanda, quando ex natura negotij, aliquid firmari non poteſt, niſi viſis dictis actis,

quod procedit, etiam ſi in cauſa appellationis, verſemur, concl. 31. n. 26.
Per Actorum tranſportationē fundatur iuriſdictio Iudicis, cui executorialis dirigitur. concl. 129. num. 442.
Si non tranſportatur ſententia de Iure Ciuili nō valet, etiam circumſcripta Sacri Concilii Tridentini diſpoſitione, concl. 31. n. 27.
Actorum tranſportatio Iudicis aſſertione in ſententia verificari non poteſt, ſed ex ipſis actis omnino iuſtificanda venit, concl. 155. n. 65.
Si integrè non tranſportentur, Iudex, ad quem exercitium Iuriſdictionis non habet, nec minus cauſa ad eum deuoluitur, & percipuè ſi id opponatur à parte, concl. 31. n. 28.
Extende quatuor modis prædicta procedere, vt ibi n. 29. cum ſeqq.
Non ſunt tranſportanda, quando ſumus in cauſa profana ad Iudicem laicum ſpectante, quia tunc Concilium Tridētinum locum non habet, concl. 31. n. 30.
Extende, & ſubextende, vt ibi n. 31, & 32.
Contrarium, vt ibi n. 33.
Sed quòd decretum Congregationis Sacri Cōcilij loquatur de prophanis ad fauorem Eccleſiaſticum ſpectantibus, & non aliàs. vide ibidē num. 34.
Item quòd cauſa poſſit dici Eccleſiaſtica, ſi non reſpectu perſonarum; tamen reſpectu bonorum veluti, quia ea ſint Eccleſiaſtica, reſpectu Dominij ad Eccleſiam ſpectantis ibidem n. 35.
Actorum traſportatio non eſt neceſſaria, quando Iudicium, & cauſę eſſent diuerſę, concluſ. 31. num. 36.
Extende ibi num. 37.
Ea ſolùm tranſportare tenetur appellans, quæ corā vltimo Iudice actitata fuere, & quæ apud ipſum reperiebātur producta, & ſic quādo partes erunt coram tertio Iudice, tunc ſufficeret actorum tranſportatio coram ſecundo Iudice facta, concl. 31. n. 38.
Extende ibi n. 21. & 39.
Actorum tranſportatio in vltimis Audientis Rotę, non eſt neceſſaria, concl. 160. n. 156. & nu. 157. ratio aſſignatur.
Actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, quando ſententia ſine illis iuſtificari poſſet, concluſ. 31, num. 40.
Contrarium tamen ibi n. 41.
Et illorum traſportatio non eſt neceſſaria, quādo ea ſolùm verbaliter producta fuere, & ſic nō citata parte, quia tunc ea extra mundum extare dicuntur, concl. 31. n. 42.
Actorum tranſportatio integra non eſt neceſſaria, quando agitur in materia attentatorum, concluſ. 160. num. 35.
Producta parte non citata legitimè proceſſum annullant, concl. 31. n. 43.
Quando tranſportantur per Notarium de vno Officio, ad aliud citatio partis non eſt neceſſaria, concl. 31. n. 44.
Secus autem facta poſtea eorum tranſportatione, quia ad hoc, vt ea de actis eſſe dicatur, tunc erit neceſſaria partis citatio ad dicendum contra, & quòd fuerit dimiſſa copia in actis, ſiue Originale, concl. 31. n. 45.
Fallit tamen, ſi fuiſſet perſeueratum in eiſdem actis, & deinde pars fuiſſet citata, dicta acta in Iudicio repetendo, quia tunc alia tranſportatio non eſſet neceſſaria, concl. 31. n. 46.
Et eorum tranſportatio non eſt neceſſaria, quando non tractatur de iuſtitia ſententię; ſed ſolùm de probando facto, quòd ſcilicet inter partes fuerit agitatum, concl. 31. n. 47.
Quæ ſunt tranſportanda vigore ſtatuti intelligūtur de his, quę faciunt ad cauſam, & non aliàs ibidem n. 47.
Illa non ſunt traſportanda, quæ non impugnāt iuſtitiam ſententię, quia eorum omiſſio nullitatē proceſſus non inducit, concl. 31. n. 41.
Illorum tranſportationis omiſſio proceſſum non vitiat, quando id culpa partis contingeret, cōcluſ. 31. num. 49.
Illa omiſſio debet impedire remiſſoriam, quando cauſa in prima Inſtantia fuit introducta in Rota; at ſecus, ſi per viam auocationis ab alio Iudice fuerit introducta, concl. 31. n. 50.
Item eorum omiſſio ſententiam non vitiat, quādo tempore tranſportationis huiuſmodi acta non reperiebantur, concl. 31. n. 51.
Si fuerint amiſſa, tunc conſtare non poteſt de notoria iniuſtitia, concl. 31. n. 51.
Et tunc ad eorum deperditionem probandam Iuramentum non defertur ibidem, n. 53.
Declara tamen, quòd probata aliquorum actorum amiſſione, tunc ea quę deficiunt de amiſſis quoq; eſſe cenſentur, concl. 31. n. 54.
Item eorum tranſportttionis omiſſio ſententiam non vitiat, quando acta non fuerunt tranſportata ab vna parte negligente, & altera ſua acta tranſportauit, quia tunc Iudex ſuper productis pronunciare poterit, concl. 31. n. 55.
Declara vt ibi n. 56.
Si ea vna pars ſolùm producat, & non altera, tūc deſertio cauſę euitabitur, etiam, quòd adeſſet ſtatutum, quòd vtrique parti imponeret terminum ad iuſtificandum, concl. 31. n. 57.
Eorum tranſportatio non eſt neceſſaria, quando Notarius primę Inſtātię eſt etiam Notarius ſecundę, concl. 31. n. 59.
Item non eſt neceſſaria, quando ea geſta fuerunt coram Iudice incompetenti, concluſ. 31. num. 58.
Facta coram Iudice ſubrogato in ſtatu, & terminis in prima Inſtantia, non eſt neceſſe producere, quia Iudex ſubrogatus facit idem Tribunal cum eo, in cuius locum fuit ſubrogatus, cōcluſ. 31. num. 60.
Actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, quando ea ad partes poſita fuere, quia ea de actis eſſe non dicuntur, concl. 31. n. 61.
Item non eſt neceſſaria, quando agitur pro iuſtificanda ſententia in cauſa hæreſis lata, pro qua ſemper eſt præſumendum, etiam proceſſu non producto, quia per Inquiſitores illius copia nō datur in hoc crimine, concl 31. n. 62.

Extende, quòd eorum tranſportatio non ſit neceſſaria in ſententia confirmata à Papa, per clauſulam ſublata facultate aliter iudicandi per quam audientia denegatur, concl. 31. num. 63.

Secus autem vbi eſſemus in illis actis quæ fuerũt verbaliter producta, ſed in productione adeſſet illa clauſula tenoris &c. quia tunc talis clauſula vim veræ probationis habet, concl. 31. n. 64.

Et illorum tranſportatio, quando eſt facta ea integra præſumitur, & qui contrarium dicit illud probare tenetur. concl. 31. n. 65.

Item tranſportatio integra præſumitur, etiam ſi non fuiſſent tranſportata Inſtrumenta, vbi adeſſet ſtylus producendi Iura verbalia, abſque eorum dimiſſione reali in actis, concl. 31. n. 66.

Et illa præſumuntur integra, quæ fuerunt tradita à Notario actuario, ſiue ſucceſſore, at ſecus ab alio non actuario, neque ſucceſſore in officio, quia tunc integra non præſumuntur, concl. 31. num. 67.

Et tunc actorum integra tranſportatio à Notario probatur, ſi ille alia iura in actis ſuis non extare atteſtetur, concl. 31. n. 68.

Extende idem procedere, etiam ſi ſolùm Notarius diceret, ſe fideliter extractionem actorum feciſſe, concl. 31. n. 69.

Fallit tamen ibi n. 70.

Et illa non dicuntur non integrè tranſportata ex illis verbis Notarij (ſcilicet omiſſis alijs &c.) quia illa verba de ſtylo Notarij apponi ſolent, ad ſubintelligendas clauſulas ordinarias, concluſ. 31. n. 71.

Tranſportatio in dubio integra præſumitur, quãdo præcipuè ambæ partes fecerunt inſtantiam pro ſententia, concl. 31. n. 72.

Actorum productio, quando dicatur realis, ſiue verbalis, vide ibidem concl. 31. n. 74. & ſeqq.

Et illorum tranſportatio fieri debet per appellantes in prima inſtantia; quod tamen ſecus eſſet, quando in ſecunda inſtantia eſſet lata ſententia reuocatoria primæ, quia tunc ad illos dicta tranſportatio non ſpectaret, concluſ. 31. nom. 86.

Contrarium ibi n. 88.

Actorum non integra tranſportatio, quando nullitatem inducit, tunc ea nunquam parte opponente ſanatur, nec minus à Signatura ſanari ſolet, concl. 31. n. 89.

Declara, quòd dicta non integra tranſportatio omnino nullitatem non cauſat, ſed ſolùm exercitium Iuriſdictionis impeditur; quando tamen non deficiat dictæ Iuriſdictionis fundamentum in commiſſione radicatum. concl. 31. num. 90.

Et tunc executio mandati, vel alterius actus nõ fit, donec tranſportatis actis de illius iuſtitia, ſiue iniuſtitia cognoſcatur ibidem.

Et expenſæ tranſportationis actorum à quo ſint ſoluendæ, vide ibi n. 91.

ACTA faciunt rem notoriam, concl. 32. nu. 1. & concl. 148. ſub n. 226.

Extende id in tantum procedere, vt propterea ignorantia probabilis non detur, circa ea, quæ apud acta reperiuntur, concl. 32. num. 2.

Subextende eò magis procedere, quando contra dicta acta proteſtatum fuiſſet, concl. 32. n. 3.

Faciunt ius, quoad omnes, quando non ſolùm ex illis actis de illo iure appareret, ſed etiam ex alijs probationibus in eiſdem actis exiſtentibus; aliàs ſecus, concl. 32. n. 4.

Adeò fauorabilia dicuntur, vt propterea ſemper pro eis ſit iudicandum in dubio, concl. 32. n. 5.

Sed deperdita præſumuntur ablata ab eo, cuius intererat ea non reperiri, concl. 52. n. 52.

Acta deperdita dicuntur, quando apparet de diligentia facta pro illis reperiẽdis, concl. 52. n. 53.

Facta ad præparationem Iudicij contra vnum nocẽt tertio, ita vt agi poſſit contra ipſum, ſed non, vt ex illis condemnetur tertius, concl. 32. num. 6.

Actorum productio facta per vnam partem in partibus tantum fauorabilibus, quando etiam alteri parti profit, vide concl. 129. n. 434.

Tertio non nocent, ſi ille non fuerit citatus, concluſ. 32. n. 7.

Faciunt rem notoriam, dummodo ea ſint publica, & talia dicuntur, quando mandatum Iudicis præceſſit ſeruatis ſeruandis; aliàs dicerẽtur, non in actis, ſed extra mundum extare, concl. 32. num. 8.

Acta Iudicij corumpens pœna falſi punitur, concluſ. 121. n. 2.

Declara tamen, vt ibidem.

ACTIO eſt ius proſequendi in iudicio, quòd nobis debetur, concl. 33. n. 1.

Actiones ex communi opinione ſunt de iure ciuili concl. 33. n. 2.

Et dicuntur ciuiles, quando oriuntur ex cõtractu iuris ciuilis, ſed quæ naſcuntur ex contractu iuris gentium, quoad materiam ſunt iuris gentium, quouero ad formam ſunt iuris ciuilis, concl. 33. n. 3.

Actiones, aut ſunt Natiuæ, vel Datiuæ; Natiuæ dicuntur illæ, quæ habent ſufficientem, & idoneã præxiſtentem materiam, ex qua naſcuntur; Datiuæ verò propter æquitatem dantur, concl. 33. num. 4.

Earum ſex aliæ diffinitiones dantur, vt ibi n. 5.

Item vel ſunt directæ, vel vtiles; directæ dantur ex verbis legis; vtiles verò ex mente ipſius, concl. 33. n. 6.

Et ex iſtis aliæ ſunt particulares, aliæ vniuerſales, & aliæ Generales; Particularis dicitur rei vendicatio; vniuerſalis hæreditatis petitio, quæ datur ad ius vniuerſale hæreditatis, quæ eſt vniuerſalis ſucceſſio in omne ius defuncti; Generalis autem dicitur actio negotiorum geſtorum, ſiue tutelæ, quæ datur ad plura, concl. 33. num. 7.

Perſonales à realibus differunt origine, natura, proceſſu, & effectu, origine, quia perſonalis actio oritur ex obligatione, obligatio ex contractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi, licet illæ quæ oriuntur ex delicto, morte extinguuntur, concl. 33. n. 8. & 9.

Fallit tamen, quando lis fuiſſet conteſtata cum defuncto, quia tunc actiones ex delicto naſcentes

tes, ad hæredes tranſeunt ibidem n.9.

Et in obligatione ex delicto naſcente, delinquens efficitur ſubditus illius loci, in quo deliquit, concl.33. num.10.

Reales naſcuntur ex Dominio, vel Iure, quod quis in re habet, & natura à perſonali differtūr, quia perſonalis perſonam ſequitur, realis verò rem ipſam; proceſſu differunt, quia intentās realem exprimit cauſam proximam, veluti ſe eſſe Dominum, intentans verò perſonalem, cauſam remotam exprimit, concl. 33. n.11.

Reales à perſonalibus effectu differunt, quia officium Iudicis in actione reali eſt declarare me Dominum, & aduerſarium ad reſtitutionem condemnare, ſed in perſonali illius officium eſt iudicare, aduerſarium teneri dare, vel facere, & ſic condemnare, vel ad dandum, vel ad faciēdum, concl.33. n.11.

Et de alijs quatuor generibus actionum realium, vide ibi n.12. remiſſiuè.

A principio omnes erant perpetuę, & in infinitū durabant, ſed poſtea ius ciuile Imperatoris eas ad triginta, vel quadraginta annos reduxit, ne dominia longo temporis lapſu ſuper incerto vagentur, concl.33. n.13.

Et licèt iſte terminus actiones perpetuò durare pluries in corpore Iuris reperiatur; nihilominus ad illud tempus triginta, vel quadraginta annorum reſtringendus venit, intra quod tempus, etiam contra Eccleſiam actiones finiuntur concl.33. n.14.

Secus autem in excipiendo, quo caſu actiones etiam criminales temporales, fiunt perpetuæ, concl. 59. n. 78.

Actio, aut eſt perſonalis, aut realis, vel perſonalis in rem ſcripta, ſiue cum hippothecaria vnita, quæ ſpatio 30. annorum præſcribuntur, concluſ. 33. n. 15.

Item realis, ſiue hippothecaria, ſi loquimur de iure communi, & ſimus inter præſentes, ſpacio decem annorum præſcribitur, & viginti inter abſentes, ſi verò loquimur de præſcriptione ſtatutaria, tunc illud tempus eſt attendendum, quod eſt ab ipſo ſtatuto præfixum, concluſ. 33. num. 16. & 17.

Sed loquendo de ſtatutaria præſcriptione, declara eam procedere, vt ibi n.17.

Perſonalis autem in rem ſcripta, vt eſt actio ſpolij, curſum 40. annorum, pro ea præſcribenda requirit, concl.33. n.18.

Illa competit pro cēſibus, vt eſt ſauinaum interdictum, quod datur contra tertios poſſeſſores, & illud quemlibet poſſeſſorem concomitatur, nec non datur ſemper ſucceſſori, & contra ſucceſſorem, concl.33. n.19.

Adeò eſt priuilegiata, vt propterea hipothecaria, ſine ea non naſcatur; licèt poſtquam eſt nata, ta, ſine perſonali ſubſiſtat, concl. 33. n.20.

Perſonali ceſſante, hippothecaria ceſſat ibidē.

Et hippothecaria, quando datur contra plures, tunc dicitur indiuidua; Vndè ſequitur, quòd in actione indiuidua ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non, concl.33.n.21.

In rem ſcripta poteſt exerceri in loco, vbi res eſt ſita, veluti dicatur de actione mixta, ſiue reali, & perſonali, nec non etiā in actione hippothecaria, ſine perſonalis aſſiſtentia; dummodo conuentus in loco, vbi res eſt ſita, inueniatur concl.33. n. 22.

Perſonalis contra ſingularem ſucceſſorem dari non poteſt, cum ea non rem, ſed perſonam ſolùm ſequatur, concluſ. 33. n.23. & n. 24. datur exemplum.

Neque ea in ſubſidium dari poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, concl. 33. n. 25.

Contra ſingularem ſucceſſorem tranſit, veluti quando hæres, qui alienauit non eſſet ſoluendo pro reſtituendo pretio, concl.33. n. 26.

Item contra tertium ex cauſa lucratiua exerceri poteſt, concl.33. n. 27.

Datur cōtra tertiū etiam, quādo ille defraude ſiue de dolo participaſſet, concluſ. 33.n. 28.

Item datur contra tertios fauore vltimæ voluntatis in ſubſidium, licèt ſecus, quando cauſa eſſet onероſa, concl.33. n.29.

Datur contra tertium pro legato, ſed ſolùm ea datur ad effectum, vt res tradatur, concluſ.33. num. 30.

Datur contra ſocium, ſed conceditur tamē realis ad bona, concl.33. n.31.

Datur contra tertios fauore dotis in ſubſidium, concl.33. n. 32.

Datur contra ſingularem ſucceſſorem, veluti, qando quis appodiauit in meo pariete, & poſtea alienet, quia tunc ſingularis ſucceſſor ad huiuſmodi obligationem tenetur in ſubſidium, concluſ.33. n.33.

Item datur pro alimētis, pēſionibus anniuerſarijs decimis, & tributis publicis, concl.39. n.535.

Sequitur perſonam, ſicut lepra leproſum, nec ad ſingularem ſucceſſorem extra prędictos caſus, & ſimiles tranſit, concl. 33. n.34.

Extende procedere, vt ibi n.35.

Regulariter non datur contra ſingularem ſucceſſorem etiam reſpectu rei ad rem, ibidem.

Fallit ibi num.36.

Extende eò magis procedere, vt ibidem.

Declara vt ibi n. 37.

Et hippothecaria in rem ſcripta ſemper cum re ſine ceſſione tranſit, quod procedit tàm de actionibus in rem ſcriptis actiuis, quàm paſſiuis, concl.33. n.38.

Item perſonalis non ſolùm non datur contra tertium poſſeſſorem, ſed nec minus contra eum poteſt agi hippothecaria, non facta prius dicuſſione contra principalem poſſeſſorem, immò nec etiam rei vindicatione, ſi poſſidens prior poſſeſſionem habuerit, iuxtà terminos l. quoties C. de rei vindic. concl. 33. n.39.

Et licèt non detur contra tertium, datur tamen contra debitorem, ſiue illius hæredem, conc 33. num. 40.

Et prius experiri debet contra hæredem, deinde in executione contra poſſidentem bona, debet ſeruari forma l. à Diuo Pio 5. ſi ſuper rebus de ſent. & re Iudic. concl.33. n. 41.

ACTIO acquiritur ob iuramentum abſque ceſſione,& porpterea itáte iuramento ſtypulatio alteri facta valet, quæ aliàs nõ valeret, quia nemo alteri ſtipulari poteſt, cum ſtipulationes adinuentę fuerint, ad hoc, vt ſtipulemur, quod noſtra intereſt, concl.34. n.1.
Extende id de iure ciuili quoque procedere, ibidem num.2.
Actio nulla oritur ex ludo, vel ex contractibus eius cauſa prouenientibus, concl.101. n.2
Item acquiritur abſenti ex ſtipulatione Notarij, abſque ceſſione, concl.34. n.3.
Declara ibi n.4.
Extende hanc declarationem ibi n.5.
Subdeclara ibidem.
Et ignoranti acquiritur in mutuo, ob particulare illius priuilegium, concl.34. n 6.
Acquiritur ex ſtipulatione omnibus, quorum intereſt, concl.34. n.7.
Item acquiritur omnibus intereſſe habentibus per obligationem Cameralem, concl.34. n.8.
Acquiritur donatario abſenti, quando occaſione dotis donatur, & hoc eſt ſpeciale in dote, & præſertim, ſi donatio inciperet à traditione vera, ſiue ficta per conſtitutum, concl.34. n.9.
Actio vtilis competens ceſſionario, ſiue ceſſione tranſit, quando non adſit, qui illam cedere poſſit, concl.39. 15.
Sed nõ acquiritur abſenti in re illicita, niſi data illius ſcientia omnium, & quorumcumque qualitatum, & circumſtãtiarum, dictum actum illicitum reddentium, concl.34. n.10.
Extende ibi n.10.
Non perpetuatur per actus notoriè nullos, concluſ.133. n.112.
Actio, quæ competit non circumſcribitur loco, veluti fructus, concl.34. n.11.
Actiones dicuntur eſſe de loco, vbi eſt perſona creditoris, & oſſibus illius dicuntur affixę, concl. 113. num.13.
Et quę competit ad quantitatem in genere, nullo loco circumſcripta dicitur, nec inter immobilia connumeratur, ſed tertiam ſpeciem conſtituit, concl.34. n.12.
Fallit tamen, ſi ſolutio eſſet in aliquo loco deſtinata, quia tunc actio in eo loco competit, in quo exactio fieri debet, non autem in illo, in quo obligatio contracta fuit. concl. 34. n. 13.
Actiones quales ſint, quę viam executiuam merentur, & quæ non, vide concl.35. n. 23.
Actiones, & iura nunquam conpræhenduntur in diſpoſitione, in qua fiat mentio de bonis exiſtẽtibus in certo loco, concl.34. n. 14.
Extende idem procedere in ſucceſſione, quę ſit limitata ad certum locum ibidem n.15.
Actiones nunquam veniunt mobilium, vel immobiliũ appellatione, concl.153. n.9. & vide n.24.
ACTIONES plures inſimul cumulari, ac proponi non poſſunt, ſed actor debet vnam ex pluribus eligere, & eam vſque ad finem litis exercere, per regulam, vna via electa, altera non eſt concedenda, concl.35. n.1.
Et plures ſi fuerint propoſitę, tunc ex eis debet fieri electio vnius; licèt de præiudiciali prius ſit cognoſcendum, concl.35. n. 2.
Actio, ſiue cauſa magis pręiudicialis prius eſt terminanda, etiam ſi vltimo loco eſſet incohata, quia in Iudicijs præiudicialibus ordo temporis non attenditur; ſed ſolùm ille cauſę pręiudicialis, & ideò poteſt à poſteriori ſuſpendi; at ſecus in Iudicijs paribus, quia tunc ordo temporis eſt attendendus, concl.35. n. 3.
Et criminalis, quando eſt pręiudicialis ciuili, tunc ratione pręiudicialitatis, pręheminentiæ, & maioritatis de ea prius eſſet cognoſcẽdum, & ſuperſedendum in ciuili, veluti dicitur è conuerſo, concl. 35. n. 4. vbi datur exemplum.
Extende eò magis procedere, quãdo prius pręiudicialis fuiſſet incępta, concl. 35. n. 5. & ibi datur exemplum.
Quod procedit, etiam ſi ſecundum Iudicium motum prius terminari poſſet, ibidem n. 6.
Actiones plures, quando non ab vno, & eodem fonte oriuntur, ſed à diuerſis, tunc de præiudiciali eſſet cognõſcendum, ſed ſi ab vno tantum, tunc ea cauſa prius eſſet terminanda, quæ facilius terminari poſſet, concl.35. n.7.
Et quando inuicem non ſe compatiuntur, tunc de pręiudiciali eſſet cognoſcendum; ſecus autẽ quando inter ſe eſſent compatibiles, veluti, quia vna reſpiceret petitorium, altera vero poſſeſſorium, quia tunc prius eſſet terminandũ illud iudicium, quod prius fuit intentatum, vel quod eſſet magis liquidum, concl.35. n.8.
Et ad cognoſcendum quale ſit maius, vel minus pręiudiciũ ſunt conſtituẽdi tres caſus, vt ibi n.9
Et plures cumulantur, quando ex diuerſis cauſis proueniunt, concl.35. n. 10.
Actionum plurium cumulatio inducit diuerſitatẽ cauſę, tàm reſpectu rerum, quàm etiam perſonarum, concl. 35. n. 11.
Actio ſemel electa amplius mutari nõ poteſt, poſtquam lis eſt conteſtata, quia tunc quaſi contrahitur inter concurrentes ad Iudicium per illius conteſtationem; at ſecus ante litem conteſtatã quia tunc neque actori liceret à propoſita actione deſiſtere, quia cum eo caſu ius reo fuerit quoque acquiſitum, igitur abſque illius conſenſu actor recedere non poſſet, concluſ. 35. num. 12. & 13.
Sed illam poteſt variare actor ante litem conteſtatã, & præſertim, quando plura remedia fuiſſent alternatiuè intentata, concl.35. n.14.
Et tunc etiam poſt litem conteſtatam variatio daretur, vt ibidem.
Ciuilis, & Criminalis, ſi tendunt ad diuerſa, veluti ad rei perſequutionẽ, & ad vindictã, tunc vna per alteram non tollitur, & ſic qui prius agit, ciuiliter ad rei perſequutionem, non prohibetur poſtea agere criminaliter ad vindictam; at ſecus ſi vtraque actio ad vindictam eſſet intentata, concl. 35. n. 14.
Et quando quis omiſſa vna via alteram aggreditur, ſi à principio omne ius fuit deductum, tunc ad refectionem expenſarum non tenetur, concluſ. 35. n. 16.

Sed

Sed vna via conceſſa, & electa, quando poſſit rediri ad alteram, vide concl. 35. per totam.

Et ſi duę fuerint propoſitę; ſed vna ſit alterius pręparatoria, tunc ambę poſſunt vno, & eodẽ tempore ſubordinatè intentari, concl. 35. n. 17.

Extende, vt ibidem.

Actiones plures; quando origine ſunt contrariæ poſſunt inſimul cumulari, in eodem libello, licèt eo caſu poſſit vna, ex eis eligi, & ſuper ea ſententia ferri, & id eò magis, quando in libello clauſulę ſalutares eſſent appoſitę, concl. 35. num. 18.

Contrarium ibi n. 19.

Concorda ibi n. 20.

Rurſus concorda ibi n. 21.

Sed ſi plures in libello apponantur, tunc earum variatio erit permiſſa, ſi in eo addatur illa clauſula; Quòd vna via electa; altera non cenſeatur ſublata. Et ideò, ſi quis prius intentauit Iudiciũ Ordinarium, non prohibetur poſtea eo omiſſo viam executiuam eggredi, concl. 35. n. 22.

Quod tamen declara procedere vt ibi.

Actionibus, & exceptionibus pluribus, etiam cõtrarijs reus vti poteſt, concl. 35. nu. 24.

Fallit tamen vt ibidem

Et in appellatione mutari poſſunt; & ſuper noua Iudex validè pronunciare valet, concl. 35. n. 25

Contrarium ibi n. 26.

Actione incompetenti electa non poteſt amplius, quis via competenti; vti per regulam; Quod potui noiui, quod voui adimplere nequiui, concluſ. 35. num. 26.

Declara vt ibi n. 27.

Ciuilis, & criminalis non poſſunt vno, & eodem tempore, & contextu cognoſci, ſed bene vna eſt videnda, quando altera fuerit peracta, concluſ. 35. num. 28.

Sed ciuilis, quando eſt pręiudicialis criminali, tunc in criminali eſt ſuperſedendum, & intentanda venit ciuilis, concl. 35. n. 29. & ibi habetur quando pręiudicialis dicatur.

Extende tribus modis, vt ibi n. 30. & ſeqq.

Declara tamen ibi n. 37.

Ciuiles, & criminales etiam contrarias tenetur cumulare actor in vno Iudicio, ad dirimendas lites, concl. 35. n. 38.

Criminalis ciuilem abſorbet, & finis negotij criminalis dat principium quæſtioni ciuili, concl. 35. n. 39. & n. 40. aſſignatur ratio.

Criminalis, ob maioritatem ciuili præiudicat, etiam ſi inuicem non ſe contigant, & multò magis, quando ſe contingerent, concl. 35. n. 40.

Et ciuilis ceſſat, quando à Iudice criminali fuerit inhibitio emanata, quod tamen intellige verum; quando non eſſet concluſum in cauſa; At ſecus, quando è contra, concl. 35. n. 41.

Declara duobus modis ibi n. 42. & 43. & ibi ratio aſſignatur.

Et criminalis, quando oritur, quoad pœnam naſcitur etiam actio in factum ad intereſſe, quæ etiã extraneo cõpetere poteſt, concl. 69. n. 26.

Criminalis de falſo intentata ciuili non pręiudicat, nec minus in ea ſuperſedere facit, niſi ius totius cauſæ ciuilis in probatione accuſatæ conſiſtat, concl. 35. n. 44.

Ciuilis ſileret, ſi teſtes de falſo accuſati aliquod adminiculum pręberent, concl. 35. n. 45.

Criminalis, ſiue accuſatio non facit ſuperſedere in ciuili, niſi poſt citationis tranſmiſſionem, immò ante eam poteſt quærela retrahi, & aboleri per Iudicem, concl. 35. n. 45.

Extende, vt ibi num. 45.

Criminalis, ad hoc, vt ciuilem abſorbeat, id intelligendum venit effectu inſpecto, ſed non ipſo iure, quia eſt neceſſaria ſententia in ciuili, concluſ. 35. n. 46.

Actio furti orta ex prima contrectatione, quando non naſcatur, amplius, ex aſſidua contrectatione, ſed dicatur extincta, vide concl. 59. n. 94

Actionem ciuilem quoties exercere poſſumus nunquam eſt recurrẽdum ad criminalem, concluſ. 35. n. 48.

Quod quidẽ eò magis procederet in adminiſtratione doganarum, & vectigalium ibidem.

Et criminalis quieſcit, quando eſt datus terminus ad aliquid faciendum in cauſa ciuili, concl. 35. num. 49.

Criminalis ſilet, & exerceri nõ poteſt, quãdo querela fuit data poſt relaxatum mandatum in ciuili, concl. 35. n. 50.

Actio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, concluſ. 42. n. 99.

Actio de dolo, nunquã datur, quoties ea tolli poſſit aliquo velamine contractus, concluſ. 56. num. 85.

ACTIONVM confuſio fit regulariter, quando creditor debitori ſuccedit, concl. 36. n. 1. & ibi aſſignatur ratio.

Declara vt ibi n. 3.

Et illa confuſio, nedum datur in hęrede, ſed etiã in fideicommiſſario vniuerſali, concl. 36. n. 4.

Extende idem procedere, vt ibidem.

Declara ibi n. 5. & 6.

Extende alijs quatuor modis ibi n. 7. & ſeqq.

Secus tamen, quando lis fuiſſet conteſtata contra hęredem debitorem, concl. 36. n. 9

Fallit quinque modis, vt ibi n. 11. cum ſeqq.

Contrarium licèt habeatur ibi in d. concluſ. 36. num. 20.

Concorda ibi n. 21.

Fallit alijs duobus modis ibi n. 22. & 23.

Sed illarum cõfuſio procedit ſolùm in ea parte, pro qua creditor fit hæres, quia nemo debet in plus grauari, quàm honoratus ſit, concl. 36. num. 17.

Et confuſio non fit in legato à marito vxori, ſiue vſuſfructus, ſiue alio modo facto; licèt ſecus eſſet ſi maritus diceret, quòd de illo legato ſua vxor ſit contenta, ita vt nil aliud de eius dote petere poſſet, vel ſi fuiſſet à teſtatore additum quando fecit legatum, ad tollendas lites &c. aliàs ſi id non addidiſſet, vtrumque haberet, concl. 36. n. 36.

ACTIO euictionis datur ad effectum repetendi in Iuditio rem meam iure Dominij ab aliquo, cuius non erat alteri datam, vel venditam,

quia

quia euictio eſt rei emptæ alia uè cauſa acceptę interpoſito Iudicis decreto ablatio, concl. 37. num. 1.
Et eſt diuidua, & ideò, ſiue tota res euincatur, ſiue illius pars ſemper emptor habet regreſſum contra venditorem de euictione, concl.37.n.2.
Sed vti diuidua poteſt, per hæredes adimpleri pro parte ſua, concluſ. 37. n.2.
Datur contra venditorem non ſolùm pro reſtitutione prætij, ſed etiam pro omnibus damnis & intereſſe, concl.37.n.3.
Quod procedit, etiam ſi ea non fuerit promiſſa, ibidem n. 4.
Actio ad reſtitutionem pretij, quando, & contra quos detur emptori rei Eccleſiæ ipſa re euicta, & quid ea comprahendat, vide concl.85. n.5.
Datur ſingulari ſucceſſori alicuius rei contra auctorem auctoris, in vim iuris ceſſi; ſecus autem ſi iurium cęſſionem non haberet, quia regulariter, quis de euictione non agit, nec regreſſũ contra primum venditorem habet, concluſ. 37.n.6.
Extende quatuor modis, ibi n.7. & ſeqq.
Et non ſolum intentatur, quando fuit euictum Dominium, ſed etiam ſi fuerit euicta poſſeſſio, concluſ.37. n. 13.
Contrarium habetur, ibidem n.14.
Concorda, vt ibi n.15.
Et non intentatur, niſi ſententia fuerit executioni demandata, aliàs emptor adhuc poſſidere diceretur, concl. 37. n.16.
Item non intentatur, niſi ſecuta effectuali venditione, licèt ſecus ſi quis venderet rem alteri obligatam, & pręſertim ſcienter, & ſic quando in limine contractus, aut Iudicij euictio immineret, quia tunc ante eam agi poſſet, ad reſtitutionem pretij, non vti ad ſortem, vel prætium, ſed benè pro intereſſe, concl.37.n.17.
Facit venire fructus amiſſos, & refectionẽ aliorum damnorum, quę emptor cauſa illius euictionis quouis modo paſſus eſt, concl.37.n.18.
Extende ibi n.19.
Datur contra fideiuſſores obligatos pro credito iam extincto, quando bona data creditori in ſolutũ fuerunt euicta, quod tamẽ declara verũ, quãdo in eorum aſſignatione fideiuſſorũ obligatio fuiſſet reſeruata, concluſ.37.n.21.& 22.
Contrarium tamen habetur, ibidem n.23.
Non datur ſi res eſſet iudicialiter euicta, ſed lis non fuit venditori intimata, quia tunc venditor non tenetur ad damna, & intereſſe; At ſecus, quando eſſet certioratus de euictione intentata, concl.37. n. 24. & ibi ratio aſſignatur.
Item non datur ei, qui fuit in culpa rei euincendæ, veluti quia fuit contumax, vel compromiſit, ſiue iuramentum litis deciſiuum detulerit, quia iſtis caſibus emptor huiuſmodi actione contra rei vendicationem non agit, concluſ.37. n.25.
Et emptori non competit, quando ea facto Principis, ſiue per iniuriam, & imprudentiam Iudicis ſequatur, concl.37.n.26.
Et tũc veluti vẽditor ad pretiũ agere poſſet, ita & multò magis illud ſolutum retinere, ibidem.
Emptori competit, quãdo bona per eum à fiſco empta reſtituuntur, & tunc contra fiſcũ ageret emptor pro reſtitutione pretij, quia ſi Princeps vult vni pręiudicare, quoad bonorum reſtitutionem, debet emptorem, cum reſtitutione pretij releuare, concl.37. n. 28.
Fallit tamen in Vniuerſitate, quæ ſi vendiderit bona confiſcata, tunc eo reſtituto, cuius bona erant, de euictione non tenetur, ibidem n.28.
Sed emptori non competit, quando rem alienã ſcienter emit, quia tunc vti in dolo huiuſmodi actione non iuuatur, niſi pretium fuerit promiſſũ, concl.37.n.29.& vide concl.88.n.13.cũ ſeq.
Item non competit ementi rem Emphitenticam vel fideicommiſſo ſubiectam, & aliam ſimilem ſcienter, in qua ex natura rei euictio datur, concluſ.37. n.30.
Extende, & ſubextende ibi n.31. & 32.
Declara vt ibidem.
Fallit duobus modis, vt ibi n.33.
Competit contra fideiuſſores rei venditæ, ſi ea alteri obligata reperiretur, & præſertim ſi principaliter, & inſolidum eſſent obligati, concluſ.37. n.34.
Contrarium, vt ibi n.35.
Concorda, vt ibi n 36.
Sed non competit donatario contra donãtem, niſi ea fuerit expreſsè promiſſa, vel niſi dolus donantis intercedat, aut donatio à promiſſione inciperet; at ſecus ſi à traditione, quia tunc donans de euictione non tenetur, niſi in caſu adhibiti doli, concl. 37.n.38.
Et tunc dicitur donatio à traditione incipere, ętiam ſi donator conſtituat ſe nomine donatarij poſſidere, concl.37. n.39.
Extende, & ſubextende ibi n.38. & ſeqq.
Etſi fuerit promiſſa pro redditibus donatis, ea non extenditur ad alios redditus in locum priorum, concl.37.n.41.
Non competit, quando per partem illi fuerit renunciatum, cum quilibet ſuo fauori renunciare poſſit, concl.37.n.42.
Non datur in vẽditione ſubhaſta, concl.37.n.43.
Contrarium fuit dictum ſupra n.9. & n. 44.
Concorda, vt ibi ſub n. 45.
Non datur, ſi ea per violentiam ſequatur, concluſ. 47. n. 46.
Item non competit in caſu, vbi creditor vendit iure pignoris, concl.37. n. 48.
ACTIO finium ergundorũ eſt ea, quæ conceditur his qui poſtulãt cõfines, ad hoc, vt quod cuiuſquè proprium ſit ab Arbitro definiatur, & ſi quid ab alterutro commiſſum ſit reſarciatur, concl. 38. n.1-& 2.
Et formula iſtius actionis eſt eadem, quę vendicationis, vis autem, & natura eadem, quę cõdictionis, concl.38.n.2
Sed non datur, niſi termini turbentur, Item qua pœna puniatur vide, concl.38. n.61.
Sed ſi vis ſcire ad ſaturitatem ea, quæ ſunt neceſſaria in hac materia, recurras in verbo Confines, & in verbo Limites.

Actio finium regundorum non intentatur ſuper quæſtione proprietatis, veluti nec in eo communi diuidundo, licèt tamen huic actioni quęſtio proprietatis inhæreat, & ideò illa differtur in quærendo de titulo rei, & prius illa poſſeſſorij terminatur, & tunc onus probandi proprietatem aduerſario incũbit, concl. 38. n. 62.
Fallit tamen ibi n. 63. & ibi ratio aſſignatur.
In actione finium regundorum, quomodo dignoſcatur, an de poſſeſſione, vel proprietate aut de vtroq; contẽdatur, vide cõcl. 128. n. 354.
ACTIONES hippothecariæ dicuntur directę, & vtiles, directæ ſemper remanent penes cedentem, & vti oſſibus inhærentes transferri non poſſunt, concl. 39. n. 1.
Actiones directas cedens poteſt ſemper, & quandocumq; eas experiri, donec interueniat vnũ ex tribus l. 3. C. de nouat, ibidem.
Actio vtilis alia eſt directa, alia contraria, & cui vtraq; ſiue quando vna, vel altera detur, vide concl. 39. n. 2.
Et directas poteſt experiri cedens, etiam ſi in ceſſione fuiſſet appoſita illa clauſula, ponens in locum ſuum, &c. reprobata opinione Angeli, concl. 39. n. 3.
Extende, quòd debitor liberatur ſoluendo primo creditori, ſi notitiam delegationis ſui debiti non habuit, conl. 39. n. 4.
Sed eſt benè verum, quòd ſola ſcientia, quæ ex libello depræhenditur ſufficit ad tollendũ exercitium directarum actionum, quæ penes cedẽtem remanent, concl. 39. n. 5.
Extende pręterea procedere, quãdo eſſemus in materia hippothecarię actionis, quę nunquam percutit Dominium rei alienatę, ſed ſolùm poſſeſſionem, & propterea datur creditori retẽtio rei auocatę à tertio, donec ſibi de fructibus ſatisfiat, concl. 39. n. 6.
Directę remanent penes cedentem inutiles, quando eſſemus in neceſſaria ceſſione, veluti in ea ad fauorem creditorum facta, quia tunc illicò ius directum remanet inutile penes cedentem, concl. 39. n. 7.
Et illę non poſſunt exerceri, per donatorẽ omnium bonorũ, quia quãdo ceſſio reſpicit merũ cõmodum ceſſionarij, vt eſt in caſu ſimplicis donationis, tũc cedens amplius nullũ ius ſuper re ceſſa habet, cõcl. 39. n. 8. & 9 vbi ratio aſſignatur
Fallit tamen, ibi n. 10.
Contrarium autem ibi n. 11.
Sed penes cedentem non remanent, quãdo ceſſio iurium, & actionũ fuiſſet ampla, cõcl. 39. n. 12.
Item penes illum non remanent, quando ceſſionarius fuiſſet conſtitutus Dominus, & procurator, vti in rem propriam, & in locum, & ius cedentis ſubſtitueretur, concl. 39. n. 13.
Declara, vt ibi n. 14.
ACTIO iniuriarum eſt illa, quæ datur alicui contra eum, qui illi crimen appoſuit, ſed illud non probauit, concl. 40. n. 1.
Et de ea quis tenetur, quando aliquod crimen etiã excipiẽdo opponit in iudicio, cõcl. 40. n. 2
Huiuſmodi actione tenetur iniurians, etiam, ſi proteſtatur ſe illud crimen opponere, ſed non animo iniuriandi, quia huiuſmodi proteſtatio, vti contraria facto, & vti iniuriæ incompatibilis non ſuffragatur, concl. 40. n. 3.
Contrarium ibi n. 4.
Concorda, vt ibi n. 5. & 6.
Rurſus concorda, vt ibi n. 7.
Item de ea tenetur ille, qui ſi fuerit prouocatus dicat illi tu mentiris, ipſa prouocatione non obſtante, etiam ſi dicat verum, concl. 40. nu. 8. & 9. & ibi ratio aſſignatur.
Iſta datur contra eum, qui calore iuſtæ iracundię verba iniurioſa protulerit, qua in delictis cõmiſſis ille calor non excuſat, concl. 40. n. 10.
Contrarium tenent multi, ibidem n. 11.
Extende hanc ſecundam opinionem multò magis procedere ibidem.
Datur cõtra eum, qui vni dixerit (tu non ci vedi) vel ſi Iudici dixiſſet (al Sindicato ti voglio) ibidem n. 12.
Item ſi quis alicui diceret (tu ſei vn baſtardo) ibidem n. 9.
Datur iſta actio aduerſum eum, qui aliquem indebitè carcerari fecit, quia tunc ille iniuria afficitur, cum carceratio infamiam facti irroget. concl. 40. n. 13.
Item datur contra eum, qui facit aliquem amittere dignitatem, & honorem, concl. 40. n. 14.
Huiuſmodi actione ille tenetur, qui aliquem alapa, ſiue cubito percuſſerit, concl. 40. n. 14.
Et datur omnibus cõſanguineis contra offendẽtem vnum de familia, quia quãdo offenſa infertur vni de genere totum genus iniuriatum cenſetur, concl. 40. n. 15.
Extende, vt ibi n. 16.
Declara ibi n. 18.
Immò Pater poteſt iniuriam filij remittere eo, ac alijs fratribus inuitis, ibidem n. 19.
Reſtringe tamẽ, vt ibi n. 19. & ibi ratio aſſignatur.
Sed quid ſi filius eſſet monachus, an vindicta, vel remiſſio iniuriæ ſpectet ad Patrem, ſiue potius ad Abbatem, vide ibidem n. 20.
Competit etiam marito, pro iniuria illata vxori, & id ob vnitatem perſonarum, quia ſunt duo in carne vna, concl. 40. n. 21.
Item datur officiali pro iniuria facta miniſtro in executione ſui officij, concl. 40. n. 22.
Declara tamen, quòd non creditur illi miniſtro, ſe talem iniuriã paſſum aſſerenti, concl. 40. n. 23
Fallit tamen in Vrbe, & toto ſtatu Eccleſiaſtico, ob bãnimenta Generalia Gubrnatoris Vrbis, ſed quomodo id ſit intelligendũ, vide ibid. n. 24
Datur fiſco cõtra iniuriantẽ, etiã ſi iniuriatus diceret iniuriã ſibi de ſua volũtate factã fuiſſe, quia tũc nõ poteſt rigorẽ fiſci euadere, cõcl. 40. n 25
Itẽ datur alijs de Collegio, vel Vniuerſitate, quãdo vni ex eo fuit illata iniuria, concl. 40. n. 26.
Declara vt ibi n. 27.
Contrarium, vt ibi n. 28.
Datur contra prohibentem piſcari in Mari, & in loco publico ſedere, & ſimilibus, concl. 94. n. 23
Itẽ datur iuriſdictionẽ habẽti, quãdo iniuria fuit vni corã eo illata, & ea dicitur atrox, c. 40. n. 29

Secus

Secus autem ſi iniuria eſſet alicui illata coram perſona in dignitate conſtituta, quia tunc ea nõ diceretur atrox, veluti ea dicitur, quæ corã perſona iuriſditionẽ habẽte infertur, cõcl. 40. n. 30.

Datur ſocio pro iniuria, alteri conſocio illata in itinere, concluſ. 40. n. 31.

Datur Patri pro filio, marito pro vxore, fratri pro fratre, conſanguineo pro altero, pro intereſſe affectionis, ſed non pro eo pecuniarum, concl. 40. n. 32.

Sed non poteſt intentari per coniunctum pro emendatione honoris alterius coniuncti defuncti, ſi non ſit hæres iniuriati. concl. 40. n. 33.

Extende, vt ibi n. 34.

Item non datur, niſi dolus, & animus iniuriandi adſit concl. 40. n. 33.

Et quomodo animus dignoſcatur, ſi ſit bonus, ſiue malus, declaratur ibidem n. 35. cum ſeqq.

Non datur contra eum, qui verbum iniurioſum in Iudicio protulerit, cum aliqua cauſa, quod idem quoq; procedit in ea, quæ extra Iudiciũ fuerit illata, quæ non excuſatur abſque cauſa, concl. 40. n. 38.

Et tunc quęlibet cauſa etiã iniuſta ſufficit ad excuſandum animum iniuriandi ibidem.

Anno pręſcribitur, licèt ſecus in ea actione iniuriarum deſcendente ex lege Cornelia, quę anno tolli non poteſt, quod procedit, tàm in iniuria picta, vel ſcripta, quę anno non pręſcribitur, ſed ad inſtar realium poteſt intentari poſt annum, concl. 40. n. 39. & vide concl. 59. n. 76.

Et annus debet eſſe vtilis, & ideò ignoranti non currit, concl. 40. & vide concl. 116. n. 20.

Et per interuallum temporis remiſſa cenſetur, licèt ſecus, veluti ſi eſſemus in reuocatione iniuriarum, ob quam actio illa extincta non cenſetur, concl. 40. n. 41.

Et actio ciuilis in hac materia iniuriarum actionem criminalem extinguit, concl. 40. n. 42.

Et licèt non ceſſet, quando iniurians ante litem pœnituit, tamen ille pœna mitiori puniendus venit, neque etiam, tunc iniuriatus poteſt ita acriter iniuriam, ſibi ab eo illatam, vindicare, concl. 40. n. 53.

Non poteſt intentari, niſi quis ſpeciale mandatum habeat, concl. 40. n. 54.

Et ad hoc, vt intentetur, eſt neceſſaria ſpecificatio ad hoc, vt pars certificari, & teſtes diſtinctè deponere valeant, concl. 40. n. 55.

Extende idem debere procedere in ea actione iniuriarum, ciuilitèr intentata, licèt non tanta ſpecificatio ſit iſto caſu neceſſaria, quanta in obiectiuis, vti magis odioſis, concl. 40. n. 26.

Et ad hoc, vt cõmiſſio cauſę iniuriarum cẽſeatur criminaliter cõceſſa, opus eſt mentionẽ fieri expreſsè in Signatura de iniurijs, & tũc facta dicta ſpecificatione reus poteſt recõuenire actorem coram eodem Iudice ſuper iniurijs impetrato, concl. 40. n. 56.

Secus autẽ ſi cõtigeret iniuriã alicui clerico inferri quia tũc erit locus pręuẽtioni, cõcl 40. n. 57.

Et hæc actio dicitur infamatoria, propterea etiam (ciuiliter loquẽdo) annali præſcriptione tollitur, concluſ. 40. num. 58.

Secùs autem in incipiẽdo, quo caſu actio temporalis fit perpetua, concl. 59. n. 78.

Et in hac actione iniuriarũ ciuilitèr intẽtata, quomodo articuli ſint proponendi vide ibid. n. 58.

Actio l. liber homo ff. ad l. Aquil. nullam recipit æſtimationem, cum homo res inæſtimabilis dicatur, concl. 60. n. 20.

Actio l. Aquilię ſolùm datur pro damno de pręterito ibi n. 23.

Actio mandati, quando æquiparetur illi funeratitię, & Inuentarij, vide concl. 60. n. 31.

ACTIO negotiorum geſtorũ dicitur in perſonã, non autem in rem, & propterea, quãdo quis pro alio ſoluit, & ſic pro eo negotiũ vtile gerit, poteſt hac actione ſibi conſulere, concl. 41. n. 1.

Actio iſta non datur, quando vtilitas ceſſaret, concluſ. 41. n. 2.

Et ſe cõpatitur cum actione mãdati, cõcl. 41. n. 3.

Acquiritur ei, pro quo, quis emit, ſecuta tamen illius ratificatione, concl. 41. n. 4.

Item acquiritur ei, qui ſoluit debitum pro alio, etiam illo inuito, concl. 41. n. 10.

Secus autem, quãdo negotiorũ geſtor ſine mandato, vel officij neceſſitate alterius defenſionẽ aſſumpſit, ſed ſuccubuit, quia tunc ipſe expẽſas quas fecit ille talis non repetit, concl. 41. n. 11.

Et huiuſmodi actione tenetur ille, qui pecuniam alteri debitã, vel creditum alienum verum, vel putatiuum exegit, ſecuta tamen ratihabitione illius, cuius nomine fuit facta executio, concluſ. 41. n. 12.

Actio negotiorũ geſtorũ hæreditatis iacẽtis adeò eſt priuilegiata, vt omnibus creditoribus, ſit pręferenda, pro conſecutione mercedis, concluſ. 41. n. 16.

ACTIO perſonalis ex teſtamẽto datur pro legitima; Vndè ſi vis ſcire ad ſaturitatem de eius materia, recurras in verbo legitima, & in concluſ. 42. per totam, vbi infinita notanda inuenies in hac materia.

Actio quęlibet Chriſti debet eſſe noſtra inſtructio, concl. 42. n 196.

Actio quãti minoris, quãdo poſſit exerceri, & quæ in ea veniant, vide in concl. 43. n. 18. cum ſeqq. & concl. 70. n. 14. cum ſeqq.

ACTIO quanti plurimi, vt detur, ob morã commiſſam in obligatione, debet eſſe ſpecificatus dies, & locus ſolutionis, & debitum debet eſſe liquidum, concl. 70. n. 1.

Et non datur, ſi penuria inſolita ſuperueniret, concl. 70. n. 2

Et tali caſu quid ſit probandum ab Actore, & quid à reo vide ibidem.

Item ea non datur, ſi debitor fuit interpellatus ad ſolutionem de tempore, quo ducebat vxorẽ vel infra nouem diem luctus ſui defuncti, aut dum miſſam audiebat, concl. 70. n. 3. & 4.

Et ſemper datur aduerſus furẽ, concl. 70. n. 6. & 7

Non datur in cõtractu vſurario, quia debitor nõ cogitur adimplere pro parte ſua, concl. 70. n. 8.

Sed an, & quando ea detur vltra triennium, vide concl. 70. n. 9. cum ſeqq.

ACTIO redhibitoria duplex eſt alia directa, alia verò vtilis, directa datur emptori cōtra vēditōrē, quādo in re vēdita qualitas reperitur morboſa, ſeu vitioſa, vt eſt in animalibus, vtilis verò datur emptori, quādo (verbi gratia) emit librū, quē ob aliquod eius latens vitiū retinere nō poſſit; nec eo vti, & ſic iſto caſu datur vtilis actio, & non directa; cùm in eo illa qualitas morboſa non detur; ſed vitioſa, concl. 43. n. 1.
Amplia primò idem procedere, etiam ſi ille liber, ſiue alia res fuerit vendita talis, qualis erat, quando tamen vitium non erat tale, vt ab emptore facilè cognoſci poſſet, ibi n. 2.
Et ad docendum, quòd illud non eſſet tale argumentum eſſet euidens, ſi pro eo vitio detegēdo fuiſſent etiam adhibiti periti, ibidem n. 2.
Amplia alijs duobus modis, vt ibi n. 3. cum ſeqq.
Limita principalem concluſionē, quatuor modis non procedere, vt ibi n. 10. cum ſeqq.
Actio illa ad hoc, vt cōpetat quatuor ſūt neceſſaria; & primò quòd interuenerit vēditio; ſecūdò quòd animal ſit morboſum; tertiò, quòd morbus ille eſſet latens; quartò, quòd morbus eſſet ante venditionem, ibidem n. 16.
Et illi, qui huiuſmodi actione conueniuntur ex diſpoſitione legis, vel quanti minoris tenentur conſtituere Procuratorem, ibidem n. 17.
Actionis electiò datur actori, & nō Iudici, etiam ſi verba Iudicē tantū concernāt, concl. 44. n. 22.
ACTOR ille dicitur, qui alium prius ad Iudicium vocat, concl. 44. n. 1. & 10.
Et dignoſcitur ex modo procedendi à principio electo ibidem.
Et à principio factus, nunquam deſinit eſſe talis, concl. 44. n. 2.
Fallit tamen vt ibi n. 4.
Actor ad lites quomodo pupillo conſtituatur, & quę facere teneatur, vide concl. 56. ſub n. 116.
Et actor dicitur in cauſa appellationis, qui fuit etiam talis in cauſa principali ibidem n. 3.
Item actor dicitur ille, qui venit pro nullitate ſententiæ, concl. 44. n. 5.
Item talis dicitur ille, qui petit bona ab alio poſſeſſa, ibidem n. 6.
Originarius, & voluntarius ille dicitur, qui manutentionem petit, ibidem n. 7.
Sed actor, & nō reus dicitur ille, qui cōparet, quādo fuit citatus, ſi ſua putauerit intereſſe ibid. n. 8.
Actor, & nō reus viam agendi demonſtrat, nec ſolet mutari etiam mutata perſona, ibidem n. 9.
Actor, ſiue reus, quandò prius poſitionibus reſpondere teneatur, concl. 44. n. 11.
Actor iudicium aſſecurare non tenetur, ibid. n. 12.
Extēde id quoq; procedere in reo, quando tamē habuit ſententiā ad ſui fauorē, immò nec etiam ſine ſententia tenetur aſſecurare iudicium de cōſuetudine, quicquid ſit de iure ibidem n. 13.
Extende ſecūdò, quòd nec etiā aſſecurationi prædictę erit locus, quando pars poſt contractum deterioris conditionis non fieret, ibidem n. 14.
Extende tertiò eo magis procedere in actore immobilia poſſidente, ibi n. 15.
Fallit tamen in obligato ſolùm actione perſonali, quia tunc ille ſatiſdare tenetur. ibidem n. 16.
Et ad hoc, vt validè poſſit agere in iudicio, debet prius illius perſonā legitimare, concl. 44. n. 17.
Actore nō probāte reus abſoluitur. ibidem n. 18. 27. & num. 58.
Actor debet à principio exprimere qua cauſa vti velit, ad hoc, vt reus deliberare poſſit, an velit cedere, vel contendere, ibidem n. 22. & ſeq.
Fallit duobus modis vt ibi n. 23. & ſeqq.
Et habet electionem; vt eam actionem, quam velit ad eius libitū eligere poſſit, & prę ſertim, quādo à iure plura remedia alternatiuè introducta forent ibid. n. 22. & ibi ratio aſſignatur.
Extende, quòd etiam poſſit in remedijs alternatiuis variare, tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem ibidem n. 22.
Et quando poſſit variare actionem, vide concl. 44. n. 22. cum ſeqq. & concl. 35. n. 12. cum ſeq.
Tenetur plenè, & cōcludēter id, quòd eſt fundamentū ſuæ intentionis probare, concl. 44. n. 25.
Amplia duobus modis ibi n. 27. & 28.
In pręparatorijs Iudicij, ſe excuſare nō poteſt, cū ad iudiciū inſtructus ire teneatur, cōcl. 44. n. 33.
Fallit tamen vt ibi n. 34.
Et debet ſuam intentionem plenè probare, & pręſertim, quando ille ius ſuum canonizari petierit, concl. 44. n. 35.
Et veluti ſuā intentionē, ita reus ſuā exceptionē probare tenetur, & ratio eſt, quia reus excipiēdo in ſua exceptione fit actor, ibid. n. 36. & 38.
Fallit tamen, vt ibi n. 39.
Item tenetur ſuam intētionem probare, etiam ſi reus amiſerit cauſam ob falſitatē, ſiue ob aliud caput delicti, concl. 44. n. 40.
Contrarium tenent multi vt ibi n. 41.
Et tenetur probare, etiam ſi reus in ſe onus aſſumpſiſſet probandi id, quod actor probare tenebatur ibidem n. 42.
Extende eò magis procedere, ſi adeſſet clauſula non ſe aſtringens &c. ibidem.
Et nō poteſt recedere à lite, poſtquàm reus illius petitioni acquieuerit, ſed tūc de nouo requireretur cōſenſus vtriuſq; & ſic cogitur ſuę petitioni ſtare ibidem n. 43.
Sed non tenetur probare illud, quod rei exceptione lidi debet, concl. 78. n. 26.
Itē tenetur ſuā intentionē probare, etiā ſi ſe fundet in negatiua, quia ea vti fundamentū ſuę intētionis, per eum probāda venit, concl. 44. n. 44.
Fallit tamen, quando ageretur de probando contrariū eius, quòd eſt de intētione rei, quia tūc illud actor probare non tenetur, niſi prius reus ſuam exceptionem probaſſet, concl. 44. n. 45.
Secus tamen eſſet, quando actor in ſua actione includeret rei exceptionem, quia tunc ſuo ligone ſe percuteret, ibidem n. 46.
Fallit ſecundo, quando eſſemus in materia obiectiua, veluti in probatione homicidij, quia actori ſufficeret homicidium probare, nec poſtea tenetur eam qualitatē probare, vt ſcilicet illud non fuerit factum ad ſui defenſionem, ibid. n. 47.
Ac ſecus, quando verbi gratia aliquis impetrans illud narraſſet in gratia, quod eſt de intentione,

&

& exceptione rei, quia tunc ex vi illius narratiuæ illud probare teneretur ibidem n.48.
Sed quando actor probaret contra exceptionē rei, hęc non diceretur propriè replicatio, ſed tunc dicuntur probationes contrariæ ad inuicē ſe elidentes, remanente prima actoris probatione ibidem num.49.
Actori quod licet, illud licet, & reo, ad hoc, vt æqualitas in Iudicijs ſeruetur, concl.44.nu.50. concl.64.n.15. concl.128. ſub n.133. & 737. & concl.157. n.12.
Fallit tamen, vt ibi n. 53. & 54.
Actor poteſt in cauſa appellationis aliquid de nouo deducere ad elidendum id, quod per reum de nouo productum fuit, concl.128. nu.258. & concl.148. num.395.
Actori, ſicut licet appellare, ita & reo ibid. n.51.
Actor, & reus iudicantur aliquando ad imparia, quod tamen regulariter ſequi non ſolet ibidem num. 54.
Actoris ius ſolum eſt conſiderandum, quia iudicium metimur ab eo, ibidem n.60.
Et actor tribus modis poteſt procedere contra reum contumacē, & primò ad pœnā banni; ſecundò ad immiſſionē bonorū; tertiò id ei facere licebit in cauſa principali, vſque ad totalem cauſę definitionem, concl.44. n.65.
Et quando, & in quibus caſibus, & cum quibus perſonis teneatur ſequi forum rei, vide in concluſ.44. n. 66. cum pluribus ſeqq.
Actori obtinenti ſi licuit executioni demandare ſententiam appellatione, non obſtante, ita è conuerſo debet licere reo, qui poſtea in ea obtinuit, concl.63.n.48. & concl. 157.n.11.
Contrarium habetur in concluſ. 63. num.49. & concl.157. n.13.
Actor, quando quis dicatur originarius, ſiue potius reus, & quod tempus ad id ſit inſpiciendū vide in concl.44. n.90. 91. cum ſeqq.
ACTOR, quando plus debito petit reus in expenſis non condemnatur, concl. 45. n.7.
Extende, quod immò reus poſſit eo caſu negare totum, ſi petitio ſit de pluri in quantitate, ſiue in qualitate, ibidem n.8.
Contrariū, quòd ſcilicèt reus debeat ſecundùm veritatem impoſitionibus reſpondere ibid.n.9.
Et ratio eſt, quia Deus eſt ipſa veritas, quæ nunquam fallit, neque fallitur ibidem.
Concorda vt ibi n.10.
Et plus debito petens in odium iſtius mendacij cauſam perdit, ſi tamen hæc duo in petitione concurrant; nempè quòd dolosè plus debito petierit, & quòd de pluri cautionem exegerit. concl.45. n.1.
Licèt ibi dicatur quatuor eſſe neceſſaria ad perdendum debitum,
Fallit tamē, ſi actor poſt petitionē de pluri poſtea ſe offerret recipere eam partē, quę in cōtrouerſia nō erat, quia tunc reus nō excuſaretur, nam iuſta cauſa in vna parte non tollit moram in alia ibidem num.25.
Secus autē, quādo actor plus debito peteret, & reus plus debito negaret, quia tūc inuicem compenſatio fiet, nam paria delicta pari compenſatione tolluntur ibidem n.2.
Contrarium, vt ibi n.27.
Concorda vt ibi n.28.
Et clauſulę, quę pręſeruent ab hac pena vide n.29.
Extende id, quod fuit dictum de petente plus debito dolosè, procedere etiā in petēte illud iam ſolutum, quia ſi id ſcientèr facit, crimine ſtellionatus tenetur ibidem. n.19.
Itē quibus alijs caſibus procedat vide ibi n.2. cū ſeq.
Actorū trāſportatio ad hoc, vt probet, quomodo, & de quibus actis, ſit faciēda; Itē quādo dicatur verbalis, ſiue realis, nec non, quādo realis facta pręſumatur, & vna, ſiue altera ſufficiat, vide cōcluſ.31. per totam, & ibi plura habebis in hac materia.
Actuarij ſuſpecti cenſentur, ſi magiſter actorum ſuſpectus reddatur. concl. 128. n.656.
Et in quibus illi differant à notarijs vide concluſ. 147. num.6.
ACTVM impugnatum, quis pro ſe regulariter adducere, & eo vti non poteſt concl.46.n. 1.
Amplia quatuor modis, vt ibi n.2. & ſeqq.
Limita ſeptē modis nō procedere, vt ibi n.6. cū ſeq.
Actu impugnato non poteſt quis ſe iuuare, niſi illud cum ſuis qualitatibus acceptet, ibi n.21.
Extende id intantum eſſe verum, vt propterea ille non audiatur, niſi omnia reſtituat, quę ex illo actu impugnato recepit, ibi n.22.
Declara tamen primo id eſſe verū, vbi agitur de reſciſione; ſecus autem, quando actus ex nullitate impugnatur, quia eo caſu minor, verbi gratia non tenetur illud reſtituere, quod ex illo cōtractu recepit, niſi prius probetur, quòd ſit factus locupletior ibi n.23.
Declara ſecundo, quòd impugnans tranſactionem non auditur, niſi eo reſtituto, quod ex ea tranſactione recepit ibi n.24.
Fallit vt ibidem num.24.
Et quādo, quis impugnaret trāſactionem, ex illo capite, quòd lis nulla erat, tunc ipſe nō tenetur probare litem nō extare, ſed iſtud onus ad eum ſpectat, qui vult ſubſtinere tranſactionē ibi n.25. & vide in hoc, concl.131. n.36. cum ſeqq.
Actus duobus modis impugnari poteſt, nēpè primò, vti perſona propria; ſecundò veluti perſona alium repræſentans, & ſic veluti tutor, ſeu vti perſona creditorum à quibus ipſe ceſſionem habuiſſet, concl.46. n.26.
Limita primò eam regulā non procedere in his, quæ ſunt obiectus intellectus, quia tunc non poteſt quis aliud intelligere ex vna perſona, aliud verò ex alia ibi n.28.
Limita ſecundò, eam non procedere in volūtarijs veluti ſi ex vtraq; perſona agit quis de proprio cōmodo, & ex vna iam declarauit eius voluntatem aliquo facto, quia non poterit poſtea velle contrarium, ex alia. ibi n.29.
ACTVS in dubio validus pręſumitur, cōcl.47.n.1.
Actus appellatione intelligitur de valido, & perfecto, non autē de imperfecto, concl.84. n. 36.
Et ſemper præſumitur factus ex ea cauſa ex, qua valere, ac ſuſtineri poteſt, concl.47. n.2.

Semper præſumitur factus eo modo, quo fieri debet, concl. 85. n. 38.

Vt valeat verba ſunt impropriãda ibi n. 3.

Actus æquiuoci, & indifferentes, quãdo ſonent, vel non ſorent in delictum dixi in concl. 109. n. 38.

Et factus à furioſo, & mẽtecapto rite, ac recte, veluti à quolibet prudente fieret, valet, & tenet, concl. 47. n. 4. & ſeqq. & ibi multa in materia.

Et ad hoc, vt ſuſtineatur omnis interpretatio eſt facienda, concl. 65. n. 16.

Declara tamen procedere in habente dilucida internalla, ad quę inducenda plures actus ſucceſſiui, & per aliquod tempus continuati ſunt neceſſarij, ibidem n. 5.

Actus, ſeu diſpoſitio, vt non dicatur ſuperflua ſufficit, quòd quid minimũ operetur, concl. 14. n. 8

Actus qui certo anno fieri debet, ſufficit ſi inquacunque parte anni fiat, concl. 116. n. 37.

Ad hoc, vt potius valeat, quàm pereat, non ſolum omnis interpretatio eſt facienda, ſed illud in dubio prius eſt pręſumendum, quod eſt poſterius, concl. 47. n. 6.

Actus, quando ſine iuriſdictione fieri nequit, tunc per eum appellationi renunciatum cenſetur, concl. 129. ſub n. 326.

Et ille qui non poteſt ſuſtineri, vigore mandati inualidi, eſt validus, quando de alio valido appareret ibi n. 7.

Extende idem procedere in actu geſto ab habẽte duplicem poteſtatem, quia actus pręſumitur factus, ex ea facultate, per quam ille ſuſtineri poteſt ibi num. 8.

Contrarium ibi n. 9

Concorda vt ibi n. 10.

Actus duo ſi dicantur eadem die facti, tunc ille prius præſumitur, qui pro validitate vtriuſquè pręcedere debebat, concl. 47. n. 16.

Actus in termino citationis facti pręſumuntur, ante ſententiam facti, concl. 47. n. 17.

Quando poteſt eſſe licitus, & illicitus, tunc in dubio pręſumitur licitus ibi n. 18.

Ad hoc, vt ſuſtineatur omnia pręſumũtur facta in tempore, & interueniſſe, quę ad illius exiſtentiam ſunt neceſſaria, ibi n. 19. & 21.

Vt valeat omnia præſumuntur fuiſſe iuſtificata, & iuxta Iuris communis diſpoſitionem factus, concl. 47. n. 20. & 22.

In dubio ſimulationem inducere, nec alicui nocere debet ibi n. 27.

Semper pręſumitur factus tempore licito, ad hoc vt delictum aufugiatur ibi n. 28.

Item ſemper pręſumitur factus in executionem pręcedentis tractatus ibi n. 29.

Æquiuocus, & dubius debet ante, non poſt aditionem hæreditatis declarari, & ſic antequàm lis fuerit conteſtata, concl. 51. n. 11.

Et quando eſt æquiuocus ſemper pręſumitur factus, prout melius facienti expedit, concl. 47. n. 30

Semper eſt cenſendus, ne inducat renunciationem beneficij, concl. 47. n. 31.

Actus aditionis hęreditatis inductiui, qui dicantur neceſſarij, & qui indifferentes, vide concluſ. 51. num. 68.

Actus ſemper pręſumitur potius factus cumulatiuè quàm priuatiuè ibi n. 31.

Et factus pręſentibus partibus preſumitur ritè, ac rectè factus, & præſertim, quando Iudex etiã interueniret, cuius enim præſentia doli, ac fraudis ſuſpicionem excludit, concl. 47. n. 32.

Semper pręſumitur potius perueniſſe ex cauſa licita, & honeſta, quàm ex inhoneſta, concl. 47. num. 33.

Et ad hoc, vt ſuſtineatur potius interpratatio eſt facienda, vt ille ab initio non declaretur inualidus, quàm, quod actus à principio nullus validetur, concl. 47. n. 34.

Et ratio eſt, quia iura ſunt proniora ad conſeruandum, quàm ad perdendum actum, ibidem.

Et licèt ſemper pręſumatur factus eo modo, quo fieri debet, tamen ſemper potius præſumitur factus ſecundum ius commune, quàm ſecundũ aliud ſpeciale, concl. 47. n. 35.

Et primus validus non poteſt tolli, ex ſecundo inualido, & propterea conſentiens alienationi inualidæ non ſibi præiudicat in Iure, quod habebat, concl. 47. n. 36.

Declara vt ibidem.

Sed ſecundus, quando eſt nullus non cenſetur à primò receſſum, ibi n. 36.

Suſtinetur, quando habet ſuam debitam formã neque redditur nullus, neque retractatur; licèt melius fieri potuiſſet, concl. 47. n. 37.

Et ille, qui prouenit ex lite nulla ſuſtinetur, ſaltem vti actus extraiudicialis, concl. 47. n. 38.

Et nullus poſſeſſionem transfert, ſi tamen conſenſus non deficiat, concl. 47. n. 39.

Declara vt ibi n. 40.

Nullus voluntatem alicuius demonſtrat, concluſ. 47. n. 41.

Secus autem, quando eſſemus in actu, qui vltra nullitatem in ſe quoq; contineret conditionem, quę faceret, vt voluntas non eſſet voluntas, ibi num. 41

Item id procedit in actu reſoluto veluti fieret in actu ſimpliciter nullo, ibidem.

Item illud procederet, ſi actus fieret nullus, ex defectu ſolemnitatum, at ſecus ſi ex defectu conſenſus ibidem n. 41.

Et factus tempore peſtis valet cum minori numero teſtium, quàm requirat ſtatutum, concluſ. 47. num. 43.

Semper in dubio preſumitur validus; dummodo hæc tria concurrant; nempè modus, poteſtas, & voluntas, aliàs vno eorum ceſſante, actus redderetur eluſorius, concl. 47. n. 44.

Actus voluntarij non plus ligant, quàm voluntas ſit, concl. 47. n. 44.

Non debet operari vltra intentionem agentium concl. 85. num. 106. concl. 109. ſub n. 14. concluſ. 129. ſub n. 76. & concl. 130. n. 25.

Actus, vbi requiritur libera voluntas, non valet ſi coactè fiat, concl. 47. n 44.

Licèt aliquando hæc concluſio fallat, vt ibidem.

Et debet reiterari, donec ſuum effectum ſortiatur concl. 47. num. 46.

Actus legitimi, vt eſt aditio non poſſunt ſtare in

ſuſpen-

ſuſpenſo, neque diem, neque conditionem recipiunt, concl. 51. n. 118.

In dubio validus non præſumitur, quando eſſemus in materia probationis, quia tunc non per præſumptiones, ſed per veras probationes erit procedendum, concl. 47. n. 47.

Non præſumitur legitimè factus, quādo ex illius facie illegitimus appareret, etiam ſi lapſus longi temporis interceſſiſſet, concl. 47. n. 48.

Item non dicitur legitimè factus, quando ille fiat non contra, ſed præter formam mandati, ibi num. 49.

Inualidus dicitur, quando forma non fuit ſeruata, quod procedit etiam, ſi minima eſſet dictæ formæ omiſſio, quia ea vti indiuidua, ſi in vna parte non ſit ſeruata, actus in totum corruit, concl. 47. n. 60.

Extende, quòd actus peccans in forma, neque ex eo oritur ciuilis obligatio, vel naturalis, etiā ſi de conſenſu partium ea forma fuerit omiſſa, ibi num. 61.

Contrarium vt ibi n. 62. & 63.

Et in dubio potius debet iudicari nullus, quàm quod tendat contra voluntatem teſtatoris, quæ ſemper inuiolabiliter, vti lex eſt ſeruanda, ibi num. 64.

Sed quando eſt nullus, tunc non habet locum lex diuerſa C. de tranſact. concl. 47. n. 65.

Item quādo eſt nullus, tunc retrotractio fieri nō poteſt, quia non inuenit principium conſeruabile, concl. 47. n. 66.

Actus nulliter geſti coram Arbitris vim conteſtationis litis non habent, ſed habentur tanquàm coram Arbitratoribus facti, concl. 133. n. 113.

Actus quando ipſo iure eſt nullus nunquam conualeſcere poteſt, ſed ad hoc, vt reconualeſcat nouus conſenſus eſt neceſſarius ibi n. 66. & ſeq.

Et quādo eſt nullus, ob fragilitatem ſexus nunquam tempore conualidari poteſt, concl. 47. num. 68.

Secus autem, quando eſſet ſimpliciter nullus, aut eſſemus in actu priuatorum, quia tunc ex ſuperuenienti conſenſu, conualidari poſſet, quod non contingit in eo, in quo Principis authoritas eſt neceſſaria, quia tunc non conualidatur, vt fieret ille inter priuatos celebratus, ibi n. 69. & ſeqq.

Item quando eſt nullus, non ſolum fauore minoris, ſed etiam tertij, tunc ille non conualidatur niſi conſenſus vtriuſque partis concurrat, ibi num. 71.

Quod tamen declara verum in eo actu, cui lex à principio reſiſtat, alias valeret ipſo minore volente ibi n. 72.

Quando aliquo modo ſuſtineri poteſt, & non ſit talis, cui lex à principio reſiſtat, tunc ratihabitione retracta valeret, ſed prout nunc non autem prout, ex tunc, concl. 47. n. 72.

Actus, quilibet per minorum factus, abſque auctoritate Curatoris, factus regulariter eſt nullus concl. 163. n. 1.

Fallit pluribus modis, n. 2. cum. ſeqq.

Et deueniens ad eum caſum à quo incipere poteſt, quando poſſit reconualeſcere, & quando non vide in concl. 47. n. 72. & ſeq.

Item quando deuenit ad eum caſum, à quo incipere non poſſit, quando corruat vide ibidem.

Actus, qui dederunt cauſam liti non tribuunt ius conſiderabile, nec in aliqua conſideratione ſunt habendi ibi n. 74.

Et illius nullitas reſultat ex pœna a ppoſita in aliquo actu de iure prohibito, ſed id multis modis fallit, vt ibi n. 75. cum ſeqq.

Declara vt ibi n. 82.

Vt ſuſtineatur ignorantia ſemper eſt præſumenda, concl. 47. n. 82.

Et nullus remanet, ac deficit, ſi deficiat ſubſtātia, ex qua ille cauſatur, quia remota cauſa remouetur effectus, concl. 47. n. 83.

Quādo legitimè non fuit factus, perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet factus ibi n. 84.

Et quādo eſt nullus, ex eo vlla pœna non reſultat, quia non entis nullæ ſunt qualitates, ſiue quia ex nihilo nihil fit, concl. 47. n. 84.

Fallit vt ibi n. 85.

Et nullus poſſeſſionem transfert, ſi tamē conſenſus non deficiat, concl. 47. n. 44. & ſeqq. & n. 85

Quando eſt impoſſibilis, tunc approbari, ac ratificari non poteſt, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, ibi n. 86.

Et quando eſt nullus, tunc in dubio non eſt præſumendum, quòd quis, ſit illum ex ſuperuenienti conſenſu confirmaturus, ſed immò potius impugnaturus, concl. 47. n. 87

Quando tendit ad remouendum grauamen, per illum appellationi renunciatum non cenſetur, concl. 129. ſub n. 330.

Dicitur nullus, quādo fuit factus alia hora, quàm hora citationis, quia tūc diceretur factus abſq; citatione, ibi n. 88.

Et fauore publico nullus, tunc neque iuramento conualidatur, concl. 47. n. 89.

Actus iunior ſemper præſumitur clandeſtinus, & vitioſus, concl. 108. ſub n. 43.

Contra legem factus poteſt valere reſpectu cōtrahentium in eorum odium, ſed reſpectu tertij non, ibi num. 93.

Actus turbidi, & vario modo ſeruati, non inducūt conſuetudinem, neque præſcriptionem, concluſ. 1, num. 159.

Declara tamen, vt in concl. 148. n. 340.

Et ſi dicatur nullus, quoad quoſdam erit quoq; nullus, quoad omnes, ibi n. 92.

ACTVS ſemper præſumitur factus ab eo, cuius intereſſe concernit, concl. 48. n. 1.

Extende idem procedere, etiam ſi ageretur in materia pœnali, ibi n. 2.

Et ſemper præſumitur potius factus nomine proprio, quàm alieno, concl. 48. n. 6.

Fallit tamen, vt ibi n. 7.

Et factus à procuratore ſemper ille præſumitur geſtus nomine proprio, quādo præcedebat ſolū mandatum generale ad negotia, ſecus verò, quando præcederet mandatum particulare ad alterius particularis actus expeditionem, quia tunc non nomine proprio, ſed procuratorio

ſe

ſe ingerere diceretur, concl.48. n.8.

Extende eò magis procedere, quando ageretur de excludendo aliquo delicto, ſiue de excludendis delictis. ibi n.9.

Sed regulariter actus præſumitur ſemper factus à Procuratore in executionem præcedentis mãdati. ibi n.9.

Et ſemper præſumitur potius geſtus ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria, & neceſſariò, tunc quis aliquid facere dicitur, quando ad illud faciendum cogi poterat, concl.48.n.11.

Et ad dignoſcendum an actus, ſit neceſſarius, ſiue voluntarius, origo eſt inſpicienda, ibi n.13.

Item ſemper præſumitur factus de mãdato illius, qui expenſas ſubminiſtrauit, concl. 48. n.14.

Et præſumitur factus potius ex cauſa minus præiudiciali, quàm ex magis præiudiciali, concl.48 num. 15.

Semper præſumitur factus potius ex capite veriſimiliter non expreſſo, quàm expreſſo, concluſ. 48. n.16.

Semper præſumitur ex illa cauſa prouenire, ſine qua non, & ſic ad eam ſemper referri debet, concl.48. n.17.

Semper præſumitur factus, ex titulo, & cauſa præambula, & ab eo, interpretationem recipit, concl.48 n.18.

Actus facti iure familiaritatis nullum præiudicium inferunt poſſeſſioni alterius, concluſ. 152. ſub num. 46.

Actus ſequens declarat qualis fuerit præcedens intentio, & quo iure aliquid fuerit actum, concluſ.48. num.18.

Extende eò magis procedere, quando vnus actus eſſet incontinenti poſt alium factus, ibi num. 19.

Et tunc, quando vnus actus fit vigore præcedentis contractus, ille in multis dicitur neceſſarius, ibi num. 19.

Actus correſpectiui, qui dicantur, & de illorum natura. vide concl. 48. n.19. & in concluſ. 119. num. 59.

Quando ſine fraude fieri poteſt, nunquam in fraudem factus cenſetur, concl.48.n.20.

Et talis ſemper præſumitur, qualis à partibus denominatur; licèt ſecus, quando ſubſtantia, & effectus aliud ſuaderet, quia magis eſt attendẽda ſubſtantia, quàm denominatio, & in dubio actus eſt ſemper interpretandus ſecundum ſubiectam materiam, etiam ſi verba eſſent improprianda, concl.48. n.21. & ſeqq.

Semper præſumitur factus iuxta qualitatem, quã ille gerit, concl.48. n.25.

Actus lege permittente factus, nullam pœnam meretur. concl.118. n.33.

Debet iudicari à ſua cauſa, & non ab euentu, concluſ.48. n.25.

Actus habens duplicem ſenſum, ſemper ad neceſſarium refertur, concl.42. ſub n.363.

Actus conſecutiui in cõſideratione non ſunt habendi, concl.48. n.30.

Et à principio ſunt voluntatis, ſed ex poſt facto neceſſitatis, concl.89. n.360.

Actus non operatur vltra intentionem agentis, concl.48. num.26.

Et reſtrictus ad vnam cauſam, vltra illam operari non debet. concl.48. n.26.

Fallit tamen, vt ibi num.27.

Actus factus ad vnum finem non debet diuerſum operari, concl.130. n.25.

Actus vnius alteri non præiudicat, ſi illius ſcientia non concurrat, & ideò ſententia non afficit eos, inter quos lis non pendebat, concluſ. 48. num. 28.

Extende idem procedere quoque in actis geſtis, & teſtibus examinatis in partibus, qui non afficiunt, quando ille de cuius intereſſe agebatur, non fuit citatus, ibi n.29.

Nunquam attribuitur exequenti, ſed conſentiẽti, & ordinanti, & ideò, ſi quis in captura reſiſtat, tunc ille dicitur, non exequenti, ſed Domino Ordinanti reſiſtere, concl.48. n.31.

Et indiuiduus recipit nomen à parte digniori, quàmuis ea eſſet numero, & quantitate minor. concl.133. ſub.n.148.

Quando fit in præiudicium tertij poteſt declarari ante, vel poſt, dummodo tamen ante conſuptionem, & non ex interuallo, & eò magis, quando præſumptio eſſet contra declarantem, concl.48. n.33.

Et licèt ſit validus, tamen dicitur nullus, quando ſuum effectum habere non poteſt, concluſ.48. num. 34.

Actus ſoluendi non debet diuerſimodè iudicari, nempè vno modo, quoad creditorem, & alio modo, quoad debitorem, concl.48.n.35.

Vnus, & idem poteſt valere, vt contractus, & vt vltima voluntas, & ideò contractus factus pro executione vltimę voluntatis, tunc dicitur vltima voluntas, ſed dum in eſſe deducitur, cenſetur contractus, qui in vltima voluntate fieri poteſt, concl.48. n.36.

Et illius ambiguitas declaratur ex ijs, quæ fuerunt dicta in contractu, concl.48.n.37.

Item illius reſolutio eſt eiuſdem naturę, cuius eſt conſtructio, quia quęlibet res diſſoluitur eodẽ modo quo ligatur, concl.48. n.38.

Actus, vbi ſint inuicem incompatibiles, ſe deſtruũt etiam ſi non ſint in totum incompatibiles, & propterea videmus, quòd quatenus non ſe compatiantur per ſecundum, intelligitur à primo receſſum, concl.48. n.39.

Non poteſt pro parte valere, & pro alia parte non, nec minus poteſt pro parte approbari, & pro altera improbari, concl.48. n.40.

Poteſt quocumque tempore fieri, quando lex indeterminatè loquitur de tempore, concl.48 num. 41.

Et conditionalis ſemper ſtat in ſuſpenſo, donec doceatur de adimplemento eorum, quę in conuentione deducta fuere, quia conditio nihil ponit in eſſe, concl.48. n. 46.

Et licèt actus eò interim dicatur purus, quamuis ſit ſub reſolutiua conditione poſitus, tamen ſecus eſſet, quando eſſet ſub conditione ſuſpenſiua ibi n. 47.

Factus

Factus à minore extra locum ſui ſtatuti, non indiget ſolemnitate illius ſtatuti, licèt ſtatutum, veluti illud Vrbis loquendo de ſolemnitatibus minorum; primò reſpiciat formam, & ſolemnitates, & ſecundariò reſpiciat quoque perſonam, concl.48.n.48.& ſeqq.

Et vnicus ſufficit pro iuſtificatione conſuetudinis, concl. 48. n. 52.

Contrarium, vt ibi n.53.

Extende hanc ſecundam opinionem, quòd neq; duo actus ſufficiunt pro inducenda conſuetudine, niſi tamen eſſent ita manifeſti, vt veriſimiliter, ad notitiam Populi, vel maioris partis, deuenerint ibi n°53.

Sed tenendo primam opinionem, extende eam in tantum procedere, vt ex vnico actu quis cõſtituatur in quaſi poſſeſſione ibi n.54.

Extende ſecundò, quòd vnicus actus in corporalibus ſufficiat pro acquirenda poſſeſſione, & eò magis, quando agatur non de iure acquirendo, ſed de eo conſeruando ibi n.55.

Extende tertiò, quòd quaſi poſſeſſio, ex actu vnius inducit quaſi poſſeſſionem, quoad alios ſub eadem ſpecie ibi n.56.

Extende quartò, quòd actus vnius ſolutionis ſufficit, ad acquirendam quaſi poſſeſſionem Iuris exigendi, ibi n.57.

Extendè quintò, quòd vnus actus poſſeſſionis ſufficit, quoad acquirendam poſſeſſionem, quoad omnia, ibi n.58.

Extende ſextò, quòd actus vnius, ex ſocijs preſeruat ius, & poſſeſſionem alterius, ibi n.59.

Extende ſeptimò, quòd ex vnico actu, quis dicatur latro, calumniator, & homicida; licèt ſecus ſit in illis, quæ denominantur ab effectu reſultante, ex actu ipſo, vt eſt meretrix, quæ dicitur à merendo ſtipendia libidinis, & ſimiles, ibi num. 60.

Et geminatio actus tollit præſumptionem volũtatis coactę, concl.48.n.61.

Secus autem, quando ea geminatio eſſet facta cum proteſtatione, ibidem.

Actus multiplicatio contraria facto præſumptionem facultatis excludit, concl.48. n.62.

Actuum multiplicatio, & litis cõtinuatio per multos annos, per Procuratorem factorum præſumere facit ratificationem principalis, concluſ.48. n.63.

Actus Iudiciales, ſi aliqui fiant pręſentibus Procuratoribus, ſi poſtea verba continuata aliorum actuum ſequantur, tunc cęteri actus quoq; pręſumuntur facti in præſentia dictorum Procuratorum, concl.48. n.64.

Et non contradicendo dicuntur acconſentire illi, qui ad illum actum faciendum fuerunt conuocati, concl.48. n.65.

Actus non poteſt dici nemine contradicẽte factus quando de aliqua proteſtatione appareret, ab aliquo facta, concl.48. n.66.

Et quando actus ſpectat ad vnam perſonam, & ad alios plures nomine collectiuo, tunc illud collectiuum, vnam dimidiam, conſtituit, & alia perſona alteram, concl.48.n.67.

Actus vnus ſi fiat à pluribus perſonis reſpectu diuerſorum finium, tunc à qualibet perſona, actus ille fieri dicitur, reſpectu illius finis per eum intellecti, concl.48.n.68.

Actus confitendi peccata, & communicandi eſt conſiderabilis ad faciendum credere mentis ſanitatem; niſi tamen id eueniret, ex confeſſoris inaduertentia, concl. 48. n.69.

Actus quales ſint, qui faciunt credere, quem eſſe ſanę, vel inſanę mentis, vide concl.48. n. 69. cum ſeqq.

Actus explicatus non ſponte, ſed ratione officij præmium aliquod non meretur, concluſ. 48. num. 74.

Actus reſtrictus ad vnum modum tantum non extendit vlterius effectum ſuum, quia limitata cauſa producit limitatum effectum, concl.48.n.75.

Actus verus in materia correctoriã, nòn compręhendit fictum concl.48.n.76.

Actus clandeſtini nullum poſſunt afferre præiudicium, & quando dicantur tales, concl.48.n.77.

Et illi actus priuatorum, vbi ſunt nulli ex defectu conſenſus poſſunt conualidari eo ſuperueniente; ſecus autem in his, in quibus deberet interuenire authoritas Principis, quia tunc conſenſus priuatorum non ſufficeret, concl.48.n.78.

Et illi Iudicis, ad hoc, vt valeant, ille prius debet eſſe certus de ſua iuriſdictione, concl.48. n.80.

Et ſolemnis, ſiue ſit Iudicialis, ſiue extra Iudicialis ſemper ſortitur naturam ſecundùm legẽ loci, vbi fit, concl.48.n.79.

Actus annulatio dicitur continere pœnam, niſi fiat ad fauorem Eccleſię, concl.48.n.81.

Et ille inobedientię factus pendente termino nõ eſt nulus ipſo Iure, niſi pars aduerſa comparuerit ad petendum illud, quod prætendebat intra illum terminum datum, concl.48.n.82.

A principio nullus, non poteſt alio modo valere, ob iuris reſiſtentiam, concl.48.n.83.

Sed à principio validus facilius conſeruatur, quã ſi de nouo conualidetur vnus actus ab initio nullus, concl.48.n.84.

Extraiudicialis tranſit in rem iudicatam, & quãuis idem tempus ſit præfixum ad appellandum, tamen datur recurſus per viam querelæ, concluſ.48.num.85.

Sed quando in ſe eſt perfectus, ſed ratione effectus ſtat in pendenti, tunc ſtatutum, ſiue lex noua ad illum non porrigitur, concl.48.n.86.

Actus, ſi ſunt duo ad vnum finem tendentes, tunc ibi dicuntur eſſe duo propter vnum, & ſic pro vno tantum reputatur, concl.48.num.87. & ibi datur exemplum.

Et duo incompatibiles ſi fiant in vno inſtrumento, tunc ea interpretatio eſt fienda, per quam actus admittatur, qui minus ius poſſeſſionis, & Dominij offendat, concl. 48. n.88.

Semper regulari debet ab intentione agentis, & non ab euentu, quia animus, & intentio diſtinguit maleficia, vltra quòd habemus etiam, quòd verba ſemper inſeruiunt menti, & non mens verbis, concl.48.n.89.

Declara, vt ibi n.90.

Actus appellatio ſemper intelligitur de valido, & perfecto, quia illud perfectum non dicitur, quo aliquid remanet perficiendum, concluſ. 48. n. 91. concl. 144. ſub n. 33. & prius concluſ. 66. n. 35. & concl. 135. n. 86.

Declara tamen id eſſe verum, vbi vera eſſentia facti requiritur; at ſecus in ijs, in quibus vera facti eſſentia non requireretur, concl. 48. n. 91. & ſeqq.

Actus proximus, & immediatus aſſociationi delicti eſt puniendus, etiam affectu non ſecuto, concl. 74. n. 4. & 15.

ADEMPTIO generalis legatorum non comprehendit illud alimentorum, ſed ad illud adimendum, ſpecifica expreſſio eſt neceſſaria, concluſ. 89. n. 545. & 547.

ADIECTVS ſolutioni dicitur ille, qui in contractu, vel poſt, dictæ ſolutioni adijcitur, & talis adiectus poſt contractum, cuius nomen in contractu ſolutioni fuit adiectum, dicitur vicem procuratoris gerere, ita vt inter eum, & adijcientem actio mandati oriatur, concl. 49. num. 1.

Et talis ille dici non poteſt, qui contraxit, quia habemus regulam, quòd qui mecum cõtraxit, mecum agat, concl. 49. n. 1.

Adiectus adeò obligatur actione mandati aduerſus adijcientem, quòd tenetur cedere iura adijcienti, ſeu ei, cui ipſi placuerit, concl. 49. n. 2.

Et talis ille quoque dicitur, qui ad ſtipulandum, vel chirographandum adijcitur, ſed ſi aliquis inutiliter ſtipuletur, tunc vicem procuratoris obtinet; ſecùs ſi vtilitèr, & efficacitèr ſtipuletur, quia tunc tres caſus ſunt conſiderandi, vt ibi n. 3. & 4.

Sed talis non diceretur, quando diſpoſitio eſſet æqualiter in perſonam omnium collata, concluſ. 49. n. 5.

Et, vt talis quis verè dicatur, debet fieri per alternatiuam, non autem per copulam, quia alternatiua diſtinguit, copula verò coniungit concl. 49. n. 6.

Et nunquàm datur, niſi ille adſit, qui petere poſſit, quia adijcere eſt vnum alteri addere, & propterea adiectus ſolutioni ille dici non poteſt, qui contraxit, ibi n. 7. & 8.

Et adiectus obligationem non acquirit, ſed poteſt ſolùm recipere ſolutionem, nec innouare, vel acceptum ferre, ſeu aliter debitorem liberare poteſt; licèt ſecus, quando quis ſolutioni eſſet adiectus in rem ſuam, quia tunc agit, concluſ. 49. n. 9. 10. & 11.

Extende ibi n. 13. & 14. & ibi ratio aſſignatur.

Adiectus ſolutioni ſimpliciter non acquirit actionem, concl. 49. n. 14.

Adiecto aliud pro alio ſolui poteſt creditore inuito, concl. 49. n. 15.

Contrarium in concl. 91. n. 16.

Et adiectus dicitur procurator, qui per litis conteſtationem reuocatur, nec propterea de eo eſt facienda mentio in libello ad ſolutionem, concl. 49. n. 9.

Et illi, ſi aliquid ſoluatur volente creditore, non obid ſoluens ipſo iure liberatur, concl. 49. n. 19.

Contrarium tamen ibi n. 17.

Adiecto ſi ſoluatur, debitor ſoluendo liberatur, concl. 49. n. 18.

Extende tribus modis, vt ibi n. 19. & ſeqq.

Fallit duobus modis ibi n. 22. & 23.

Sed facultas ei ſoluendi non eſt ad hæredes tranſitoria, quia illa qualitas electionis perſonæ non migrat de ſubiecto in ſubiectum, cum ſępè bono ſuccedat malus, concl. 49. n. 32.

Et ille æquiparatur mandatario, & ideò, veluti mandatum expirat morte mandatarij, ita expirat facultas ſoluendi adiecto, per mortem ipſius, concl. 49. n. 33.

Non poteſt acceptum ferre chirographum, debitori tradendum, concl. 49. n. 24.

Et non poteſt recipere, niſi à ſponte ſoluente, concl. 49. n. 24.

Item non poteſt fideiuſſorem admittere pro ſolutione, concl. 49. n. 25.

Non poteſt ſuo nomine conſtitui, neque illi pignora obligari, concl. 49. n. 26. & ſeqq.

Declara duobus modis, vt ibi n. 28. & ſeqq.

Sed ſi contra creditorem aliquid excipiatur, vel reconuentio fiat, tunc talis exhibitor chirographi tenetur eum defendere, & ad defendendum illum adiectus talis admittitur, ibi num. 31.

ADIMPLERE quilibet tenetur pro parte ſua, & quando quis adimpleuit, poteſt tunc agere, vt per alterum adimpleatur. concl. 50. num. 1.

Extende eò magis procedere, ſi quis aliter non fuiſſet contracturus, ibidem.

Adimplere ille tenetur, qui cępit vnum negotiũ agere, concl. 56. n. 120.

Declarant ibidem.

Et adimplere ille prius tenetur in contractibus correſpectiuis, qui prius experiri intendit, concl. 50. n. 2. & concl. 78. n. 11.

Extende prædicta procedere, vt ibi nu. 3. & in concl. 78. n. 11. cum ſeqq.

Adimplementum qui allegat, illud prius probare tenetur, immò illa probatio debet fieri per liquidiſſimas probationes, nec admittitur iuramentum in ſupplementum ibi n. 4. & 5.

Immò alteri parti, cui eſt implendum, ſola negatio ſufficit, ibi n. 5.

Extende ſub n. 6. & ibi ratio aſſignatur.

Et illius exceptio competit etiam illi, cuius nil intereſt contractum principalem obſeruari, quod tamen intellige verum in ſtipulationibus merè conuentionalibus, veluti de dando fideiuſſorem, aut de faciendo ratificare; at ſecus in ſtipulationibus Prętorianis, ideſt, quę Iudicis præcepto concipiuntur. concl. 50. num. 16. & ſeqq.

Declara vt ibi nu. 17.

Et in contractibus nominatis illud allegari debet, quia non poſſunt illi reſcindi, agendo tamen, licèt ſecus excipiendo concl. 50. num. 8. cum ſeqq.

Et quando vni ſit faciendum, & à quo illud ſit, pro-

probandum diſtingue, vt ibi n.14. & ſeqq.

Fieri debet, etiam ſi opponentis nihil interſit, & ratio eſt, quia exceptio non adimplementi nedum in intereſſe, verùm etiam in violatione fidei conſiſtit, concl.50.n.16. & ſeqq.

Et adimpleuiſſe ille dicitur, qui facit quidquid pro eo adimplendo potuit, cum non ſit conueniens, quòd quis culpa aliena in damnum, aut in pœnam incidat, concl.50. n.18.& 31.

Limita, vt ibi n.19.

Sublimita, vt ibi n.20. & 21. vbi ratio aſſignatur.

Item illud ſummopere feciſſe quis dicitur, quando aliquid ob mortem alicuius non impletur, ſiue quando alter facere recuſaret, vel quando illud non eſſet in poteſtate adimplere debentis, quia dependeret à futuro euentu incerto reſpectu temporis, vel conceſſionis, aut denegationis alicuius gratiæ, concluſ.50.nu.25. & ſeqq.

Et tunc illud tempus inter partes conuentum non incipit currere ante adimplementum, ibi num.26.

Adimplementi cauſa immediata dicitur, vt quando ille, qui facere tenebatur, accinxit ſe deueniendo ad actus proximos, & ſic ſi vnus debebat nauigare debet probare ſe acceſſiſſe ad littus maris, & quòd ob maris tempeſtatem non potuerit in loco deſtinato venire, cōcl.50.n.28

Adimplementum facere dicitur ille, licèt factum præciſè non præſtet, dummodo per æquipollens adimpleat, concl.50.n.37.

Quod procedit, etiam ſi aliquid requiratur pro forma, quia tunc ea ſtante impoſſibilitate per æquipollens adimpleri poteſt, ibi n.38.

Extende tribus modis, vt ibi n.40. cum ſeqq.

Et licèt debeat oſtendi antequam res deducatur in iudicium, tamen ſi illud fiat incohato iudicio, & antequam à parte opponatur ſufficit, concl.50.n.44.

Sed non poteſt peti, niſi per eum cui erat implendum, ſiue per alium ab eo, ad id ſpecialiter deputatum, concl.50.n.44.

Extende ibi n.45.

Et adimpletum ſufficit fuiſſe in vno ex pluribus modis datis ad aliquid agendum, concl.50. num.46.

Sed illud non debet oſtendi in iudicio, in quo petitorium erat ſuſpenſum, quia licèt materia iſta, quando tractatur de implemento probando, petitorium reſpiciat, tamen in eo illud non probatur, quando petitorium fuerit ſuſpenſum concl.50.n.47.

Et illud ſufficit, quòd ſemel fuerit impletum, etiam ſi illud poſtea non duret, concluſ.50. num.48.

Declara, vt ibi n.49. & ratio aſſignatur.

Adimplementi interpellatio, ſi ſit probata per vnum teſtem, tunc illud ſemiplenè probatum dicitur adeò, vt onus probandi; contrarium in aduerſarium tranſeat, concl.50.n.51.

Adimplementum aliquod ſi eſt faciendum alicui, ad illius voluntatem, ſi ille prius ſuam voluntatē non declaret, ſiue debitorē non interpellet; tunc adimplere debens in culpa eſſe non dicitur, concl.50.n.52.

Adimplere tenetur ille, qui ex contractu aliquid facere promiſit; licèt ſtatus fuerit mutatus, ſi tamen aliqua culpa non poſſet imputari illi, ad cuius fauorem erat implendum, vel niſi concurrerent ea requiſita ibi ſub n.19. & 53.

Et quis adimplere tenetur etiam in minimo in contractu reciproco, concl.50.num.54. & 55. & ibi datur exemplum.

Adimplementum non admittitur pro parte in conditione perpetua, & ſic tractum ſucceſſiuū habente, concl.50.n.54.

Immò, niſi fiat in totum, fructus non debentur, concl.50.n.56.

At ſecus ſecuto adimplemento, quia tunc illi poſtea deberentur, ibidem.

Et illud fieri debet, etiam in minimo, quod tamen limita procedere tribus modis, vt ibi n.57. & 59. & ibi quoque aſſignatur ratio.

Et ſi illius defectus ſit quoad vnum, non impedit, quin pars aliud adimplere teneatur, concluſ.50.n.58.

Adimplere prius ille tenetur, qui prius ex conuentione adimplere erat obligatus, concl.50 num, 61.

Immò antequam ille adimpleat tempus, pro adimplemento partis aduerſæ non currit ibid.

Adimpleri debet conditio per debentem eam adimplere, alias differens illam adimplere dicitur in culpa, quæ illi, & non alteri adſcribenda venit, ibi n.63.

Et qui adimplet cenſetur ſtare concordiæ, & nullitatibus, ſi quæ adeſſent, renunciaſſe, concluſ.50. num.67.

Immò tunc ille amplius de eis oppere non poſſet, ibi n.68.

Fallit tamen, vt ibi n.69.

Sed illius tacita remiſſio, licèt operetur, vt de eo amplius opponi non poſſit, tamen id procedit reſpectu inobſeruantiæ, iam ſecutæ, at ſecus in ea, quæ nondum aduenit, concl.50. num 68, & ſeqq.

Adimplens relicta in teſtamento præſumitur ſcire teſtamentum, & fideicommiſſum in eo contentum, & in tantum illud approbare cenſetur, vt amplius reprobari non poſſit, concl.50. num.71.

ADITIO hæreditatis dicitur animi motus, cum determinatione acceptationis Iuris, & facti adminiculo, & potentia concurrente, concl.51.n.1.

Et aditio vocatur in herede extraneo, quia adire, dicitur ad aliud ire, & ideò per aditionem acquiritur Dominium verum rerum hæreditariarum, quod prius hęres extraneus non habebat, in hærede autem ſuo veluti in filio aditio appellatur immixtio, quia cum per prius hæres ſuus ſolum Dominium interpretatiuum, & intellectuale haberet, illud poſtea ſe immiſcendo hæreditati fit verum, & reale, & ratio quare filius non dicatur verè illud paternum ius habere cum effectu, ea eſt, quia ille habet,

ius

ius abſtinendi, quod ei à Prætore conceditur, concl.51.n.2.

Non eſt neceſſaria in filio, qui ſui Iuris ſit, licèt ſecus ſit, quoad creditores, qui tenētur aditionem filij probare, ob illud beneficium, quod ſe abſtinendi habet, concl.51.n.3.

Adire non dicitur filius, quando ſe imiſcuit hęreditati paternę, cum ea proteſtatione recuperandi ſua credita in tantum, quòd iſto caſu ſtādum eſt illius declarationi, ſi habuerit animum adeundi nec ne, concl.51.n.4.

Aditio hæreditatis ſolo animo fieri poteſt, etiam, quod nihil hæreditarium tangatur, nec non in abſentia partis, immò iſte animus etiam inter perſonas, licèt extraneas declarari poteſt concl. 51. n. 5.

Et ſatis declaratus dicitur ex conſtitutione Procuratoris ad adeundum, ibidem.

Declara vt ibi n.6. & ibi ratio aſſignatur.

Aditionis, vel non aditionis hæreditatis declaratio fieri debet ante, & non poſt actum, qui eum importare poteſt, concl.48.n.33.

Et eſt quid facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, neque hæreditas adita dicitur, nec de ea doceri poteſt, niſi producatur in actis, concl.51. n. 6.

Extende ibi n.7.

Et ad eam probandam, veluti præſumptiones, & coniecturæ ſufficiunt, ita dictum vnius teſtis, cum illius probatione ſuffeiet; ſed ſi aliquando contingeret factum eſſe dubium, an ſcilicèt illud importaret, vel non importaret aditionem, quid erit agendum, vide, ibi n.8. & 9.

Extende, quòd illud ius declarandi, etiam ad hęredem hæredis extendatur, ibi n.10.

Sed actus dubius, & æquiuocus debet declarari antè, ſed non poſt aditam hæreditatem, ſiue poſt actum ipſum, ſed ante tamen illius conſumationem, at ſecus ſi ex interuallo fieret, ibi num. 11.

Aditionem, vel immixtionem, quando eſt probandum fuiſſe ab aliquo factam, id probari, & liquidari debet à citato, concl.78. n.74.

Aditio hæreditatis dicitur facta per filium, quando poſt mortem Patris domum Paternam inhabitaret, concl.51. n.12.

Fallit tribus modis, vt ibi n.13. & ſeqq.

Aditio, vel immixtio hæreditatis ex quibus actibus facta præſumatur. vide concl.78. n.74

Item præſumitur facta ab eo, qui redditus hæreditarios perceperit, ſiue credita hæreditaria exegerit; Item ex eleemoſinis non neceſſarijs datis ex rebus defuncti, cum nemo de re aliena largiri poſſit; at ſecus eſſet dicendum de celebratione exequiarum, quæ cum fieri poſſit extra nomen hæredis, ſed ſolum pietatis gratia; idcircò aditionem neceſſariò non inferunt, ibi num. 16.

Non inducitur ex ſola poſſeſſione, ſed animus hæredem facit, concl.51.n.16.

Præſumitur in Patre nomine filij ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum, concl.51. n.17.

Extende eò magis procedere, quando Pater nō poſſet in dictis bonis vſumfructum habere, veluti quia eſſet illi prohibitum illum percipere, ibi num. 18.

Extende ſecundò, quod Pater hæreditatem Matris adire cenſeatur filio, iam delatam, quando dotem ad filium ſpectantem retinuit, & præſertìm, ſi retentio fuiſſet per plures annos, ibi num. 19.

Item inducitur ex poſſeſſione rei hæreditariæ, vltra partem, ſibi competentem, ibi n. 20.

Item inducitur ex poſſeſſione, quam alio titulo cępiſſe eſſet inconueniens. ibi n.21.

Et præſumitur inducta à filio, qui vltra legitimam aliquid retinet de pluri, ibi n.22.

Et hæc poſſeſſio probatur ex diuiſione hęreditatis, dummodo tamen fuerit facta, iuxta formā teſtamenti, at ſecus ſi cóntra, vel pręter eam, ibi n. 23.

Et illa aditio hęreditatis maternæ præſumitur facta à Patre, quando dotem filijs non reſtituit, & præſertim ſtante curſu plurium annorum, quibus dictam dotem retinebat, ibi n.24

Præſumitur ex locatione rerum hęreditariarum, & fructuum perceptione, licèt ſecus ſi locatio, alio titulo fieri potuiſſet, ibi n.25. & ſeqq.

Et ea fit, quando quis facit, ſiue vocat ſe Dominum rei hæreditariæ, ibi n.27.

Adiuiſſe hæreditatem cenſetur hæres, quando teſtamentum per illius vſum approbauit, concluſ. 17. n.37.

Aditio pręſumitur ex contractu inito ſuper re hęreditaria, etiam ſi in minimo contractus exiſtat concl.51. n. 28.

Contrarium tamen, ibi n.29.

Extende hanc ſecundam opinionem procedere, etiam in exactione fructuum, quando ea eſſet de modico, ibi n.30.

Item inducitur ex poſſeſſione rei hæreditariæ etiam ſi poſſeſſio eſſet capta de re modica hæreditatis, concl.51. n.31. & ſeqq.

Fallit duobus modis vt ibi n.34. & 35.

Præſumitur ex ſolutione debitorum defuncti, concl.51. n.36.

Extende, vt ibi n.37.

Contrarium, vt ibi n.38.

Limita duobus modis, vt ibi n.38. & 39.

Item facta dicitur ex ceſſione iurum hæreditariorum ibi n. 40.

Extende ibi n.41. & 42. & ibi ratio aſſignatur.

Contrarium tamen, ibi n. 42.

Inducitur ex venditione rerum hęreditariorum, ſiue ex aliqua alia diſpoſitione, concl.51 num. 43.

Declara, vt ibi num. 43. & 44. & ibi ratio aſſignatur.

Contrarium vt ibi nu. 55. & pręſertìm, quando hęreditas eſſet damnoſa.

Extende hanc ſecundam opinionem, vt ibi n.46. & ſeqq.

Inducitur per reſpōſionem poſitionibus factam per verbum (credo eſſe hęredem) veluti è conuerſo dicitur, etiam de eo, qui dixit Nolo eſſe hęres, concl.51. n.48.

Et

Et ſi eſt dubia, quando poſſit declarari per filium ſiue hæredem; vide ibi ſub n.9.

Item inducitur per conſtitutionem Procuratoris ad adeundam hæreditatem, concl.51.n.49.

Extende idem parimodo procedere in reuocatione illius Procuratoris à defuncto facti, per quàm hæreditas adiri præſumitur, ibi n.50.

Sed illa non poteſt per Procuratorem explicari, cum hæres debeat eſſe certus, ex quo iure illi deferatur hæreditas, ſcilicèt an ſibi tamquàm agnato, vel Cognato, ſeù potius ex teſtamento, vel ab inteſtato, ibi n.51.

Extende, quòd neque etiam per Procuratorem ſpeciale mandatum habentem, ibi n.52.

Subextende, quòd neq; per Procuratorem explicari poſſit, ſed per ipſummet hæredem, ibi n.52.

Contrarium, & ſic quòd ſola tutrix poſſit hæreditatem adire pro pupillo, ibi n.53.

Concorda, vt prima opinio procedat, quando per hæredem poſſet iſte actus aditionis explicari. Secunda verò, quando ſecus; veluti, quia eſſet inhabilis ad hunc actum explicandi, ſiue eſſet abſens, ibi n.53.

Item fit ex ſola actione mota ſuper hæreditate, ibi n.54.

Fallit duobus modis ibi n.55. & 56.

Contrarium, ibi n.57.

Illa inducitur etiam ex verbis enunciatiuis, quod tamen declara verum, quando verba enunciatiua eſſent prolata ab eo, cui eſt delata hæreditas; at ſecus ſi à tertio, etiam, quòd eſſet legitimus adminiſtrator; Item illud non procederet, quando ille, qui enunciatur hæres poterat ſuccedere ab inteſtato, ibi num. 59. & ſeqq.

Item inducitur ex ſolutione legatorum, ibi num. 62.

Et per eum fit, qui alium hæredem in illa hæreditate ſibi delata inſtituit. ibi n.61.

Illa hæreditatis lucroſæ, veluti facile præſumitur ita, è conuerſò repudiatio illius damnoſæ facilè cenſetur, ibi n.63.

Et tàm ex actibus iudicialibus, quàm extraiudicialibus probatur, ibi n.64.

Item probatur non ſolùm ex actibus, qui eam neceſſariò inducunt, ſed etiam ex illis, qui veriſimiliter, & præſumptiuè eam inducunt, ibi num. 65.

Et quandocumque, & indubitantèr inducitur ex illis actibus, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt, ibi n.66.

Fallit tamen, vt ibi n.67.

Vndè ea inducitur ex illis actibus, qui citra nomen hæredis fieri non poſſunt, veluti ſi quis locaret prædia hæreditaria, vel ea daret in ſolutum creditoribus hæreditarijs, & ſimilia faceret; ſecus verò, vbi actus eſſent indifferentes, ideſt illi, qui poſſunt eſſe hæreditarij, vel non, vt quando, quis inhabitaret domum communem, quam ille prius inhabitare ſolebat, ſepelire defunctum, vel alios actus ſimiles faceret, ibi num. 68.

Sed ea neceſſariò non infertur, quando ex alio titulo, quis eum actum facere poſſet, concl.51 num. 66.

Aditio fieri poteſt expreſsè, aut ex coniecturis, & præſumptionibus, ibi nu.70.

Non inducitur tamen ex eo, quòd frater poſſideret rem per prius communem, cum alio fratre, niſi tamen dicta hæreditate fratris, vtatur, vti Dominus totius, ibi n.71.

Item non cenſetur inducta per filios, qui poſſiderent domum paternam pro dotibus maternis, cuius enim retentio tali caſu eſt illis licita, abſque quod aditio per eoſdem inducta dicatur, ibi n.72.

Veluti etiam non cenſetur inducta, ſi quis ſolueret ſuum debitum primipilare, ideſt militaris annonæ, ad quod enim ille tenetur, etiam ſi nō ſit hæres, & ſic igitur, cum tali caſu iſte actus dicatur citra nomē hæredis factus; idcircò illi, quoad aditionem non nocet, ibi nu. 73.

Et non inducitur ex oblatione per filios facta ſoluendi creditoribus de bonis hæreditarijs, ibi num.74.

Contrarium, ibi n.75.

Prima opinio magis placet authori, ibi ſub n.76 vbi rationes aſſignantur.

Non inducitur ex poſſeſſione, quæ ad alium titulum referri poteſt, ibi n.77.

Item non inducitur, ex poſſeſſione bonorum, ex quibus vſuſfructus poſſidenti competat, ibi num.78.

Et illa ex longo temporis curſu non præſumitur, ſed benè illius ſubſtantia præſuppoſita, illam ſolemniter factam fuiſſe eſt credendum, concluſ. 120. n.146.

Sed aditio non præſumitur de ea hæreditate, in qua nil reperiatur, & ſic pœnitus damnoſa, & ſolùm debitis implicita reperitur, concl.51. num.79.

Item excluditur, ex eo quòd, quis in Iudicio nomine aliorum, vti hæredum eiuſdem hæreditatis ſimpliciter compareret, abſquè aliqua præſeruatione, ibi n.80.

Aditio, veluti inducitur ex actibus, qui non potuerunt fieri citra nomen, & ius hæredis, ita ea excluditur ex illis, qui alio iure quàm hæreditatio fieri potuerunt, concl.51. num. 82.

Sed non inducitur ex actibus dubijs, & æquiuocis; ſed immò potius de animo adeuntis debet liquidò conſtare, ibi n.81.

Non inducitur ab eo, qui non habuit animum adeundi, quia actus non operatur vltra intentionem agentis, ibi n.83.

Item non inducitur ex actu de ſui natura hæreditatis aditionem inductiuo, quoties proteſtatio præcederet, quòd ſcilicet ille adire non intendebat, concluſ.51. nu. 84.

Sed quando contrarium in hoc contingere poſſit, vide ibi nu. 85.

Non inducitur, quando quis per errorem adiuit ibi num.86.

Declara procedere, ſiue error in quota conſiſtat, ſiue in corporibus, ibi n.88.

Et quando eſt nulla, tunc opus non eſt, vt in impetratione gratiæ de ea vlla mentio fiat, & ſic illò caſu hæres ad aliquod factum defuncti non tenetur. concl.51.nu.89.& ſeq.

Contrarium ibi nu. 90.

Item quando eſt nulla,& erronea,tunc nō habet locū diſpoſitio l.fin. C.de Iur.deliber. ibi n.85.

Non inducitur per ſolam Inuentarij confectionem, cum actûs inuentarij ſit dubius, quia illud ad recognoſcendū vires hęreditarias fieri permittitur concl.51.n.91.

Declara ibi nu.92.& ibi ratio aſsignatur.

Et ea per quemcumque actum inducta non pręſumitur, concurrente proteſtatione per hęredem facta, de adire non volendo;ſecus autem, quando illa proteſtatio fuiſſet reuocata, quia tunc ea amplius aditionem non impediret. concl.51.n.93.

Non cenſetur inducta, ex eo quia filius poſſideret bona paterna pro dote matris,ſecùs autē quando filius dotem maternā retinuiſſet, quia tūc ex ea retentione aditio induceretur,& maximè,ſi retentio fuit per plures annos ibi n.94.

Item non inducitur ex ſola aduerſarij confeſſione,quia poteſt eſſe erronea, & per conſequens nulla concl.51.n.95.

Veluti non inducitur per quærelam de expilata hæreditate porrectam ibi n. 95.

Neque inducitur ex venditione bonorum hæreditariorum concl.51.n.96.

Contrarium, vt ibidem.

Concorda,vt ibi n.97.

Et ea fieri non poteſt ab hærede in re certa, & particulari, niſi repudiatio hæredis vniuerſalis præcedat concl.51.n.99.

Quæ quidem repudiatio non inducitur, niſi ex actibus proximis, ex quibus alia coniectura capi non poſſit, ibi n.100.

Et ſi non fiat facto,vel impedimento alterius,tūc hęreditas,etiam ad extraneum tranſmitti poterit,ibi n.101.

Extende id intantum valere,vt propterea impedimentum per calumniam præſtans ad intereſſe teneatur,ibi n. 102.

Aditio hęreditatis ab inteſtato delatę facilius admittitur, cum ea dicatur verior aditio, concl. 51.n.115.

Sed cui illa non competit,neque illi competit repudiatio,concl.51.n.116.& ibi ratio aſſiguatur.

Aditionis hæreditatis Ius non compræhenditur ſub donatione omnium bonorum, Iurium, & actionum,quia illud ius,vti nondum formatum, ſed de nouo formandum, neque cedi,neque donari poteſt,ſed prius aditio ad hoc eſſet probāda,concl.51.n.117.

Et ea ſub cōditione facta non dicitur aditio;quia tamquam actus legitimus, non poteſt ſtare in ſuſpenſo,neque diem, neque conditionem recipere,concl.51. nu. 118.

Extende idem procedere in aditione facta pro parte,& pro parte non,ibi n.119.

Fallit, vt ibi n.120.

Aditionis hęreditatis materia, quādo eſt diuidua, tunc reſtitutio in integrum, quæ datur minoribus non ſuffragatur maioribus; at ſecus, quando ea eſſet indiuidua, quia tunc omnibus ratione concomitantiæ prodeſſet, ibi num.122.

Per teſtes ſingulares probari poteſt, ibi num. 125.

Et illa facit ceſſare vulgarem ſubſtitutionem, concl.51.num.126. & ibi aſſignatur ratio.

Et ex ea non reuiuiſcit hippotheca ſemel extincta, ibi n.127.

Per illam omnia iura confunduntur, & fit vnum patrimonium adeuntis, ibi n.128.

Et ea vim ſolutionis habet, ibi n.128.

Item facit acquirere Dominium hæredi, ibi num.128.

Et per hæredem facta operatur, vt ille cenſeatur, ſe aſtringere ad omnia onera in teſtamento contenta, & ex ſtatutis prouenientia, ibi nu. 130.

Fallit duobus modis, vt ibi n.131. cum ſeqq.

Et aditio hęreditatis exiſtentis in diuerſis territorijs eſt facienda iuxta ſtatutū loci, vbi maior pars bonorum hæreditatis eſt ſita, & ad id nota, quod plures dicuntur hæreditates, quando bona ſunt ſita in diuerſis territorijs, ibi nu.134. & ſeqq.

Et illius tēpus durat ſpatio 30.annorū,ibi n.136

Declara vt ibi num.137.& 138.& ibi ratio aſſignatur.

ADIVDICATIO eſt quædam datio in ſolutum, quæ fit per Iudicem in Iudicio, concl.52. num. 1.

Quod tamen declara verum largo modo loquendo; at ſecus ſi propriè, quia tunc dicitur ad iudicatio, quando fit in Iudicio, quando verò fit extra illud,dicitur datio in ſolutum, ibi nu. 2.

Adiudicatio vim emptionis habet, & per eam transfertur Dominium, concl.155.n.19.

Sed illa dicitur decretum, non autem diffinitiua ſententia, & ideò ea non valet, ſi ſit facta ex falſa cauſa, ibi n.3.

Et rationes differentiæ, quare ſit decretum non autem ſententia ſunt plures, quas ibi habebis, ſub n.4.

Et ad hoc, vt valeat debet fieri pro concurrenti quantitate; aliàs in totum corrueret, ibi n.5.

Contrarium, vt ibi n.6.

Concorda, vt ibidem.

Et facta pro vero debito creditori importat adiudicationem pro iuſta æſtimatione, ibi n.7.

Et adiudicatio tali modo facta dicitur æſtimatio certa, & à lege facta, ibi n.8.

Sed pro concurrenti quantitate crediti facta, ante liquitationem dicitur incerta, nec eo caſu Dominium transfertur, ſecùs autem, quando liquidatio crediti adiudicationem, ſiue in ſolutum dationem præcedat, quia tunc diceretur certa, & ex ea Dominium transferetur, concluſ 52. n. 9. & 10.

Et illa antequam fiat, eſt prius neceſſaria rei æſtimatio, ibi n.11.

Fallit

Fallit tamē in illis caſibus, de quibus, ibi ſub n.12
Et quomodo æſtimatores ſint eligendi, & quid facere debeant in eorum relatione, ibi n.11.
Et ea non fit nulla, etiam ſi non fuerit facta pro concurrenti quantitate, quando de magno exceſſu non conſtaret inter pretium iuſtum, & illud, pro quo fuit facta ſubhaſtatio, ibi n.12.
Declara tamen, vt ibi ſub n.13. & ſeqq.
Sed, vt legitimè fiat debet prius fieri citatio ad reluēdum pignus, pro quo datur tempus duorum dierum, & ad ſoluendum debitum; aliàs ad alegandum cauſam, quare illud vendi non debeat, vel creditori dari in ſolutum, aut adiudicari non poſſit, quod ſi non adimpletur per debitorem, fit decretum, niſi infra menſem, ad deliberandum pignus, ibi n.16. & num. 23.
Fallit tamen, veluti ſi eſſemus in exactione publicarum functionum, quæ cum incontinenti debitorem, abſque vlla interpellatione in mora conſtituant, idcircò in eorum ſubhaſtatione non eſt neceſſaria citatio, ibi n.23.
Adiudicatio, vel ſubhaſtatio, ſiue deliberatio quādo eſt nulla reſpectu nō citati fit quoq; nulla reſpectu alterius citati, & id ratione indiuiduitatis concl.52.n.18.
Fallit ſi ſententia, & mandatum exequi poſſet, ſuper portione citati, abſquè eo, quòd præiudicetur portioni alterius non citati, ſiue etiam quando intereſſe non eſſet connexum, quia tunc defectus citationis, quoad vnum nō noceret, quoad alterum legitimè citatum, ibi n.18.
Et ea nunquam fit creditori, niſi in ſubſidium, & ſic niſi, quando oblator, ſiue licitator extraneus nō reperitur, quia tunc illi fit in ſubſidium pro iuſto prætio, & non in ſolutum, concl.52. n.26. & ſeqq.
Et quando fit creditori quomodo differat à venditione, quæ fit à Iudice plus offerenti, vide ibi n.28.
Quando fit alicuius rei, quæ ſit minoris valoris quàm debitum, tunc non eſt neceſſaria ſubhaſtatio, veluti etiam, quando erat notorium de valore rei, & quòd de illo appareat, immò licèt, tunc ſubhaſtatio eſſet nulla; nihilominus poſſet impetrari commiſſio, in qua ſi fuiſſet probatum quòd tēpore adiudicationis pretium in nihilo excedebat rei valorē, & ſic læſio excluderetur, tunc ea adiudicatio valeret, concl.52.n.30.
Et ea, quæ dicitur nulla ex defectu conſenſus, ex eo, quia fuerit facta per verba tempus præſens non importantia, quomodo conualidari poſſit, vide concl.52.n.31. & ſeqq.
Regulatur eodem modo, quo fit venditio, ac vim illius habet, concl.52.n.31. & 34.
Et ſic in ea illius requiſita interuenire debent, ibidem.
Et non dicitur perfecta, niſi de illius effectuatione ſecuta doceatur, quia non ſufficit Iudicis decretum mandantis bona creditori adiudicari, concl.52.n. 38.
Adiudicatæ rei fructus, appellatione pendente, ad quem ſpectent. vide concl.52. num.34. & concluſ.157. n.18. cum ſeqq.
Adiudicatio requirit ordinem neceſſariò, aliàs illius præpoſteratio actum adiudicationis vitiat, concl.52. n.35.
Sed ad hoc, vt legitimè fiat debitoris citatio potiſſimum eſt neceſſaria, in danda facultate vendendi pignora; ſecus autē poſtea in eorum expoſitione, & venditione. concl.52.n.36.cū ſeq.
Adiudicationis tempus eſt arbitrarium Iudici, excepto caſu diſtractionis bonorum Eccleſiæ, minoris, & fiſci, quia tunc terminus vnius menſis tolli non poteſt; at ſecus in alijs caſibus, niſi tamen aliud de conſuetudine loci ſeruaretur, quia circa ſolemnitates in ſubhaſtationibus, & deliberationibus adhibendas, mos regionis eſt attendendus, concl.52.n.37.& 59.
Et ex curſu triginta annorum præſumitur facta ex modo, quo de Iure fieri debebat, & ſic omnes ſolemnitates interueniſſe cenſentur; nempè æſtimatio, citatio, adiudicatio, & ſimilia, etiam ſi non fuerint enunciata, concl.52. n.38.
Sed ea, contra pupillum indifenſum eſt nulla, & talis dicitur, ſi ei curator non deputetur, vel ſi conſanguinei non fuerint citati, ibi n. 40.
Et quando eſt conſumata, nil aliud à Iudice agendum reſtat, ſed ea non dicitur conſumata ante intimationem decreti adiudicationis, de ordine Iudicis faciendam, nec non illius reproductionem, concl.52.n.39.
Sed quando detegitur nulla eſt facienda ſecūda, veluti dicitur de executione, quæ ſi ſemel non ſit bona, ita, vt creditori conſultum non remaneat, eſt iterum facienda, concl.52.n.41.
Si fuerit per partem obtenta in ſolutum, & dicta pars haberet anteriorem hippothecam ſuper aliquibus bonis, de quibus ille eſſet quoq; hæres, tunc nō diceretur rei adiudicationē eum, vti hæredem habere, ſed tamquam creditorem illam poſſidere diceretur, ibi n.42.
Adiudicatio plurium rerum fieri non debet, ſi vna tantū pro credito ſufficere poſſit, cōcl.52.n.43.
Extende ibi n. 44.
Et ſi fiat adiudicatio alicuis rei per ſententiam, tunc ex ſpatio longi temporis rectè facta præſumitur, & ſic omnia interueniſſe, quę ad perfectam ſubhaſtationem, ſiue adiudicationem concurrere debent, concl.52.n.45.
Non valet, de qua proceſſus non conſtat, nec minus ſi requiſita in ea neceſſaria interueniſſe non appareret, concl. 52. nu. 46. & 47. & ibi ratio aſſignatur.
Fallit tamen primò, quando adiudicatio deducitur, non per viam actionis, ad petendam illius executionem, ſed per viam exceptionis, quia eo caſu ſententię ſine proceſſu probant, ibi n.48
Fallit ſecundò, ſi antiquitas temporis concurrat, quia tunc ſolemnitates pro ſuſtinenda ſententia interueniſſe præſumitur, ſi tamen illæ fuerint ſaltem in genere enunciatæ, ibi n. 49.
Extēde, quòd etiam abſquè enunciatione ſolemnitates interueniſſe præſumeretur, quando tempus triginta annorum fuiſſet lapſum, ibi n.50.
Sed ea præſumitur legitimè facta, quando acta fuiſſent deperdita, quia tunc pro illis eſt præ-

ſumendum, & tunc ea ab illo ablata præſumuntur, cuius intererat ea non reperiri, concluſ.52. n. 52.

Et ad probandam eorum perditionem ſufficit, quòd conſtet de diligentia facta in reperiendo illa in actis cauſæ, ibi n.53.

Adiudicata res quando poſſit per debitorem, aut per ſecundum creditorem reuocari, per oblationem prætij debiti. & perquãtum tempus eis offerre liceat, vide in dicta cõcl.52.n.55.& ſeq.

Et potiſſimum dicitur nulla, ſi contra formam ſtatuti ſit facta, & ſic illius ſolemnitates non fuerint ſeruatæ, de quibus aliundè, quàm ex aſſertione nuntij apparere debet, quia id ad illius officium non ſpectat, concl.52.n.59.

Ab adiudicatione legitimæ, quãdo detur appellatio, vide concl.42. n.712. & cõcl.128.n.57.58. 746. & 803.

ADIVNCTVS, quãdo, ob ſuſpicionem poſſit dari Iudici, Commiſſario, Notario, & ſimilibus, & quomodo ſit probanda ſuſpicio, & an vnus ſine altero priuatiuè poſſit procedere, Item quando Iudex poſſit remoueri in totum, tàm de iure Ciuili, quàm Canonico, vide omnino in concl.53. per totam.

Adiunctus qui votum animi ſui propalauit ſuſpectus redditur, concl.128.n.652.

Et cum dicatur delegatus, ideò ſuſpectus etiam cum ſolo iuramẽto recuſari poterit, concl.128. ſub n.652.

Sed ſi vti ſuſpectus recuſetur non poterit Iudex, abſque alio adiuncto ſententiam proferre, concluſ.128. n.652.

ADIVTORIVM, ſiue ſubſidium, quando quo tempore, & quibus occaſionibus debeatur Principi, ſiue Epiſcopo, & quantum illud eſſe debeat, & importet, & à quibus perſonis, & à quibus, ob eorum exemptiones illud non debeatur, & qua de cauſa, vide in concl. 54. per totam.

ADIVVARE nemo tenetur eum, qui contra ſe litigat, concl.61. n.2. & concl.89.n.481.

ADMINICVLVM illud dicitur, ſine quo res non ſubſiſtit, & licèt non ſit probatio; tamẽ eam probationem, quæ de per ſe non eſt ſufficiens coadiuuat, & proficit, concl.55.n.1.

Adminicula, & præſumptiones, quãdo iungantur ad effectum torquend, ſiue ad reum abſoluendi, vide in concl.55.n.2. cum ſeqq.

Et ea in quibus iuuent in cauſa criminali, & in quibus in ciuili ibi in dicta concl.55. per totam.

Sed regulariter non iuuant, niſi aliquis gradus probationis pręcedat, licèt tamẽ id non ſit verum, quando ea eſſent vehęmentia, & vrgentia, quia tunc operãtur de per ſe, concl.55.n.10

Adminiculum quamuis ſit leue, tamen ſi accedit ad graue, facit illud tantò magis valere, concluſ.55. n.12.

Et quando dicatur magnum, vel paruum ſtatur arbitrio Iudicis, ibi n.11.

Sed illa valdè iuuant, quando ſumus in facto antiquo, & multò magis ſi in arbitratore, qui haberet poteſtatem iudicandi ſecundum veritatem, & æquitatem, ibi num. 16.

Et cum fama probant legitimationem in antiquis, concl. 55. num.17.

Item cum fama Ius Patronatus probant, concl. 55. num.18.

Poſſunt ſupplere defectum ſcripturarum, ad hoc vt illis ſit adhibenda fides ibi n.20.

Adminiculum poteſt deſumi ex vna ſcriptura minus legaliter extracta, pro fide alterius ſcripturę. ibi n.21.

Declara ibi num.23.

Adminicula iuncta cum Inſtrumento locationis quando dominium probent ibi n. 24.

Sufficiunt pro verificatione partitarum, ſed ea ſunt deſumenda aliundè, quàm ex ipſis partitis, quod tamen intellige verum, quando illæ partitæ aliud continerent, quod ad mercaturam; ſiue illius mercatoris exercitiũ pertineret, aliàs ſecus. concl.55.nu.27.& ſeq. & vide concl.112, num.4.

Sed, vt valident confeſſionem minoris, vel mulieris, ſine ſolemnitatibus factam, debent eſſe præponderantia ipſi confeſſioni. cõcl.86,n.193

ADMINISTRATIO, & Iuriſdictio transfuſa in Commendatarium Abbatiæ facit, vt ille Prælatus dicatur. concl.1. ſub n. 14.

Sed illa Abbate moriente deuoluitur ad Cõuentũ; eo verò mortuo ad Priorem. concl.1.n.116.

Sed ea non competit electo in Abbatem, antequàm ſit confirmatus. concl.2.n.4.

Adminiſtratio, & vſusfructus, quando competant Patri in bonis filij. vide concl.86. n.82. cum ſeq. & in verbo Pater.

Adminiſtrationis rationem ad hoc, vt quis reddere teneatur duo copulatiuè requiruntur; nempè, quod negotia geſſerit, & id alterius contemplatione fecerit. concl.56. n.48.

Et illius ratio non poteſt peti, niſi ab eo, qui adminiſtratorem deputauit concl.56.nu.51.

Declara procedere, vt ibi n 54.

ADMINISTRATORVM quot ſpecies reperiantur, & ſic qui dicantur legitimi, aut ſimplices, & nudi, item qui dicantur generales, & qui particulares, & qui publici, & qui priuati; Item qui teneantur conficere librum rationum, & illas reddere, & quando non; Item qui teneantur de lata culpa, leui, & leuiſſima tantùm, cum infinitis alijs ad hanc materiam ſpectantibus, vide in concl.56. per totam, & præſertim à nu. 1. vſq. ad 48.

Adminiſtrator poteſt compelli reddere rationem in eo loco, in quo adminiſtrauit concl.56.n.52.

Licèt alij dicant, quod ſit arbitrarium Iudici, vbi reddi debeat ratio adminiſtrationis ibi n.53.

Sed non tenetur regulariter reddere rationem ante finitum officium ſuæ adminiſtrationis. concl.56. nu.55.

Fallit ſex modis ibi n.56.& ſeqq.

Sed ex cauſa redditionis rationis condemnatus an, & quando appellare poſſit, vide concl.128 num.815. cum ſeqq.

Non poteſt ad certam ſummam conueniri, niſi reddita adminiſtrationis rationę, & ratio eſt,

quia

quia poteſt eſſe, quòd in reddenda ratione ille, ſit creditor, & non debitor, concluſ.56. n.71. & ſeqq.
Extende ibi n.73.
Subextende ibi n.74.
Fallit ibi num.75.
Contrarium, licèt reperiatur ſub n.76.
Sed habens à teſtatore adminiſtrationem, cum libera, tunc poteſt res minoris ſine ſolemnitatibus alienare, concl.56.n.77. & cócl.86. n.73.
Extende ibid. concl.56.n.78.
Declara, vt ibi n.79. & ſeqq.
Item cum libera deputatus poteſt pecunias Domini inueſtire, nec eo caſu, neque etiam, quãdo ex diſpoſitione teſtatoris deberent inueſtiri eſſet opus requirere hæredẽ; licèt tamen ſecus eſſet, ſi rem hæreditariam pro ſatisfaciendo creditoribus, & legatarijs adminiſtrator vendere vellet, quia tunc hæres eſſet requirendus & maximè ſi eſſet præſens, concl.56.n.81.
Adminiſtratores alienarum pecuniarum debent eas regulariter erogare ad vſum deſtinatum.
Vndè ſi quis pecunias Domini exactas in proprios vſus conuertat, ad intereſſe tenetur, concluſ.56.n.82.
Extende, quod ſi tutor id faceret furtum committere diceretur ibi n.83.
Contrarium, quòd ſcilicèt ex conuerſione pecuniæ in proprios vſus furtum non committatur, ibi num. 84.
Concorda, quòd prima opinio procedat, quando vltra conuerſionem pecuniarum, etiam dolus concurrat; Secunda verò ſi fraus, & dolus abſit, ibi n.85.
Adminiſtratores priuati, ſiue Eccleſiæ, & Reipublicæ, quando ad intereſſe teneantur, vide in concl.56.n.86. cum ſeqq.
Et quando illi non ſoluendo immunitate Eccleſiæ non gaudeant, ſi ad illã confugiant ibi n.88
Adminiſtrator negligens eſt deponendus, concluſ.1.n.116.
Adminiſtrator, ſiue illius hæredes, an appellent à ſententia condemnatoria reliquati, vide concluſ.56.n.89.& in Verbo Appellatio in limit.15
Et quilibet, excepto ſocio, poteſt iurari ſuſpectus etiam in actu redditionis rationis, concl.146. num.10. & concl.253.n.13.cum ſeqq.
Et ſuſpectus, quando ab officio ſit remouendus, & ei denegetur appellatio, vide concl.128.ſub num.919.
Non tenetur regulariter, niſi de his, quæ ad illius manus peruenerunt; licèt tamen fallat in caſu, de quo dixi in concl.56. n.91. cum ſeqq.
Adminiſtratori, quando ſit credendum, vide concluſ.155.n.159. & 160.
Et ille cũ ampla, & libera facultate, licèt poſſit, ea omnia facere, quę poterat Dominus, etiã alienando, tamen non poteſt donare, neq; legare, nec fidẽ de pretio habere, concl.56.n.93.& 98.
Contrarium tamen habetur ibi n.94.
Limita pluribus modis, vt ibi n.92. cum ſeqq.
Adminiſtrator legitimus alicuius vniuerſitatis poteſt ſine mandato ſpeciali poſitioni reſpondere, quia talis adminiſtratio vim ſpecialis mandati habet, concl.148. n.38.
Et ille Eccleſię dum vendit non poteſt habere fidem de pretio, ibi n.100.& concl.85.nu.40.& n.43 ratio aſſignatur.
Et id eſt ſpeciale in tali adminiſtratore, & de ſimilibus ibi n.105.
Et quando dicatur haberi fides de pretio, vide ibi num.101.
Extende idem procedere in permutatione, quæ eſt eiuſdẽ naturæ, cuius eſt alienatio ibid.n.102.
Et talis quicquid acquirit potius ex bonis illius, quàm aliundè aquiſiſſe cenſetur, ad euitandam ſuſpicionem furti, concl.29. n.15.
Adminiſtrator Confraternitatis, vel Hoſpitalis appellare non poteſt, ſi per Epiſcopum ad reddenda computa compellatur. concl.128.n.868.
Intellige, vt ibi n.869. cum ſeqq.
Item ille cum libera non poteſt appellationi renunciare, concl.56.n.103.
Extẽde idem eſſe in peremptoria exceptione ibid.
Adminiſtratio, annexio, incorporatio, & ſimilia, quãdo Dominium importent, vide in concl.56. num.104.
Adminiſtrator, ſiue tutor ſi vendat abſque facultate rem illius, cuius bona adminiſtrat, tenetur ad fructus illius, ac ſi res alienata non eſſet, concluſ. 56. n.106.
Extende tribus modis, vt ibi n.108. & ſeqq.
Fallit tamen in caſu vbi tutor, ſiue adminiſtrator Ciuitatis, vel Eccleſiæ mutuò receperint pecuniã nomine Pupilli, Ciuitatis, & Eccleſiæ, ob aliquã vrgentẽ cauſam, quia ſi appareret pecuniã illam ad eius manus perueniſſe, tunc in eandem cauſam conuertiſſe pręſumitur, & maximè ſtante huiuſmodi adminiſtratorum probitate, & prudentia, ibi n.109.
Sed nunquam venit deputandus, niſi prius inuentarium confecerit, & iurauerit vtilia facere, & inutilia prætermittere; licèt adminiſtratio facta per tutorem ante confectũ inuentariũ valeat, & poſſit ante illius confectionem conueniri, quãdo tamen pro perfecto habeatur, ibi n.110.
Et ideò confecto inuentario adminiſtrator Pupilli, vel Reipublicæ tenetur ſolùm de leui culpa, & non de leuiſſima, ibi n.111.
Secus verò, vt ibi n.113.
Sed ſi quis reputetur talis ex publica voce, & fama, nõ ob id illius tutela probatur, c.46. n.110.
Licèt actus ab eo geſti ſuſtineantur, & de hoc, ibidem ratio aſſignatur.
Et culpa carens fideliter, & legaliter adminiſtraſſe cenſetur, concl.56.n.111.
Et in dubio ille pręſumitur illud feciſſe, quod veri adminiſtratores feciſſent, ibi n.112.
Sed tenetur librũ conficere, & in eo data, & accepta adnotare, ex qua cauſa, & nominatim ex qua die, aliàs non dicitur legitimè conſcriptus. concl.56.n.114.
Et qualis ſit modus in hoc adhibendus, vide ibidem n.115. vbi multa notanda inuenies.
Et nedũ debet libros rationum cõficere; ſed etiã quolibet anno rationem adminiſtrationis reddere,

dere, item fructus, & introitus exigere, illoſquè ad tempus congruum iuſto pretio vẽdere, item nomina debitorum exigere, & ſi ob negligentiam debitores non ſoluendo efficiantur, adminiſtrator erit in damno, veluti eodem modo, ſi debitum lapſu temporis probari non poſſet, aut ſi libros inordinatos, vel non authenticos tenuerit, quia in prædictis caſibus erit ſibi imputandum, ſi contra eum iurabitur in litem; & ille ad intereſſe, nec non de leuiſſima culpa tenebitur. concl. 56. n, 115.

Extende, vt ibi n. 115.

Fallit tamen, vt ibi. n. 116.

Debet locare operas ſuas tamquàm factor, & ideò exactam diligentiam adhibere tenetur. concl. 56. n. 115.

Sed regulariter tenetur reddere rationem ſolũ de his, quæ ad illius manus peruenerunt; licèt ſecùs, quando hæc quatuor concurrerent, & primò, quando alius erat geſturus ea, quæ ipſe neglexit. Secundò quando ille alius erat diligens. Tertiò, quando ille omiſit gerere ex eo, quia iſte quædam gerebat. Quartò, quando ſciebat alium eſſe geſturum. concl. 56. nu. 117. & ſeqq.

Fallit, vt ibi n. 119.

Adminiſtratori vni tantùm eſt concedenda adminiſtratio, ſi conſtat de voluntate teſtatoris volentis eam ad vnum tantum, non autem ad plures pertinere; aliàs ſecùs. concl. 56. n. 121.

Contrarium ibi n. 22.

Limita, vt ibi n. 123.

Adminiſtratores illi ſunt preferendi, de quibus electio erat facienda; licèt ſecùs, ſi teſtator pluribus adminiſtrationem commiſerit, quia tunc etiam ſi maior pars reddatur inhabilis; nihilominus adminiſtratio in vno ſolùm remanere non debet ibi n. 124. & ſeqq.

Extende, vt ibi n. 126.

Adminiſtratio tutelæ licèt rectiùs fiat per vnum, quàm per plures, ex ea ratione, quia communia negotia ſolent negligi, & ſeriùs expediri, tamen intereſt plures habere tutores obligatos; licèt ſit benè verum, quòd quando eſſent plures qui adminiſtrarent, poſſet diuiſio adminiſtrationis peti, ac etiam inuitis contutoribus fieri, & tunc non tenerentur, niſi pro rata, veluti ante eam tenebantur in ſolidum, etſi vnus tantum adminiſtraret, ibi n. 127.

Licèt illi, qui non adminiſtrant, non poſſint cõueniri, niſi prius eo excuſſo, qui adminiſtrauit, ibi n. 128.

Sed in actu reddendæ rationis, ſi quis diceret, ſe non adminiſtraſſe, ſed alium; tunc ei onus probandi incumbit, ibi n. 129.

Contrarium ibi n. 131.

Concorda, vt ibidem.

Adminiſtratores in ſubſidium vocati, tunc illi admittuntur adueniente caſu, aut noluntatis, ſiue aliorum impotentiæ, concl. 56. n. 132.

Adminiſtrator an, & quando poſſit ſibi de proprio credito ſatisfacere, vide concl. 89. n. 391. & conl. 164. n. 30.

Et pręſumitur de ſuo credito ſatisfactus, niſi per redditionem computorum contrarium probet, concl. 56. n. 133.

Amplia primo, quòd neque, ob huiuſmodi præſumptionem poſſit ſuum creditum petere, niſi prius reddita adminiſtrationis ratione, ibi num. 134.

Sed quando ſit facienda iſta præſumptio, & quando ea ceſſet, vide ibi n. 135.

Amplia ſecundò multò magis procedere, quando eſſemus in perſona diligenti, & ſollicitè curanti iura ſua exigere, ibi n. 136.

Amplia tertiò, quando eſſemus in adminiſtratore qui intra tempus ſuæ adminiſtrationis, & curę multa acquiſiſſet, & diues factus fuiſſet, & ante ſuſceptionem adminiſtrationis eſſet pauper, ibi n. 137. & vide concl. 29. n. 17.

Contrarium tamen veniret dicendum, quãdo adminiſtrator eſſet vir induſtrioſus, & prius propria bona poſſideret, quia tunc ex proprio, & non ex bonis per eum adminiſtratis diues factus præſumitur, ibi n. 138. & concl. 29. n. 17.

Sed adminiſtrator creditor non poteſt propria auctoritate ſibi de ſuo credito ſatisfacere ex bonis edminiſtratis, præterquamquòd de mobilibus, aut in pecunia; at ſecus de immobilibus, aut in aliqua ſpecie, quia tunc ſolemnitates ſtatuti, & iuris ſunt neceſſariæ, ibi n. 139.

Extende prædicta procedere, etiam in quolibet alio creditore per longum tempus adminiſtrãte, nec non etiam in hærede teſtatoris creditore, ibi n. 140.

Contrarium licèt dicat in hærede ſurd. ibi n. 141.

Et tenendo hanc ſecundam opinionem, extende eam procedere, vt ibi n. 142.

Adminiſtrator rei alienæ, quãdo pręſumatur diues factus ex re adminiſtrata, vide concl. 29. nu. 17. & concl. 41. n. 15.

Concorda prædictas opiniones, vt ibi n. 143.

Adminiſtratorem Eccleſiæ ſolùm Papa conſtituit, quod tamen intellige de Cathedralibus, immò nec Capitulum ſede vacante id facere poteſt, concl. 56. n. 152. & quas facultates habeat, vide in dicta concl. 56. ſub n. 39.

Adminiſtrator ſimplex veluti non poteſt alienare., ita nec in Emphiteuſim res Eccleſiæ concedere, concl. 56. n. 153.

Extende, quòd neque talis Adminiſtratoris confeſſio Eccleſiæ pręiudicet, ibi n. 154.

Adminiſtratio Epiſcopatus ſi alicui concedatur, eidem cenſetur quoquè conceſſa adminiſtratio Eccleſiæ Cathedralis, ſed ſi adminiſtratio in titulum daretur, tunc haberet locum regula de valore, concl. 56. n. 155. & ſeqq.

Illa vero Cappellaniæ poteſt eſſe quoquè laicalis; ſecus verò, quando vnus ex adminiſtratoribus teneretur eſſe Eccleſiaſticus, quia tunc dicta adminiſtratio diceretur Eccleſiaſtica, & propterea illa regulari ſolet à re adminiſtrata, concl. 56. n. 157.

Item Eccleſiaſtica diceretur adminiſtratio, quãdo tempore fundationis vnus ex adminiſtratoribus Cappellæ omninò deberet eſſe perſona

Ec-

Eccleſiaſtica, ſed quando eſt talis, tunc vacat per contractum matrimonij, concluſ. 56. num. 158. cum ſeqq.

Extende, quòd licèt etiam eſſet laycalis, ſi tamen alicui fuerit data in titulum, tunc in coniugatum non cadit, ibi n. 159.

Adminiſtrator ſoluens aliquam pecuniarum ſummam, ſemper præſumitur facta ſolutio de pecunijs principalis debitoris, non autem de proprijs adminiſtrantis, concl. 56. n. 160.

Et id fit in fauorem, & non in odium adminiſtratoris, ne in dubio cenſeatur de proprio donaſſe, dotaſſe, & promiſiſſe, ibi n. 161.

Declara tamen id non ſemper eſſe verum, quia aliquando de proprio expendiſſe præſumitur, vt ibi num. 162.

Extende primo idem eſſe in adminiſtratore in iudicio comparente, qui ſemper præſumitur, vti adminiſtrator, & non proprio nomine comparere, ibi n. 163.

Subextende procedere, etiam ſi non diceret, ſe nomine adminiſtratorio comparere, quia id iuris præſumptione venit intelligendum, ibi num. 164.

Extende ſecundò quoque procedere, quando eſſemus in negotiorum adminiſtratore, qui præſtiterit alimenta ei, cuius negotia geſſit, quia licèt ſit ſanguine coniunctus; nihilominus in dubio illi cenſetur non de ſuo, ſed de bonis eius, cuius negotia gerit ea alimenta præſtaſſe, ibi n. 165.

Sed ſi vis cognoſcere, quando quis tutorio nomine, ſiue potius proprio agat, obſerua modum, & formam adminiſtrationis bonorum, ex quibus id facillimè inuenire poteris, vt ibi num. 166.

Sed in omnem euentum, ſi quis agat cum adminiſtratore, tunc agens debent agere tàm proprio nomine, quàm etiam adminiſtratorio, alias ſtultus eſſet, qui contrarium faceret, ibi num. 161.

Declara tamen ea, quæ fuerunt dicta de tutore, vel adminiſtratore, non procedere in hærede grouato, qui regulariter de proprio expendiſſe præſumitur, ibi n. 168.

Subdeclara tamen illud eſſe verum, quando ille inuentarium confecerit, ſi tamen illud, per teſtatorem non fuerit remiſſum, & ratio quare in adminiſtratore præſumatur impenſum de fructibus Domini, in hærede autem de proprio, ea eſt, quia adminiſtrator non eſt Dominus fructuum, vt eſt hæres grauatus ſub conditione, ibi n. 168.

Adminiſtratio bonorum, quando tutori eſt data, tunc pupillo competit remedium reintegrandæ, quod procedit, etiam ſi in illius datione authoritas Iudicis interueniſſet; quia Iudicis authoritas non eſt neceſſaria ad transferendam poſſeſſionem, concl. 56. n. 19.

Fallit tamen, quando non conſtaret de decreta adminiſtratione, quia tunc remedium illud ei competeret, ibi n. 170.

Adminiſtrator præſtans alimenta ei, cuius bona adminiſtrat, non cenſetur ea donare; licèt ſit ſanguine coniunctus, concl. 89. n. 242; & vide latius in verbo Alimenta.

Sed ſi retineat bona adminiſtrata non poterit conueniri ſpolio, nec minus illius heres, niſi prius ratione reddita, & ſolidatis computis, ad hoc, vt appareat, quis ſit debitor, vel creditor, concl. 56. n. 171.

Declara id procedere, quando ageretur via executiua, & de pecunia; at ſecus ſi ageretur via Ordinaria, & de bonis per adminiſtratorē inuentariatis, & de alijs, quę non recipiant functionem in genere ſuo, ibi n. 171.

Fallit etiam in caſu, de quo dixi in concluſ. 78. num. 51.

Extende concluſionem eò magis procedere, quando eſſemus in cohærede, contra quem remedium ſpolij non competit, ſed illud familiæ erciſcundæ pro habenda diuiſione ibidem.

Adminiſtrator non poteſt reportare ceſſionem contra minorem, veluti poteſt pater contra filium, concl. 86. ſub num. 78. & ibi ratio aſſignatur.

Admiſtrationes Cappellaniarum dicuntur quædam onera principaliter conſiſtentia in faciendo celebrare miſſas, ex redditibus relictis à teſtatoribus, & quod ex illis ſupereſt in vtilitatem adminiſtratorum conuerti ſolet, concl. 56. num. 172.

Et propterea per huiuſmodi adminiſtrationes Cappellaniarum non ſoluuntur annatæ, & ſic regula de valore huiuſmodi adminiſtrationes non compræhendit, quia ea ſolùm loquitur de beneficijs Eccleſiaſticis, & ſic ea, vti odioſa, & exorbitans, & ſolùm propter annatas inuenta ad huiuſmodi adminiſtrationes non extenditur, ibi n. 173.

Contrarium, licèt videatur ſentire Rebuff. ibi num. 174.

Sed ibidem Concordantiam habebis.

Adminiſtrationis deputatio, quando eſt facta ab aliquo, tūc ex huiuſmodi deputatione arguitur bona ſpectare ad deputantem, concl. 56. n. 175.

Extende idem procedere in redditione computorum, ex qua arguitur Dominium ex parte illius, cui computa redduntur, ibi n. 176.

Adminiſtrator tenetur libros redditionis adminiſtrationis exhibere, & edere; Edere autem nihil aliud eſt, quàm Codices oſtendere, & copiam deſcribendi facere, concl. 56. n. 177.

Declara tribus modis, vt ibi num. 178. cum ſeqq.

Amplia dictam tertiam declarationem duobus modis, ibi n. 181. & 182.

Fallit pluribus modis, vt ibi n. 183. cum ſeqq.

Concorda prædictas opiniones, vt ibi nu. 186.

Rurſus concorda, vt ibi n. 187.

Animaduertendo tamen, quòd exiſtentia librorum probari debet ante motam litem, veluti tunc temporis debet apparere de intereſſe petentis, quibus enim probatis, tunc Iudex ad Librorum exhibitionem cogere debet, ibi num. 189. & ſeqq.

Ad-

Adminiſtrator ratioue ſemel reddita amplius ad eam reddemdam cogi nou poteſt, concl.56. num.191.
Amplia tribus modis, vt ibi n.192. cum ſeqq.
Limita duobus modis, vt ibi num.197. cum ſeqq. & ibi ratio aſſignatur.
Sed liberatus, ob redditionem rationis non præſumitur ob id omnia reliqua reſtituiſſe; Vndè qui contrarium allegat illud probare tenetur, concl.56. n.195. & ibi ratio aſſignatur.
Extende, vt ibi n.195.
Et talis adminiſtrator, ſiue tutor non liberatur à redditione rationis, etiam quod fuerit adiectum pactum de non contrauenićdo, rationibus ſemel calculatis, quia tūc tale pactum vti fallax facit eam liberationem irritam fieri; & ſic quis non prohibetur calculum reuidere, & illius errores retractare, concluſ. 56. num. 201. & ibi ratio aſſignatur.
Extende ibi n. 202.
Declara, vt ibi n.203.
Et tempus allegandi errorem durat iuxtà actionis naturam, ſuper qua interponitur ibi eodem num. 204.
Extende, vt ibidem.
Subextende ibi n.205.
Declara, vt ibidem.
Subdeclara, ibidem.
Adminiſtratoris dolus, & error allegari poteſt, etiā in caſu exceptionis litis finitæ, idest ſecuta iam trāſactione, quādo tamen de dolo, & errore appareret aliundè, quàm ex dictæ tranſactionis Inſtrumento, ibi n.205.
Extende eò magis procedere, quando dolus eſſet expræſſus, & manifeſtus, quia ille contractum reſcindit, licèt ſecus ſi eſſet præſumptus tantùm, ibidem.
Et ille non dicitur bonam, veram, & rectam adminiſtrationis rationem reddidiſſe, per ſolam confeſſionem, ſed requiritur factum ipſum, idest exhibendo, & tradendo volumina, cautiones, Inſtrumenta, Inuentarium, & cætera ad tutelam pertinentia, offerendo actualiter rationes legendas, percunctandas, & diſpungendas non confusè, & in folle, ſed explicitè, & diſtinctè, & quicquid reliquum fuerit ſoluendo, aliàs ille poterit iterum conueniri, etiam iuramento nō obſtante, concl.56. n.206.
Sed ſi ſemel ſolidauerit rationes, & deinde contra eum inſtetur pro reddēda ratione de nouo, tunc ſi quis aliquid ab illo adminiſtratore vigore primæ ſolidationis exigat, eo caſu cenſetur à Iudicio dictæ nouæ redditionis rationum liberatus, ita vt pro eadem amplius vexari non poſſit, concl.56. n.207.
Extende, ibi n. 208.
Adminiſtrationis rationes aliquis petens, tunc cenſetur omnia geſta per adminiſtratorem ratificare per regulam; Qui vult conſequens, vult etiam omne neceſſarium antecedens, concluſ. 56. n. 209.
Adminiſtratoris bona fiunt pro mala adminiſtratione tacitè hippothecata, concl.56. n.219.
Extende tribus modis, vt ibi nu. 211. cum ſeqq.
Adminiſtratores recuſando exhibere libros ad quid teneantur, vide in verbo exhibere recuſās
ADMISSIO articulorum vide Articuli.
Admiſſio, & delatio appellationis operari non poteſt validitatem illius, parte opponente, quando illa aliàs admittenda non erat, concluſ. 118. ſub n.161.
ADOA eſt ſeruitium pecuniarium, quod præſtatur à Vaſallo Regi pro feudo, quando Rex, ſiue Princeps declarauit, velle ſeruitium in pecunia, & tunc Vaſalli tenentur ratione feudi præſtare illud ſeruitium perſonale in pecunia, concl.57. n.1.
Amplia id in tantum eſſe verum, quòd ſi Vaſallus poſtquam fuit interpellatus illud ſeruitium pecuniarium, loco perſonalis non ſoluat, feudum amittit, & ratio eſt, quia hæc dicitur offenſio, quæ committitur contra Dominum indirectè in non iuuando eum, ibi n.2.
Declara tamen, quòd illud ipſo iure non perdit Vaſallus, ſed mediante ſeutentia, ibi n.3.
Subdeclara tamen prædicta non procedere, quādo Vaſallus ſeruitium, & ſic adoam, ob impotentiam non ſolueret, veluti quia illi eſſent nati multi filij ibi n.4.
Et adoa eſt ſeruitium, quod publicum intereſſe reſpicit, quia illud preſtatur tempore guerræ ad hoc, vt Regnum ſecurum reddatur, concl.57. num. 5.
Extende primò id in tantum procedere, vt propterea ſtante ſtatuto, quòd de fructibus ſoluatur gabella, tunc ea ſolui debet, abſque expēſarum deductione, & id ratione Iuris publici, ibi num. 5.
Extende ſecūdo, quod Adoa ſoluitur pro perpetua vtilitate, & ideò, neq; Vſufructuarius, neque Frater ſecundus genitus de dicta impenſa participare tenetur, ſed eam primo genitus ſoluere tenetur, & ſic proprietarius, ibi n.6.
Declara tamen, quod ſeruitium pecuniarium, & ſic adoæ ſolutio ſolùm ſoluitur de feudalibus, non autem ſoluitur de pecunijs, vt potè perceptis, ex aliquo officio per Principem donato, & in cuius conceſſione per Regem facta, nullum verbum fuiſſet factum de feudo, ibi n.7.
Et ſi alicui fuerit remiſſa, non ob id tamen ille cenſetur à ſubuentione liberatus, cum ſubuentio Iure actionis debeatur, & ideò ſi non ſit reſeruata non amittitur, concl.57 n. 8.
Et illud ſeruitium tenetur ſoluere Vaſallus, ſiue feudatarius pro vna vice tantùm, ibi n.11.
Immò ceſſante bello ceſſat etiam ſeruitium, licèt in Regno ſit æterna iſta exactio, ibidem.
Adoæ ſolutio non minuit portionem vitæ, & militiæ ſecundo genito competentem, concl.90. num. 41.
ADOPTIO eſt quidam actus legitimus, per quem facimus eos filios per artem, qui non poſſunt eſſe per nàturam, concl.58, n.1.
Et illius origo eſt antiquiſſima, & apud veteres Romanos in maximo vſu erat; veluti quoque apud hebreos legitur id fuiſſe in vſu ibid. n.1.

Et eſt nomen generale, quod in duas partes diuiditur, quarum vna eſt adoptio, altera verò arrogatio appellatur; & generalis adoptio fit duobus modis; nempè aut per reſcriptum Principis, & ſic illius auctoritate, aut Magiſtratus Imperio, licèt antiquitus fieret, etiam per oblationem Curiæ, & eo caſu poterat, etiam fieri per mulierem occaſione filiorum amiſſorum in bello, ibi n. 1.

Et ea fit de filijs familias, arrogatio verò de his, qui ſui iuris ſunt, & arrogatio dicitur, quia is qui adoptat, arrogatur, ideſt interrogatur, an velit eum, quem eſt adoptaturus iuſtum filium ſibi eſſe, & pari modo adoptandus, ſiue arrogandus rogatur, an id fieri patiatur. ibidem.

Adoptionis ſolemnitas, licèt hodiè abolita videatur, non obid tamen, quis mirari debet ſi hiſce temporibus quandam Imaginem adoptionis obſeruemus in his, quos loco filiorum alimus, & quodam affectu proſequimur eos filios vocando, veluti Romani id quoque facere ſolebant, ibi n. 2.

Adoptio, legitimatio, & diſpenſatio, vt fieri poſſint, quæ cauſæ requirantur, vide concluſ. 142. n. 137.

Adoptio naturam imitatur, concl. 89. n. 55.

Adoptatus tranſit in poteſtatem adoptantis, nec in ea Patris naturalis remanet, quando adoptans ſit aſcendens, ſecus autem ſi ab extraneo adoptetur, ibi n. 3.

Contrarium. ibi n. 5.

Adoptatus vti aggregatus familiæ adoptantis dicitur de ſtirpe, & ſanguine illius, concl. 58. ſub n. 29.

Adoptatus ab extraneo teſtamentum facere nõ poteſt, eum ſit in poteſtate Patris naturalis, & ſi illud ab eo fiat, tunc Inſtituto non compereret, dum illius Pater viuit, beneficium l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll. ibi n. 4.

Secus autem in arrogato, qui dicitur propriè filiusfamilias, & ſub ſtatutis de filijsfamilias loquentibus compræhenditur, quod ſecus eſt in adoptiuis; ibi n. 6.

Extende vt ibi n. 7.

Subextende vt ibi n. 8.

Declara, vt ibi n. 9.

Contrarium ibi nu. 10. & 11. & ibi ratio diuerſitatis aſſignatur.

Contrarium prædictæ opinioni, & ſic, quòd filij adoptiui, & arrogati admittantur ad feuda ibi num. 12.

Sed tenendo primam opinionem, extende primo eam duobus modis, vt ibi n. 13. & 14.

Contrarium, tamen ibi n. 15.

Concorda, vt ibi n. 16.

Sed tenendo hanc ſecundam opinionem, extende, vt ibi n. 17.

Extende, & conuerſo procedere; nempè, quòd neque Pater ſuccedat filio adoptiuo ab inteſtato, vt ibidem.

Adoptiuus filius ſuccedit Pateri, ſed in illius met hæreditate, non autem in aliena, in qua filij in conditione poſiti eſſent vocati, ſed è conuerſò pater non ſuccedit filio, ibi n. 19

Et ratio aſſignatur, ibi ſub n. 20.

Sed ſi Pater filios legitimos, & naturales relinquat, tunc adoptatus æqualiter cum illis ſuccedet, ibi n. 23.

Declara tamen, quòd Pater adoptans non cogitur inuitus illi filio ex teſtamento relinquere, licèt ſecus ſit in arrogato, qui debet habere quartam partem in bonis Patris, ibi nu. 21. & 22.

Adoptatus cum limitatione ſucceſſionis legitimam habere non debet, ibi n. 24.

Adoptatus, vel arrogatus poſſunt ex cauſa iuſta tamen, & legitima exhæredari, quæ cauſa venit coram Iudice proponẽda, & examinanda, concl. 58. n. 25. & ſeqq: vbi datur exemplum de Alphonſo Rage Aragonię.

Adoptatus fuit Alphonſus Rex Aragonię à Ioanna Regina Siciliæ, licèt poſtea exhæredatus ex cauſa ingratitudinis, concl. 58. n. 25.

Adoptiuus verè legitimo, & naturali æquiparatur, quando nomen filij in alio, quàm in adoptiuo verificari non poteſt, concl. 89. n. 55.

Et illis, quando debeantur alimenta, vide concluſ. 89. num. 54. 55. & 180. & in Verbo Alimenta.

Item quando illis debeatur legitima, & ad quam ſummam fuerit aucta, Item quando faciunt partem in ea, & quando illis competat querela in officioſi teſtamenti Patris, vide concl. 42. n. 244. cum ſeqq.

Adoptari poteſt infans, ſed non arrogari, & ratio diuerſitatis eſt, quia in adoptione tacitus conſenſus ſufficit, immò quis etiam inuitus adoptari poteſt, dummodo fiat cum ſcriptura, cauſæ cognitione, & Principis auctoritate in vtroque genere, tàm adoptionis, quàm arrogationis; ſecus autem in arrogatione, quia cum arrogandus debeat interrogari, idcircò id in infante contingere non poteſt, quia quæquæ videt ignorat, concl. 58. n. 27.

Et ea non poteſt fieri de filio naturali, & ſpurio, concl. 58. n. 28.

Item ea ſanguinis coniunctionem non inducit, ſed bene, quemdam conſanguinitatis effectum concl. 58. n. 29.

Sed operatur, vt filius adoptiuus ſequatur domicilium Patris adoptantis, licèt Priuilegium illius Patriæ non acquirat, neque nobilitatẽ, nequè dignitatem Patris naturalis perdit, ſed bene naturalem originem retinet, concl. 57. num. 30.

Extende id, quod fuit dictum de eo, quòd adoptiuus ſequatur domicilium patris adoptantis, procedere etiam, quoad cognomen, & armorum delationem, & præſertim adoptione durante, quia ea finita liceret filio illius cognomẽ mutare, ſi tamen id in alicuius fraudem non fieret; ibi n. 31.

Extende præterea, quòd etiam Priuilegium Patris adoptantis ad filium adoptiuum, veluti ad naturalem, & legitimum tranſeat ſi tamen non

non eſſet tale, vt cum perſona Patris extingueretur, vt ibi n.32.

Aduerbium, vlterius, iunctum cum negatiua ſit præciſum concl.135. ſub n.174. in fine.

Aduerſarium iuuare nemo tenetur, concluſ. 89. n.481. & concl.61. ſub n.2.

Declara vt concl.89, num. 487. & concl.51. per totam.

ADVLTERIVM eſt commaculatio alterius thori, vel coitus illicitus, cum alterius vxore perpetratus, concl.59. n.1.

Et illud duas deformitates in ſe continet, quarum prima eſt luxuriæ, quia eſt concubinatus viri cum fœmina, extra formam coniugij, altera eſt iniuſtitiæ, quia eſt coitus cum fœmina quæ eſt vxor alterius, concl.59. n.2.

Eſt maius delictum inceſtu, & maius peccatum in ſe continet, niſi tamen inceſtus fuerit contra ius naturale cõmiſſus, veluti cum matre, cum ſorore, cum nuru, cum nouerca, & cum priuigna, quia tunc vno ex iſtis modis commiſſus eſt quouis adulterio grauior, concl.59. n.3.

Et eſt delictum mixti fori, & olim fuit publicum, hodie verò eſt priuatum delictum; Item de huiuſmodi delicto agi poteſt ciuiliter, & criminaliter, ciuiliter ad ſeparationem thori, criminaliter verò ad pœnam, concl.59. n.4. & ſeqq.

Et nedum committitur, cum vxore iam deſponſata, & cum qua fuiſſet conſummatum matrimonium; verum etiam cum ſponſa, per verba de præſenti; licèt ſecus cum ea, per verba de futuro, Item illud committitur cum coniugata per matrimonium ratum; ſed nondùm conſumatum; cum per illud acquirat ius maritus in corpus vxoris, Item illud committitur cum vidua intra annum luctus; Item cum ea à viro quo ad thorum ſeparata, concluſ.59. num.16. cum ſeqq.

Sed ſi non probetur per teſtes, non poteſt inter coniuges de eo fieri pactum, atque tranſactio, ibi n. 26.

Et illud vxoris præſumitur ignorare virum, & ideò qui illius ſcientiam allegat eam probare tenetur. ibi n.28.

Poteſt tacitè, & expreſsè remitti inter coniuges, & effectus remiſſionis eſt, vt dos nõ amittatur, & quòd inter coniuges omnis actio extinguatur, ibi n.35.

Sed debet prius probari, antequam vnus ex coniugibus velit ad ſeparationem thori agere, ibi num.36.

Et tunc probationes non debent eſſe exactiſſimę; licèt leuiores non ſufficiant, ibi n.36.

Contrarium, quòd ſcilicet adulterium probationes certas requirat, & quòd teſtes ſingulares, non admittantur, ibi n.38.

Sed ad hoc, vt probent teſtes quomodo deponere debeant, vide ibi n.36.

Et tenendo hanc ſecundam opinionem extende eam vt ibi n.36.

Declara vt ibi n.39.

Extende ibidem n.39.

Contrarium, quòd ſcilicet in adulterio etiam notorio, ſit pro eorum ſeparatione neceſſaria ſententia, ibidem in fine.

Et tunc, quando ſit locus reſtitutioni dotis vnà cum fructibus donationis propter nuptias, vide ſub eodem, n.39.

Adulterij pœna, quę ſit de iure Diuino, Item quę de iure Canonico, & quæ de iure Codicis, tàm in homine, quàm etiam in muliere, & pari modo quæ ſit hodie de iure nouiſſimo, vide in concl.59. n.40. cum. ſeqq.

Licèt hodie diuerſimodè detur, iuxta morem Regionum, ibi dicto n. 42. cum pluribus ſeqq.

Sed quòd in omnibus ferè Prouincijs, ſit immutata, & impoſita illa pecuniaria, vide ibidem.

De conſuetudine autem Galiæ non puniuntur adulteri, ſed mulieri adulteræ ſcinduntur capilli, & veſtes, ante, & retro, & ſic eam ducunt, per totam Villam, ibi n.42. & ſeqq.

Et quod ea poſſit eſſe minor de conſuetudine, quàm ſit de iure, ibi n.43.

Adulterium duo ſpecialia habet, & primum eſt, vt Pater, & Maritus poſſint interficere filiam, & vxorem reſpectiuè, ſi ea in adulterio fuerit depræhenſa, & aliud ſpeciale eſt, vt illud quinquenio præſcribatur, concl.59. n.48. & 76.

Adulterium commiſſum ab vxore, ob violentiam aut per vim; ſiue metum conditionalem amittendi vitam, & præſertim, quando ille eſſet reuerentialis à Principe ſupremo illatus, cui difficilius reſiſti poteſt, Item ſi inſcia, aut per fraudem cognoſcatur, tunc nullam pœnam meretur, & ratio eſt, quia non eſt peccatum, niſi ſit voluntarium, concl. 59. n.58.

Extende ibi n.58. & ſeqq.

Declara ibi n.59.

Adulterium Chriſtiana Religio in vtroque ſexu pari ratione condemnat, licèt ſuos viros mulieres non facilè de adulterio accuſent, quia peccata latentia vindictam non habent; Viri autem liberius vxores adulteras apud Sacerdotes deferre conſueuere, & ob id mulieribus prodito crimine, eorum communio denegatur, ibi n.74.

Et illud vxoris poteſt accuſare maritus, per Procuratorem, ſi eſſet contumax, quod enim procedit, etiam ſi maritus eſſet bannitus, ibi num.74.

Et illius accuſatio propoſita per maritum cõtra illius vxorem, quando tranſeat ad hæredes etiam extraneos vide ibi in concl.59. n.75.

Et iſtud delictum quinquennio præſcribitur ex peculiari Iure, ibi n.76.

Licèt id pluribus modis fallat; & primo, quando cum adulterio, etiam inceſtus concurreret. Secundo, quando adulterium eſſet reiteratum. Tertio quoad excipiendum. Quarto in ſtupro cum violentia. Quinto quoad pœnam ſpiritualem, quia tunc quinquennio non præſcribitur, ſed in eo cum inceſtu perpetuatur, ibi num.77. cum ſeqq.

Sed non cõmittitur cum ea, quæ extra Patriam degens vitam coniugalem non ducebat, ſed celebs credebatur, concl.59. n.81.

Ex-

Extende, vt ibi num. 82. & 83. & ibi ratio aſſignatur.
Declara, vt ibi n. 84.
Extende, quòd immò etiam in foro pœnitentiali quis de adulterio tenetur, cum in eo foro nullum fiat diſcrimen, an mulier ſit meretrix dummodo ſit vxorata, veluti nec etiam conſideratur, ſi mulier ſit vilis, aut nobilis, ſed ſufficit, quòd illud delictum à viro, & à muliere copulata committatur, ibi n. 85.
Contrarium tamen, & ſic, quòd de Iure Ciuili in vtroque coeunte adulterij crimē ceſſet, vide ibi n.86. & ibi ratio aſſignatur.
Concorda, vt ibi n. 88.
Et illud committens ex cauſa lucri vna mulier potius dicitur iniuſta, & auara, quàm intemperans, licèt ſecus ſit in viro pecunias dante, quia tunc, cum ille afficiatur damno, ideò potius dicetur intemperans, quàm iniuſtus, ibi n.87.
Et illius pœna ex cauſa minorari poteſt, ibi n.90.
Adulterium facit, vt vir, & vxor non iudicentur, ad imparia, ibi n.90.
Et ſi illud committat vxor putatiua, quando dotem amittat, vide ibidem n.91.
Item an illud committat vxor ſub figura veri matrimonij eredens ex dolo adulterari, & cornutum facere maritum, ibi n.95.
Et illud committens pluribus vicibus in foro exteriori nō tenetur, niſi de vna pœna tantū, & ſic ſolùm pro vno adulterio; ſecùs autem in foro conſcientiæ, quia tunc quot ſunt vices, tot ſunt peccata, ibi n.94. & ſeqq.
Fallit tamen, vt ibi n.96.
Et iſtius delicti cognitio ſpectare poteſt ad Iudicem ſecularem, cum illud ſit mixti fori, ſi tamen ſimpliciter fuerit commiſſum adulterium, ſiue etiam cum inceſtu, ſed ſi agereretur de cognitione ſeparationis thori, tunc illius cognitio ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, ibi n.97.
Item ſecus eſſet ſi poſt adulterium poſtea tentaretur diuortium, quia tunc illud Iudicium ſeparationis inter coniuges erit, coram Iudice Eccleſiaſtico fiendum, ibi n.99.
Et licèt ſit mixti fori, fallit tamen, in caſu prædicto; nempè ſi poſt illud poſtea intentaretur ſeparatio thori, ibi n.98. & ſeqq.
Et quibus modis probari poſſit, & fieri notoriū, vide in dicta concl.59. n.101. & ſeqq.
Adulterij confeſſio facta in cauſa criminali eſt ſufficiens pro ſeparatione thori in Iudicio ciuili, facta tamen denuò in dicto Iudicio illius confeſſionis reproductione, ibi n.104.
Et illud eſt delictum graue, ac Deo, Iudici, & hominibus valde odioſum, & fornicationem vincit, ibi n.6.
Sed licèt ſit delictum tàm execrabile, tamen vnū effectum operatur, & eſt quod adulter non prohibeatur in teſtamento legatum adulteræ relinquere, ibi n.109.
Declara, vt ibi n.110.
Contrarium licèt dicatur ibi n.111.
Concorda, vt ibi n.111.
Sed tenendo illam ſecundam opinionem, amplia eam multò magis procedere, vt ibi n.112.
Adulterium ſolùm præcedens, quando ſit aptum ad impediendum matrimonium cum adultera, vide ibi n.119.
Et teſtes in hac materia debent eſſe omni exceptime maiores, & probationes debent eſſe, vt in criminalibus luce meridiana clariores, ibi num.120.
Et poteſt remitti per virum vxori ſub cōditione, vt ea in Inſulam deportetur, Item, quòd adulter ſemper à patria perpetuo exul fiat, concl. 50. num. 121.
Declara, vt ibi n.122.
Et quando fuit publicum, ob conuerſationem adulterantium, tunc pœna publica illis iniugenda venit, veluti quoque talis emendatio eſſe debet, aliàs turpis ſuſpitio conuerſationis nō tolleretur, & maximè ſi ea adhuc continuaret, immò tunc ex ea potius adulterij continuatio argueretur, vt ibi dicto n.122.
Adultera mater, ſi ob adulterium dotem amiſerit; nihilominus à filio alenda venit. concl.89. num.193.
Declara tamen, vt ibi nu.213. cum ſeqq. & vide in Verbo Alimenta.
Adultera ſatis punitur amiſſione ſuę pudicitiæ, concluſ.89. n.214.
Et adultera, licèt ſit mulier, non tamen deſinit eſſe vxor. concl.89. n.292.
Adulteræ vxori, quando maritus alimenta præſtare teneatur, vide concl. 89. 292.
Adulteri confeſſio, educatio, & tractatus non ſufficit ad probandam filiationem, concl. 89. n.37. & vide latius in Verbo filius.
Et adulterium committens cum conſanguinea, tàm de inceſtu, quàm etiam de adulterio puniri poteſt, concl.143. ſub n.9.
Adulterium vxoris per taciturnitatem mariti ea viuente cenſetur remiſſum, adeò vt poſt eius mortem ille dotem amplius ſuperlucrari non poſſit, concl.101. ſub n.6.
Adultera, quando teneatur notificare marito, filium eſſe adulterinum in conſcientia, & reſtituere expenſas factas in eo educando, nec non hæreditatem filijs legitimis, & naturalibus, & multa alia in hanc materia vide in concl.58. n. 124. cum ſeqq.
ADVOCATVS eſt ille, qui in Iudicio ſuum, vel amici deſideriū exponit, vel alterius deſiderio contradicit, concl.60. nu.1.
Et Aduocatus à Patrono ſic differt; nam Aduocatus generalius nomen eſt, ſiquidem quicumque adeſt alteri officij gratia appellatur Aduocatus, etiamſi nihil dicat, agatque, modò ſit paratus defendere; Patronus autem propriè ille dicitur, qui agit cauſam accuſanti, non autem accuſantis, concl.60. n.1.
Aduocatus Fiſcalis dicitur ſpectabilis perſona, & propterea debet incedere togatus, & habitu ornato inductus, concl.60. nu.1.
Sed Aduocatus Fiſci in Vrbe Romæ non eſt dignitas Collegialis reſpectu Aduocatorum Cōſiſtorialium, concl.60. nu.2.

Aduo-

Aduocatus Fiſci, qui interuenit in cauſa criminali inquiſiti, ſi poſtea Iudex efficitur, ſuſpectus iurari poterit, cuncl. 128. nu.65. & nu. 666. ratio aſſignatur.

Item ille Pauperum in Vrbe non eſt dignitas Collegialis, vt ſunt Aduocati Conciſtoriales, concl.60. nu.2.

Aduocati Conciſtoriales olim à Summis Pontificibus fuerunt conſtituti, ad hoc, vt obiicerent, & apponerent Iuris ordine ſeruato, antequàm Epiſcopi eligerentur, inſtituerentur, vel confirmarentur; ſed id munus hodie receſſit ab Aula, concl.60. nu.3.

Et ratio eſt, quia hodie iſte modus ab Aula receſſit, & per viam examinis approbantur Epiſcopi, ſi in examine ſeſe idoneos, atque ad illud munus aptos eſſe demonſtrent, aliàs Epiſcopatum eius accipiet alter, iuxta Pſalmum; ibi n.4.

Aduocatus dicitur perſona ſpectabilis, & pluribus priuilegijs potitur; ibi n.5.

Et quando ad Iudicem vadit, ille aſſurgere debet, & ab eius dextris ſedet; concl.147. ſub n.10.

Aduocati adeò dicuntur in dignitate conſtituti, vt propterea dicantur ſacra miniſtrare, concl. 60. nu.6. & vide concl.147. nu.10.

Extende primo id multò magis procedere in Aduocatis Curiæ Romanæ, qui exteris ſemper ſunt præferendi, ibidem.

Extende ſecundò, quòd officium Aduocatorum non eſt minus humano generi neceſſariũ, quàm ſi Patriam, parentesq; vulneribus, & prælijs ſaluarent, ibi d. nu.6

Extende tertio, quòd iſti dicuntur ducere meliorem vitam, quàm faciunt Religioſi, & Prędicatores, ibidem.

Extende quarto, quòd iſti tamquàm milites Patriam defendere dicuntur, ibi d.n.6.

Et Aduocatus quale, & quantum ſalarium ex illius laboribus conſequi debeat, & an in principio, ſiue medio, vel in fine anni, vide in verbo ſalarium.

Item Aduocati in ſubſidijs non contribuunt, quia ipſi non minus militant, quàm illi, qui gladijs, vel clypeis vtuntur, concl.60.n.59.

Extende primò, quòd neque ad recipiendum hoſpites cogi poſſunt, licèt id fallat in collectis ratione publicæ vtilitatis impoſitis, ibidem.

Extende ſecundò, quòd etiam filij, fratres, & ſocij bonorum gaudent immunitatibus Aduocatis conceſſis, ibi nu.40.

Quod tamen declara procedere, vt ibi, n.41.

Fallit tamen, vt ibi nu. 42.

Et quando poſſit admitti in teſtem in cauſa, quam defendit, vide in concluſ.60. num.49. & ſeqq.

Poteſt propalare conuitia cauſę, abſque quòd incidat in delictum actionis iniuriarum, ſi tamen id vtilitas cauſę expoſtulet, concluſ. 60. nu.47.

Contrarium tamen, ibi nu.48.

Extende, vt ibidem.

Et iſtis Ianua Principis debet eſſe aperta, imo quando Aduocatus ad Iudicem ierit, ille tenetur aſſurgere, & ab eius dextris dicti Aduocati ſedere debent, cõcl.60.n 46.& concl.147.n.10

Et quando iuſtam cauſam fouet; poteſt illius aduerſarium, etiam cum malitia conuincere, nec non, vt ſuccumbat illum circumuenire, concl. 60.nu.60.

Sed hæc opinio, non multum placet auctori, vt ibi nu.61.

Licèt vnus, quando fuit conſultus in aliqua cauſa, & illius ſecreta non ignorat, debeat ſe abſtinere ab officio Iudicandi in ea cauſa, concl. 60. nu.64.

Extende ibi nu.65.

Contrarium, ibi nu.66.

Et quando etiam inuitus poſſit eſſe teſtis contra eum, pro quo eſt Aduocatus, vide concluſ.60. nu.57. & ſeqq.

Et Aduocatus Fiſcalis poteſt interuenire in tota cauſa Fiſcali, & præſertim intereſſe debet torturæ rei; ſecus autem in examine teſtium, cui interuenire non debet, & quando interuenit omnes Iudices eiuſdem dignitatis præcedere debet, ſi tamen cauſas Principis agat; at ſecus ſi ſuas, vel eas priuatorum tractet, concluſ. 60. nu. 68.

Sed ille ditionem non habet, cum ſolùm iura proponat, & propterea non poteſt ſaluum conductum rebelli concedere, concl.60.n.69.

Et Aduocatus non poteſt carcerari pro debito ciuili, dum in Magiſtratu exiſtit, quia non minus dicuntur militare Doctores Aduocati, quàm Milites, concl.60. nu.71.

Aduocati gaudent priuilegijs, veluti Doctores legentes in Studijs, ibi nu.72. & 73.

Et ne dum gaudent priuilegio quæſtionis, immunitatis, ac munerum publicorum; verum etiam, & eorum filij, eorum patre viuente, concl.60.nu.74.

Sed id non ſeruatur in Statu Eccleſiaſtico, neque alibi, vt ibi, nu.75.

Aduocatus poſtquam cępit patrocinium alicuius cauſæ, tunc eam deſerere non poteſt, licèt agẽs bonè poſſit Aduocatum mutare; dummodo de ſalario fuerit ſatisfactus; aliàs ſecus, ſi tamen non eſſet mus in miſerabili, quia tunc illi gratis inſeruire tenetur, concl.60.nu.76.

Sed quando debeat magis in [illegible], quàm in alio loco Patrocinium continuare, vide ibi dicta concluſ.60. nu,76.

Et quando cognoſcit clientem malum ius fouere, ſi conſulat litem inferre, ita vt pars aduerſa ob moleſtiam litis ad concordiam reducatur, tunc malè facit, & in foro conſcientiæ tenetur, concl.60.nu.77.

Si incipit bona fide vnam cauſam defendere, credens iuſtam fouere; Et poſtea in illius progreſſu cognoſcat eam iniuſtam, tunc illam deſerere tenetur, ſiue eum, cuius cauſam agit, inducere, ad cedendũ, vel concordandũ, cum aduerſario ſine tamẽ illius aduerſarij præiudicio, ibi n.78.

Animaduertendo tamen, quòd talis Aduocatus, nõ debet detegere Aduerſario iniuſtitiam cauſæ; aliàs eſſet velle ipſum Aduerſarium contra

Clien-

Clientem adiuuare, quod eſt contra naturam Secreti, ibi in dicto nu.78.

Et defendens cauſam minus iuſtam contra reum, & cauſa ſit, vel mortis, vel ſanguinis, ſeu famæ, vel bonorum, in quorum poſſeſſione Aduerſarius exiſtat, id eſſet ingens ſcelus, & peccatum, quia ille operatur Aduerſarium iniuſtè vita, honore, ſeu fama, vel ſua bonorum poſſeſſione priuari, concluſ. 60. numer. 79.

Secus verò, quando defenderet in eiſdem terminis minus iuſtam cauſam, ſed rei contra actorem, quia tunc peccatum non eſſet; nam pium eſt reum (ſi tamen ille non ſit pernicioſus) à morte defendere, etiam cum minori iuſtitia, veluti dicitur etiam in alijs cauſis minoris momenti, in quibus Aduocatus defendendo reum non peccat, licèt Nauarr. dicat probabilius eſſe illum in dictis cauſis modici momenti peccatum committere, vt ibi ſub eodem nu.79.

Et quando defendit cauſam minus iuſtam, ad reſtitutionem damni tenetur, & ſi loquamur in foro exteriori, etiam ex leuiſſima ſua culpa ad illud tenetur, ſi verò loquamur in eo interiori, tunc Aduocatus ex leui, & leuiſſima non tenetur, ſed ſolum ex dolo, & lata culpa, quæ ipſi dolo æquiparatur, ibi nu.80.

Et ratio eſt, quia officium Aduocati eſt in gratiam, & bonum non ſui, ſed alterius, & ideò iuxta leges non tenetur, niſi de lata culpa ibidem.

Et in agitandis cauſis debet eſſe ſtrenuus, quia plerumque Ius palmarij in multiloquio conſiſtit, licèt etiam ſæpè illud prudentiſſimos ſtomacari ſoleat, ibi nu.81.

Quod tamen declara eſſe verum apud debiles Iudices, ſed non apud illos, qui intrepidi ſunt, ibidem.

Et imperitus facit litem ſuam, cum turpiſſimum ſit ignorare ius, in quo quis quotidie verſatur, ibi nu.82.

Immò tenetur parti læſę ad omnia damna, & intereſſe, ibi nu.83.

Extende, quòd etiam peccat, ibi n.85.

Item offerens ſe auxiliatorē parti cauſam minus iuſtam fouenti, ad intereſſe tenetur, concl. 60. num. 83.

Et ex zelo ſuæ conſcientię ſemper in cauſis dubijs concordiam tractare debet, concluſ. 60. num. 86.

Non poteſt paciſci de ſalario, ſeu de quota litis; ſecus verò ſi fiat pactum de aliqua re, de qua lis non extet, ibi nu.87.

Extende primo, vt ibidem.

Extende ſecundo, vt ibidem.

Et pœna pacti ſuper quota litis, vel alia re particulari, eſt priuatio patrocinij, nec talis pœna pecuniaria grauari debet, vt cumulatio pœnarum tollatur, & præſertim, quando pœna ordinaria, cum extraordinaria, quæ inſimul non concurrunt, ad vindictam tenderent, & ob id ſatis eſt, vt illa tantum priuationis officij patrocinij puniatur, ibi num. 88.

Contrarium tamen erit in conſcientia, vt ibi num. 89.

Extende tertio, vt ibi nu.91.

Neque poteſt in medio litis de ſalario conuenire, ſed ſolum ante, vel poſt finitā litem, ibi n.90.

Contrarium ibi nu.90.

Et quomodo illud petatur, vide ibi dicto nu.90. in fine.

Sed ad euitandum pactum quotæ litis debet conuenire certam ſummam, ſibi dandam à Clientulo pro ſumptibus, & expenſis fiendis in lite, quia tunc, nedum illud ei legitimè debebitur, ſi cauſa per ſententiam finietur, immò etiam ſi per concordiam, & amicabilem compromiſſionem, & hæc eſt optima cautela ad illud pactum euitandum, concl.60 nu.91.

Item ſe abſtinere debet à promiſſione Victoriæ tamquàm ab igne, quia dubius eſt litis euentus, ibi nu.92.

Sed ſi certò ſciat defendere iuſtam cauſam, tunc ei licebit (vt victoriam reportet ſuus clientulus) aduerſarium decipere; ſecus autem, ſi tractu temporis eam iniuſtam eſſe apparebit, quia tunc illam dimittere tenetur, concluſ.60. num.90.

Et quando gerit officium quoque Procuratoris, an duplex ſalarium conſequi valeat, vide in concluſ.60. nu.93.

Quādo cogi poſſit ad præſtandum patrocinium, vide in concl.60. nu.95. & ſeqq.

Si aliquem defendere recuſet, & Iudici ita iubenti non obediat, tunc ille eidem patrocinium interdicere poterit, concl.60. nu.97.

Extende quòd ſi forſam contrauenerit, tunc de Matricula delebitur, ibidem.

Peccat ſi ſcienter à paupere pecuniam receperit, nam illi gratis patrocinari tenetur, & ratio eſt (iuxta dictum *Diui Gregorij*) quia ille ſaluari non poteſt, qui abſcondit talentum Domini ſui, concl. 60. nu.98.

Extende; quòd immò Aduocatus id negans punitur, ſi aliquam iuſtam excuſationem non habeat, ibidem.

Extende idem pari modo procedere, quando Reipublicæ, Patriæ, & ſimilibus patrocinium præſtare negabit ; ibidem in fine.

Et tunc Aduocatus mandato Iudicis contrauenire dicitur, tàm ſi conſulat in ſcriptis, quàm etiam in Camera, & in voce, quando tamen idem effectus in ſcriptis, quàm in voce reſultaret, & id eò magis procederet, ſi in prohibitione fuiſſet dictum directè, vel indirectè, ſiue publicè, vel priuatim, ibidem

Fallit tamen, quando idem effectus non reſultaret, quia regulariter prohibitus Aduocare, non cenſetur prohibitus in Camera conſulere ibi nu.110.

Aduocationis munus, quando Cardinales exercere valeāt, vide in Verbo Cardinales, in concluſ.60.n.100. & ſub n.101. vbi aſſignatur ratio.

F Item

Item quando iſtud munus mulier exercere poſſit, dixi in Verbo Mulier, & in concl. 60. nu. 100. & ſub nu. 101. aſſignatur ratio.

Et Aduocatus ille propriè dicitur, qui in Iudicio apud eum, qui Iuriſdictioni præeſt, deſiderium ſuum, vel amici exponit, ſiue alterius deſiderio contradicit; at ſecus eſt in eo, qui in propria domo conſilium alteri dat, ibi nu. 101.

Et iſtud munus exercere prohibitus, non prohibetur priuatim domi ſuę conſilium amici dare, etiam per allegationes Iuris in ſcriptis datas, ibi nu. 101.

Contrarium tamen verius eſſet, vbi extaret ſtatutum, quòd alieni aduocationem generaliter prohiberet, quia tunc, nedum aduocationem, ſed etiam conſilium, & ſubſcriptionem comprehenderet, ibi nu. 102.

Et Aduocatus pauperi dandus poteſt cogi ad præſtandum ſuum patrociniū, etiam Meretrici, quę dicitur pauper, & miſerabilis, ibi nu. 103.

Extende ibi nu. 104.

Subextende, vt ibi nu. 105.

Immò vnumquemque in quouis caſu defendere tenetur, in quo, quis ſub mortali peccato eleemoſinam facere tenetur; & ratio eſt, quia non minus debet Aduocatus eleemoſinam facere de ſua arte, quàm diues de ſuis bonis, concl. 60. num. 105.

Et defendere non prohibetur id, quod prius, cum eſſet Iudex iudicauerat, concl. 156. n. 21.

Sed qui iudicauit in prima inſtantia, licèt non prohibeatur eius patrocinium præſtare in ſecūda, tamen melius fiet, ſi ſe abſtineat, concl. 60. num. 106.

Et ille patrocinium ſponte contra Dominum ſuſcipere non poteſt; & ratio eſt, quia quis non debet ſolum ſe abſtinere à malo contra Dominum, ſed pro eo bonum quoque facere tenetur, Item, quia veluti Vaſallus tenetur adiuuare Dominum in prælio, ita quoque tenetur illum defendere in Iudicio, ibi nu. 107.

Sed eſt benè verum, quòd excuſabitur ſi per Iudicem erit coactus, ibi nu. 107.

Itē fallit alijs pluribus modis, vt ibi n. 108. cū ſeq.

Aduocatus ſi quis ſit ordinarius duorū litigantiū, & inter eos lis oriatur, tūc ille debet patrocinari pro eo, qui iuſtā cauſam habet; aliàs in dubio primum iuuare tenetur, quia ius primi eſt potentius iure ſecundi concl. 60. nu. 114.

Iurans Eccleſiam adiuuare, & defendere, ſi ſcit Eccleſię litem motam fuiſſe, tunc tenebitur etiam irrequiſitus, ad eius fauorem, & defenſionem venire, ibi nu. 15.

Aduocatus Curiam ſequens, non obid dicitur Incola, niſi habeat animum contrahendi domicilium Romę, ibi nu. 116.

Extende idem procedere in officiali, qui etiam ſi per mille annos ſteterit in aliquo loco, non ob id incolatum, & domicilium contrahit, ibi num. 117.

Debet pro viribus ſuis ſuum clientulum defendere; aliàs pluſquam latrio reputandus venit, ibi num. 119.

Extende, vt ibidem.

Sed moderata eloquentia vti debet, quia Aduocatus paucis agendo, pudorem ſuum conſeruare dicitur, ibi nu. 119.

Et ille ſi rectè, & prudēter illius officium exerceat, tunc opus illud dicitur meritorium, nec non illius vita melior eſt, quàm quorumuis Religiſorum, concl. 60. nu. 119. in vltimis verbis.

Aduocati multi ſunt, qui cauſas protendunt adhibiti, impediunt prętermiſſi, faſtidiunt admoniti, obliuiſcuntur locupletati, & multi ſunt, qui emunt lites, vendunt intercesſiones, deputant arbitros, iudicando dictant, dicta conuellunt, litigatores attrahunt, audiendos protrahunt, tranſigentes retrahunt, & denique ſæpè cauſas tantùm differunt, vt litigantibus pluſquàm totum auferant, quia maior eſt expenſarum ſumptus, quàm ſententię fructus, ibi nu. 120.

Et quidam reperiuntur, qui negotia pauperum cępta non terminant, niſi eorum marſupia ſint euacuata, & cum ſit ſcriptum gratis recepiſtis, gratis date, ſed iſti, nec gratiam gratis dant, neque iuſtitiam iuſtè reddunt, & dicunt lucrum in archa, & damnum in conſcientia, concluſ. 60. num. 120.

Suum ſalarium integrum conſequi debēt, ſi lis per tranſactionem finiatur eo animo, illum ſua mercede fraudandi; ſecus tamen, ſi per eum ſteterit quominus lis finiatur, veluti etiam, quando bona fide partes à lite receſſerunt, quia tunc illud conſequi non deberent in totum, ſed pro rata laborum, conſiderata qualitate negotij, cauſę peritiæ, curę, & induſtriæ, ibi n. 122.

Extende, ibi nu. 122. in fine.

Aduocationis munus nō poſſunt exercere Pagani, neque excommunicati, ibi n. 123.

Extende primo, quòd neque etiam Regularis, niſi pro Monaſterio, ex licentia tamen ſui Prælati, ibidem.

Extende ſecundo, quòd neque Clericus in minoribus, aut ſacris Ordinibus conſtitutus poteſt illud exercere, quod tamen intellige verum de eo, qui eſt in minoribus conſtitutus, ſi ille habeat beneficium; aliàs ſecus, Item, quando corā Iudice ſeculari compareret, vt ibi dicto nu. 103.

Quod tamen declara non procedere in cauſa propriè Eccleſiæ, vel ſuorum Cognatorum vſque ad quartum gradum, ſiue in cauſa perſonarum miſerabilium, ciuili tamen, ſed non Criminali, vel quando alius non extaret, qui pro illis comparere poſſet, ibidem.

Extende tertio, quòd neque Epiſcopus vllo modo, nec vlla cauſa poteſt eſſe Aduocatus coram Iudice ſeculari, licèt tamen ſecus ſit coram Iudice Eccleſiaſticò, ſed in prædictis tantum caſibus, veluti dicitur etiam de ſubdiacono, Diacono, & Sacerdote, qui poſſunt eſſe Aduocati coram Iudice Eccleſiaſtico in cauſis Ciuilibus Secularium, ſed coram Seculari Iudice non poſſunt eſſe, niſi in prædictis caſibus, vel niſi cauſa, quæ tractatur eſſet Eccleſiaſtica, vt ibi dicto nu. 123.

Et

Et quibus modis res dicatur Eccleſiaſtica, vide ibidem.
Sed ea, quæ fuerunt dicta de Clerico, ſiue in ſacris, vel in ſacerdotio conſtituto non procedunt in Curia Romana, vt ibi n. 124.
In Regno autem Neapolitano, quę perſonę non poſſint iſtud officium exercere, & qua pœna afficiantur contrafacientes, vide ibi n. 125.
Aduocatus eſt dandus hæretico, ſed quando ille datur non debet conſtare de hæreſi, & talis debet eſſe vir probus, & iurare ſe iuſtis defenſionibus vti, nec non arcana cauſę ecleturum fore, concl. 60. n. 126.
Et debet ad minus eſſe ætatis annorum decem, & octo, & per quinquennium ſcientię legali operam nauaſſe, concl. 72. nu. 86.
Sed hodie diſtinctio ætatis in hoc fieri non ſolet, ibidem.
Sed ſi Aduocatus alicuius Iudex effectus fuerit, per ſuummet clientem ſuſpectus reddi poteſt, concl. 128. nu. 664.
Contrarium, concl. 156. no. 22.
Aduocatus, vel Conſultor in vna cauſa, ſi Index effectus fuerit in ea, vti ſuſpectus procedere non poteſt, concl. 138. num. 69. & concl. 156. num. 20.
Aduocatorum, & Aſſeſſorum Iuramenta ſunt diuerſa, concl. 156. nu. 25.
ÆDERE Libros adminiſtrationis tenetur adminiſtrator, idеſt Codices oſtendere, & copiam deſcribendi facerere, concl. 56. nu. 177. & concl. 61. nu. 1.
Æditio Librorum, vel Scripturarum, quando quomodo, & à quibus ſit facienda, vide concluſ. 56. num. 177. cum pluribus ſeqq. & in concluſ. 61. per totam.
Ab æditione Scripturę, quis non excuſatur, ex eo, quòd Scriptura penes eum non extet, ſi ea extaret penes alium, cui ille præcipere poſſet, concluſ. 61. nu. 11. & 14.
Plura vide in Verbo Productio, & in Verbo Scriptura.
ÆDIFICARE quilibet poteſt, domum, vel aliud ædificium in eius ſolo, etiam ſi ad ſydera extollere vellet, concluſ. 62. num. 1.
Ædificia fieri in Ciuitatibus Reipublicę intereſt, & ea facta ſuſtineri, ibi n. 2.
Ædificium reficere poteſt Dominus, abſque ſuperioris, & aliorum auctoritate, ibi nu. 3.
Fallit tamen, quando eſſemus in Caſtro in totum per rebellionem diruto, ſiue ſi materia eſſet in totum abolita, quia, cum tunc illud nouum opus conſtruere diceretur, ſed non vetus reaptare, & propterea in illo caſu eſſet neceſſaria licentia ſuperioris, concluſ. 62. num. 4.
Extende procedere, etiam ſi Rebellis, ſiue Filij eſſent cum Eccleſia reconciliati, quia nihilominus non poſſet abſque licentia Papæ illud Caſtrum, ſiue fortilitium reficere, ibi num. 4.
Ædificare poteſt Dominus in ſuo, etiam ſi per mille annos ſteterit, quòd non ædificet, concluſ. 62. nu. 7.
Item id facere poterit, Dominus in ſuo, etiam quòd luminaria vicinini obſcurarentur, ibi num. 8.
Extende procedere, etiam ſi in totum dicta luminaria obſcurarentur, ibi nu. 9.
Contrarium tamen habetur, ibi num. 10. & ibi ratio aſſignatur.
Et quomodo ſit eo caſu inſpiciendum lumen, & ſic, an ex lateribus, ſiue potius ante proſpectum domus, vide ibi nu. 11.
Sed quando tractatur de alicuius tertij præiudicio, tunc nedum damnum primariò, ſed etiam ſecundario venit attendendum, ibi nu. 12.
Item ædificare quis, vel aliud facere in ſolo alieno poteſt, quando facienti prodeſt, & Domino nihil, vel parum nocèt, concl. 62. num. 13. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium de iure eſt verius, vt ibi n. 13.
Fallit tamen, vt ibi n. 15.
Declara tamen id eſſe verum, vt ibi n. 16.
Et in ædificando præueniens, quãdo præferatur vicino retrahere volenti, vide ibi n. 18.
Et Dominus ędificare volens ad Ornatum Vrbis non poteſt cogi à vicino, in vim Bullæ Iuris congrui; dummodo æquè ſumptuoſum ædificium in illius ſito conſtruere ſit paratus, concluſ. 62. nu. 19.
Et propterea venit pręfigendus terminus Domino volenti ædificare, ad ædificandum, quo enim elapſo domus adiudicanda venit, iuxta formam dictæ conſtitutionis Iuris congrui, ibi dicto num. 19.
Et ædificare cuilibet licèt murum pro communi, ibi nu. 54.
Extende primo, quòd non ſolum, quis poſſit facere oſtium in muro proprio, ſed etiam ſuper vicini ſolo, ſaltem in quantum prętenditur ſtillicidium, ibi nu. 55.
Extende ſecundo, quòd ædificium fieri permittatur, etiam cum damno vicini, quando ęmulatio, ſiue inuidia non adeſt, ibi nu. 57.
Extende tertio procedere, etiam in loco publico, veluti in littore maris, vbi cuilibet ædificare licet, & pręſertim, quando facienti prodeſt, & parum Domino nocet, ibi nu. 58.
Extende quarto, idem procedere in fluminibus publicis, etiam non nauigabilibus, vbi quis ædificare, vel deſtruere poteſt, & ratio eſt, qui proprietas fluminum publicorum eſt Principis: Vſus verò cõmunis, qui primo occupanti conceditur, licèt in parte tantùm occupati, ibi nu. 59. & ſeqq.
Declara tamen primo prędictas ampliationes eſſe veras, dummodo illud ædificium ſine iniuria vicini fieret, ſiue vicino non noceret; aliàs poſſet à vicino propria auctoritate deſtrui, ibi num. 61.
Declara ſecundo, quòd licèt quis in mari ędificare poſſit, tamen pro ędificio erit ſoluenda penſio, ibi nu. 62.
Contrarium, quòd ſcilicèt penſio non ſoluatur pro

pro ædificio facto in Mari, ſed in platea communis ſic, ibi nn.64.

Aedificare poteſt Eccleſia in ſolo alieno, ſed illius ſoli pretium venit ſoluendum, ibi nu.63.

Aedificare vſquè ad Cœlum quis in ſuo ſolo non poteſt, quando conſuetudo certum modum ædificandi pręſcripſiſſet, quæ potiſſimum in ædificijs attendenda venit, ſiue ſi aliquod priuilegium obſtaret in contrarium, concluſ. 62. num. 66.

Extende primo procedere, quando ædificando aliquid in alienum immitteretur, ob quod magnum damnum vicinus eſſet paſſurus, ibi n.67.

Extende ſecundo, quando ibi aliqua ſeruitus eſſet impoſita, per pactum, & ratio eſt, quia per ſtatutum, ſiue conſuetudinem poteſt certus modus in ædificando præſcribi, ibi nu.68.

Subextende id in tantùm eſſe eſſe verum, quòd immò valet conſuetudo, vt Dominus non poſſit in ſolo proprio ædificare, & quòd cogatur vendere parietem vicino, ibi n.69.

Extende tertio, quando ædificando lumini vicini officeretur, ſiue illud conductori, ac vſufructuario in totum impediret, ibi num. 70 cum ſeqq.

Extende quarto, vbi ædificium iure communi fieret, quia prohibente ſocio, illud executioni demandari non poſſet, niſi tamen ſocius vellet, quòd illud poſtea factum ſuper re communi commune fieret, ibi nu.72.

Fallit tamen primo, quando ſocius in dicta re communi ædificare vellet, & ad illud ea res eſſet deſtinata, ibi nu.73.

Fallit ſecundo, quando habens communionem cum ædificio vicini formam dicti ædificij communis non mutaret, ibi nu.74.

Extende quintò, quando impediretur ventus areę in qua triturantur fructus, & paleę à fructibus diſcernuntur, ibi n.77.

Extende ſexto, quando ædificium fieret animo nocendi, & ad æmulationem, ſiue inuidiam, vel alterius iniuriam, ibi n.78.

Et quando ædificium dicatur factum ad æmulationem, vide ibidem.

Sed in dubio quis præſumitur illud ad ſui vtilitatem, & non ad alterius æmulationem facere, ibi dicto n.78.

Immò æmulatio non conſideratur in vicino, ad ſui commodum ædificare volente, licèt alteri noceat, quia ſatis erit, quòd principalis intentio non ſit ad nocendum alicui, ſed ad ſui vtilitatem, abſque alterius detrimento, licèt etiam ſola vtilitas ſufficeret, quamuis ſecundariò alteri noceret, ibidem.

Contrarium, quòd ſcilicet, vbi tractatur de pręiudicio alterius, quod tunc damnum, nedum primariò, ſed etiam ſecundariò ſit attendendum, ibi nu.79.

Sed allegans æmulationem eam probare tenetur; Et ratio eſt, quia animus nocendi in dubio non præſumitur; ſecùs tamen, quando impenſa plus eſſet, quàm fructus, ibi nu. 80. & ſeqq.

Aedificare quis poteſt, etiam in flumine non nauigabili, quando inuidia contra vicinum ceſſat, ibi nu. 81.

Contrarium verò, quando eſſemus in flumine publico nauigabili, vbi ædificare, vel molendinum conſtruere non licet, niſi ex Principis licentia, quam tamen Populus concedere non poteſt, ibi nu.82.

Aedificare quis in ſuo non poteſt, quando id ex aliquo Iure ſpeciali, ſiue Priuilegio ei facere non liceret, ibi nu. 84.

Extende ibi nu. 85.

Et ædificare volens tenetur ſeruare formam l. fin. ff. fin. regund. nempè, quod ædificium diſtet per vnum pedem, vel per duos, ſiue plus prout diſtinguitur in dicta l. fin. ibi n.86.

Declara, quòd ſi conſtruatur murus iuxta prędium ruſticum, tunc ſpacium vnius pedis dimitti debet, ſi verò cōſtruatur domus iuxta prędium Vrbanum, tunc dimitti debet ſpacium duorum pedum ibi 87.

Fallit tamen primo in l. męniana, quia ea maiorem requirit diſtantiam, ibi n.97.

Fallit ſecundo in Fico, & Oliua, quia in eorum plantatione decem pedes ſunt intermittendi, & ratio eſt, quia earum radices in longius dilatantur, ibi n.95.

Secus verò in alijs arboribus, pro quibus duo pedes intermittuntur, ibidem.

Sed quid in muro communi? An forma iſtius legis finalis ſit ſeruanda, vide ibi ſub num. 90. & ſeqq.

Et pes à quo loco ſit dimenſurandus, vide ibi nn. 93.

Item pes iuxta diſpoſitionem dictę l. fin. conſtat quindecim digitis, paſſus autem conſtat quinquè pedibus, vt ibi n.95.

Et cuius ſit illa diſtantia, quę dimittitur inter duas domos, vide ibi n.110.

Aedificium, quando de per ſe ſtare poteſt, alio pariete ſublato, tunc diſtantia data ab illa l. fin. ff. fin. regund. non eſt attendenda, concluſ. 62. nu.99.

Extende primo, idem procedere, quando ædificium non ex obiecto, & oppoſito, vel fronte muri, ſeu domus, ſed ſolùm ſi fieret ex latere domus vicini, ibi nu.100.

Contrarium licèt habeatur ibi n.101.

Extende ſecundo, quando aliquod ædificium fieret, in cuius conſtructione non ſoderetur in terra, & ſic ſi vicino damnum non tribueretur, quia tunc prędicta diſtanntia non eſſet attendenda, ibi n.102.

Extende quinto, quòd neque etiam in muro crudo, & ligneo, aut in ſepe attenditur dictæ l. fin. diſpoſitio, quia huiuſmodi ædificia fiunt, etiam ſpacio non dimiſſio; at ſecus, quando murus eſſet ſiccus, ibi n.103.

Et nota quòd murus crudus ille dicitur, qui fit de lapidibus, ſine gyptio, calce, & cęmento; ſecus autem ille dicitur, qui eſſet è conuerſo conſtructus; nempè cum gyptio, calce, & cęmento, ibi n. 103.

Extende quarto, quando conſuetudinibus, ſiue ſtatutis contrarium fuiſſet determinatum, quibus, ſiue ſimus in publicis, ſiue in priuatis ædificijs ſemper ſtandum erit, ibi n.104.

Aedificare aliud eſt, aliud facere ædificare; nam ædificare fit propria pecunia, & facere ædificare fit aliena pecunia, ibi n.126.

Aedificium exiſtens in vno Caſali, aut Podere non venit æſtimandum in illius Poderis, ſiue Caſalis venditione, niſi aliter fuerit conuentum inter partes, ibi n.97.

Furnum ędificare non licèt vicino iuxta domum vicini, concl.62. n.105.

Contrarium, & ſic, quòd liceat vicino fundum conſtruere in ſuo ſolo, etiam quòd alteri noceret, ibi nu.106.

Declara tamen hanc ſecundam opinionem eſſe veram, dummodo id à vicino animo nocendi non fiat, quod enim in dubio non præſumitur, ibi nu.106.

Fallit tamen, quãdo ius prohibendi à facto Principis fuiſſet quæſitum, ibidem.

Concorda tu tamen prædictas opiniones, vt ibi nu.107.

Item non licet facere alicui priuato Aedificium in eius domo, ſiue aliud exercitium, per quod alteri vicino malus odor, ac fœtor reſultet, ibi num.110.

Extende, quòd vicinus ędificare non poteſt, ſi per illud ædificium ſol, aer, & ventus occuparetur alteri vicino, quia ſol, aer, & ventus debent eſſe communes, ibi n.113.

Sed ſi quis poterit ędificare ex aliquo priuilegio contra alios priuilegiatos, tunc recentius priuilegium, & clauſulis validioribus, & magis prægnantibus munitum præualere debet, ibi num.114.

Aedificare quis non poteſt in fundo alieno, in quo nullum ius habet in præiudicium iuris alteri conceſſi, ibi n.115.

Extende id in tantùm eſſe verum, vt propterea Dominus fundi poſſit propria auctoritate ædificatum deſtruere; Et ratio eſt, quia ædificium illicitè conſtructum venit demoliendum, cum pro non ædificio habeatur, ibi n.116.

Et tunc illud factum illicitè dicitur, quando per conſtitutiones illud deſtrui mandatur, ibi num. 116.

Subextende eò magis procedere in ſocio ſciente ædificantem, ſed contradicente, veluti etiam dicitur de abſente, & ignorante, quia iſti in huiuſmodi caſibus habent actionem ad demoliendum id, quod fuit ædificatum, licèt ſecùs ſi ſocius ſciuerit, & tacuerit, quia tunc ad demoliendum non agit, ſed ſolum ad intereſſe, vel ad cautionẽ damni infecti; ſed ſi forſam cõſentiret, ſibi in totum præiudicaret, ita vt neque tunc ad intereſſe, neque ad demolitionem agere poſſet, ibi n.117.

Remedium autem, quod datur ſocio ad deſtruendum illud opus ab altero factum, erit interdictum; Quod vi, aut clam, & non illud communi diuidundo, ibi n.117.

Contrarium, vt ibi n.118. & ibi ratio aſſignatur.

Aedificans, ſiue plantans in ſolo alieno donare non cenſetur, ſed ad ſui vtilitatem, & commodum id facere videtur, concl.135. n.18.

Aedificium licèt ad ſolum pertinere, & ei cedere dicatur; ſecus tamen eſſet, quando contingeret illud diſſolui, quia tunc poſſet Dominus cœmenta ſua, quibus ædificium erat conſtructum, repetere; Immò etiam impenſam, quam fecit retrahere; dummodo tamen ædificans in alieno ſolo bona fide ſe geſſerit; at ſecùs ſi mala, quia tunc ædificium, & impenſę ſolo cederent, concl.62. n.119. & concl.136. n.17.

Extende idem procedere in ædificante in re aliena ſcienter, quia melioramenta perdit; quẽadmodum dicitur etiam de ædificante in bonis fideicommiſſo ſubiectis, per ipſum emptis, quia tunc id animo donandi feciſſe præſumitur ibi nu.120.

Fallit tamen, ſi quis feciſſet melioramenta eo tempore quo aliquod ius ædificans haberet in re meliorata, & ſic quando alia ratio excogitari poſſit, quàm ea donationis, licèt ea præſumptio donandi ſit talis, quæ recipere poteſt interpretationem in contrarium, cum ſit Iuris tantùm, & non Iuris, & de Iure, ibi nu.120.

Et ſcientia ad hoc, vt noceat in ædificante non ſufficit eam interueniſſe, iam facto ædificio, ſed ea interuenire debet, quando ædificium conſtruitur, ibi n.121.

Declara præterea eam regulam non habere locum; nempè, quòd ædificium ſolo cedat, quãdo coniecturę, & probationes in contrarium apparerent, ibi n.122.

Ædificia deuaſtare, & arbores ſuccidere paria ſunt, concl.136. nu.21.

Aedificium conſtructum in feudo, & Emphiteuſi poteſt per Vaſallum, & Emphiteutam tolli quandocumque, & ratio eſt, quia ædificia conſtructa, vel reparata in feudo, & Emphiteuſi cedunt commodo, & vtilitati Vaſalli, & Emphiteutæ, non autem Domino, concluſ.62. nu.123.

Declara tamen iſtud procedere, dummodo Vaſallus legem feudi non offendat, ideſt dummodo prius Dominum interpellet ad ſibi æſtimationem ſoluendam; Et ratio eſt, quia cum Dominus mediante ſolutione poſſit melioramenta pro ſe retinere, ob id non poteſt Emphiteuta illum huiuſmodi facultate priuare, quæ ſibi à legibus fuit conceſſa, ibi num.124

Extende huiuſmodi declarationem procedere etiam ſi Vaſallo liceret melioramenta finito feudo tollere, veluti de Iure ei facere permittitur ibidem.

Et ædificium, tunc præſumitur à Vaſallo, & Emphiteuta conſtructum, quando conſtat fuiſſe à principio conceſſum nudum ſolum; Item ad cognoſcendum, quando fuerit factum de recenti, ex inſpectione probatur, ibi nu. 125.

Et quando quis vellet illud ædificium vendicare, tunc ille non cogeretur probare; ſe illud ædificari feciſſe, ſed ſufficeret ſolùm probare, quòd ipſe eſſet Dominus inferioris partis, ibi n.126.

Contrarium, quòd ſcilicèt Vaſallus non poſſit ædificia tollere; ibi n.127.

Ædificium factum ſuper re feudali, vel Emphiteutica illud quoque efficitur feudale, & Emphiteuticum, etiam ſi in re propria concedatur concl.62. n.127.

Extende, vt ibi n.128.

Contrarium dixi ſub 123. & ſeqq.

Concorda vt ibi num.129. & vide concluſ.135. num.20. & 21.

Ædificij nomen eſt verbum latum, & amplum, & ex ſignificatione Græcorum dicitur, quòd ex ædes, & facio componitur, & ſub eo vocabulo omnis conſtructio compræhenditur, vt puta Quadrigæ, currus, Pontis Nauium, & aliorum ſimilium, & appellatione ædificij, nedum ſuperficies ſignificatur, ſed etiam ſolum ipſum, cui ædificium ſuperpoſitum eſt, concl.62. n.135.

Ædeficium non eſt cenſendum apotheca, ſed potius domus, quando maior, & principalior pars illius eſt domus, concl.127. n.4.

ÆGIDIANA eſt conſtitutio à Cardinali Aegidio promulgata, dum in Prouincia Marchiæ officio legationis à Latero fungebatur, quæ enim conſtitutio obſtaculum Iuris Canonici tollit, ex cuius diſpoſitione à quocumq; grauamine appellatio datur; dummodo iuſta cauſa concurrat; & ſic igitur iſta conſtitutio omnia ad ius Ciuile reducit, & per conſequens operatur, quòd appellatio in poſſeſſorio, quoad effectum ſuſpenſiuum non admittatur, concl.63. num.1.

Et mens iſtius conſtitutionis Aegidianæ ea fuit, vt cauſa poſſeſſorij, per vnicam ſententiam eſſet terminanda, ibi dicto n.1.

Et ſeruatur in omnibus locis Romano Pontifici ſubiectis, quod tamen intellige de illis immediatè, & non mediatè ſubiectis, concl.63. n.2. & ibi aſſignatur ratio, & concl.128. n.203. & 696.

Aegidius Cardinalis licèt feciſſet iſtã conſtitutionem, ob Prouinciam Marchię, & ſucceſſiuè Sixtus Quartus eam ampliauerit ad omnes terras Eccleſiæ; Nihilominus Paulus Tertius, quando illam conſtitutionem confirmauit ſolùm ſe reſtrinxit ad terras dicto Romano Pontifici, immediatè ſubiectas, ibi n.3.

Declara, quòd talis conſtitutio nõ habet locum in ſtatu Baronorum Eccleſiæ mediatè ſubiectorum, ibi n.3

Fallit tamen in Ciuitate Auenion. quo loci dicta conſtitutio, ex vi compræhenſionis ſibi locum vendicat, ibi n.4.

Non habet locum in Ciuitatibus Auenion. Parmæ, & Placentiæ, etiam ſi cauſa ageretur Romæ, ſed ſuper bonis in dictis Ciuitatibus poſitis concl.128. n.696. & 697.

Et licèt habeat locum in omnibus locis Romanę Eccleſiæ; Id tamen non procedit in extenſionibus, & additionibus Cardinalis Carpenſis ad dd. Conſtitutiones Aegidianas factis, quia illæ non extenduntur extra Prouinciam Marchiæ, cum Dominus Cardinalis Carpenſis eſſet ſolũ legatus illius Prouinciæ, & ſic veluti illius Iuriſdictio, vltra eam vires ſuas non protrahebat, ita nec illius Conſtitutiones, vltra eam ligabant, ibi num.5.

Fallit tamen, quando contingeret litigare ſuper aliquo Caſtro, quod non eſſet immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectum, quia nihilominus ſi perſonæ litigantes eſſent immediatè ſubiectæ, & litigarent in Vrbe, tunc Aegidiana haberet locum, quia verba extenſionis Pauli Tertij licèt dirigantur in rem, tamen effectus perſonas cõcernit, ibi n.6.

Et illa eſt adeò in prouincia Marchię Generalis, vt propterea ea vſu recepta in omnibus locis præſumatur, niſi contrarium probetur, concluſ.63. n. 7.

Extende, quòd ea vti notoria non eſt producenda ibidem.

Sed quòd ea nondum promulgata in toto ſtatu Eccleſiaſtico appellationem non impediat, ibi num.8.

Reſpicit Ordinatoria Iudicij, & ideò ius fori eſt ſeruandum, ibi n.9.

Et æquiparatur l. vnicę C. de moment. poſſeſſ. & eaſdem recipit limitationes, quas recipit dicta l. vnica, & ſic veluti illa lex vnica prohibet, appellationem in poſſeſſorio ita, & Aegidiana, ibi nu.10.

Extende procedere in quocumq; poſſeſſorio, tàm plenario, quàm ſummariſſimo, ibi n.11.

Subextende idem procedere; quando ſententia eſſet lata in poſſeſſorio, per Iudicem appellationis ab obſeruatione Iudicij, quia ea taliter negotium non definit, quin altera ſententia ſperari poſſit, ibi n.12.

Fallit tamen, vbi ratio appellandi eſt in promptu, vtpotè, quando eſſent complicatæ, quia tunc etiam in poſſeſſorio appellari poſſet, ibi num.13.

Habet locum in quacumq; inſtantia, ibi n.14.

Declara tamen id eſſe verum, vtpotè, quando ſententia abſolutoria eſſet lata pro reo, & ſecunda pro actore, ſed inſimul cõſtaret ex eiſdẽ actis de iniuſtitia, & nullitate primæ; quia tunc ea vti ſententia non eſſet attendenda, ibi n. 15.

Fallit tamen primò, quando ſimpliciter eſſet lata prima ſententia abſolutoria pro reo; & ſecunda pro actore, ſed de nullitate; & iniuſtitia primæ non appareret, quia tunc non eſſet locus Aegidianæ in ſecunda inſtantia, ibi n.16.

Extende huiuſmodi fallentiam eò magis procedere, quando dicta ſententia ſecunda expreſsè reuocaret primam, ibidem.

Fallit ſecundo, quando cauſa eſſet appellabilis facta, ibi n.17.

Et quando iſto caſu dicatur facta appellabilis, vide ibi n.18.

Item habet locum, quando ſententia ad ſolum poſſeſſorium eſſet reſtricta; licèt fuerit de nullitate cognitum, concl. 63. n.19.

Fallit

Fallit tamen, quando ea haberet complicationem, cum petitorio, ibi n. 20.
Item habet locum, quando petitorium fuiſſet ſuſpenſum, & eò magis ſi fuiſſet proteſtatum, quòd quicquid in cauſa fieret ad effectum poſſeſſorij tantùm fieret, ibi n. 21.
Illi eſt locus, quando ſententia eſt lata in ſaluiano, concl. 63. n. 22. & ibi aſſignatur ratio.
Et in quibus differat à ſaluiano, vide in concl. 63. num. 24.
Tam habet locum in reo, quàm in actore, concluſ. 63. n. 25.
Fallit, vt ibi num. 26.
Et habet executionem paratam, etiam in ſcripturis priuatis, ibi n. 27.
Sed ad effectum impediendę executionis vigore Ægidianę, quid ſit probandum, vide ibi n. 28.
Item habet locum etiam in decreto, ſeu mandato de euacuando, concl. 63. n. 29. & concl. 128. num. 327.
Extende primo, quòd etiam habet locum in l. fin. C. de Edic. Diu. Adria. tollen. ibi n. 30.
Extende ſecundò idem procedere in feudis, nec eſt neceſſaria alia probatio tituli, dummodo ſit habilis ad feudum ibi n. 31.
Imò illa conſtitutio comprehendit etiam fiſcum quia fiſcus non reperitur priuilegiatus, ita, vt poſſit in poſſeſſorio appellare, ibi n. 32.
Sed non habet locum, quando adeſſet defectus ſtatuentium, vt eſt, quando ageretur inter perſonas Eccleſiaſticas, ac de eorum bonis, & ratio eſt, quia Cardinalis Aegidius Iuriſdictionem non habuit, niſi in temporalibus ibi n. 33.
Extende tribus modis, vt ibi n. 35. cum ſeqq.
Declara, vt n. 37.
Non habet locum, vbi adeſſet particulare ſtatutum diſponens poſſe appellari in poſſeſſorio, vt eſt Bononię, concl. 63. num. 39. & concl. 128. ſub num. 72.
Fallit vt ibidem.
Item non habet locum in præiudicio, irreparabili, quando diffinitiuè fuiſſet pronunciatum, ſuper poſſeſſorio, & ſic vbi nulla alia ſententia ſperari poſſet diffinitiua; ſecus autem ſi daretur appellatio, vbi quis Iura ſua deducere poſſet, ibi num. 41.
Neque tollit effectum deuolutiuum ſententiæ, & præſertim, quando adeſt commiſſio, concl. 63. num. 42.
Nec minus habet locum, quando ſententia eſt nulla, ibi n. 43.
Extende duobus modis, vt ibi n. 44. & 45.
Declara, vt ibi n. 45.
Item non habet locum in Iuriſdictionalibus, & ratio eſt, quia ea æquiparatur l. vnicę, C. ſi de moment. poſſeſſ. & ſic veluti illa lex limitatur, non procedere in poſſeſſorio mixturam continente, ita quoque ea venit limitanda in poſſeſſorio Iuriſdictionalium, quia illud habet admixtam cauſam proprietatis, ibi n. 46.
Non habet locum, vbi ageretur ad condemnationem fructuum, ibi n. 47.
Fallit tamen, vt ibi nu. 48. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium habetur. ibi n. 49.
Neque etiam habet locum in illis caſibus, qui enumerantur in Verbo Appellatio in ampliatione tertia, & concl. 63. n. 54. cum ſeqq.
Item non habet præcipuè locum, vbi complicatio, ſiue mixtura adeſt, quia ad hoc, vt ſit locus Aegidianæ opus eſt, vt ſententia ſit ſimplex, & iuſta, concl. 63. n. 50. & ſeqq.
Declara, vt ibi n. 52. & 53. & concl. 128. n. 62.
Aemulatio ſiue inuidia, quando arguatur in ædificando, & quando non, vide concl. 62. nu. 78. cum ſeqq.
AEQVALITAS eſt proportio habentium vnam quantitatem, & dicitur pacis, & tranquilitatis cultrix, inæqualitas verò ſeminarium ſeditionis, concl. 64. n. 1.
Et ſemper in omnibus eſt ſeruanda, & præſertim in Iudicio, concl. 64. n. 1 concl. 44. nu. 50. concluſ. 124. ſub nu. 738. & 910. & concl. 148. ſub num. 395.
Et vt ſeruetur multa conceduntur, quę aliàs nõ concederentur, concl. 64. n. 2.
Sed inter filios, fratres, & ſorores potiſſimum eſt ſeruanda, concl. 64. n. 3. & prius concl. 42. num. 394. & ſeqq.
Extende tribus modis, vt ibi n. 4. & ſeqq.
Contrarium, ibi n. 8. & ſeqq.
Concorda, vt ibi n. 10. & 11.
Fallit tamen, veluti dixi in concl. 170. ſub n. 119.
Aequalitatem inter filios, nedum Patres commendare, ſed etiam expreſsè pręcipere ſolent, concluſ. 123. ſub n. 97.
Aequalitas inter Patrem, & Matrem eſt ſeruanda in ſucceſſionę bonorum filij, quæ à tranſuerſalibus peruenerunt, ſiue bona ſint ex linea paterna, ſiue materna, ibi n. 12.
Ea inter contrahentes eſt ſeruanda, neque propterea illi vnquam ad imparia ſunt Iudicandi, ibi nu. 13.
Item inter ſocios eſt ſeruanda, immò in dubio, ea ſemper in ſocietate ſeruata præſumitur, ibi num. 14.
Sed in dotandis Filiabus, ſiue Sororibus, quando non ſit ſeruanda, vide concl. 170. ſub n. 119.
Inter actorem, & reum eſt ſeruanda, & ideò, quando actori appellare licèt, ita quoque reo appellare licebit, ibi n. 15.
Eſt ſeruanda in clauſula (ſi quid exequendum) vt dixi in Verbo Clauſula, ſi quid exequendum, & ideò ſi debitor nouas probationes faciet, ita creditori licebit nouis Iuribus vti, concl. 64. num. 19.
Eſt ſeruanda eodem modo in diſtributione, veluti fieri debet in ſucceſſione, ibi n. 21.
Item eſt ſeruãda in priuilegijs ad ordinationem Iudicij tendentibus, ibi n. 22.
Et vti concordiæ, & pacis nutritiua ſemper à Patre inter filios ſeruata præſumitur, & ſufficit, eam ſemel ab initio fuiſſe ſeruatam, quia non refert, ſi poſtea caſu, & tractu temporis ad inæqualitatem reducatur, ibi n. 23.
Et æqualitas coniunctionis in teſte facit illius inhabilitatem ceſſare, ibi n. 24.

Aequa-

Aequalitatis ſeruandę ius tertio non competit, niſi per viam exceptionis, non autem per modum actionis, concl.64. n.25.

AEQVITAS eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, concl.66. nu.1.

Et æquitas regulariter rigori pręfertur, ibi nu.1. & concl.98.ſub n.21.& concl.135.n.5.cū ſeqq.

Aequitatem Iudex pręoculis ſemper habere debet, ibidem.

Et eam Rota Romana ſemper ſequi ſolet, ibi num. 2.

Aequitas, & pietas caſtitati præfertur, concl.89. num. 36.

Et ea maximè eſt ſeruanda in cauſa alimētorum concl.89. n.110.

Intrat contra eum, ad cuius manus pretium rei alienę peruenit, concl.66. nu.4.

Illā amplectitur Rota Romana,relicto vtroque rigoroſo extremo, concl.66. n.3.

Aequitas l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. petat. eſt ſeruanda, ibi n.5.

Licèt illud dicatur remedium ſubſidiarium, & ideò quando ſit ſeruandum, vide ibidem.

Et illa nunquam patitur iura alterius lædi, concluſ.66. nu.6.

Item non patitur, etiam parte aduerſa Inſtante, vt Procurator, qui acceptauit per tranſmiſſum mandatum,& qui præſumitur ſcire ſecreta cauſę,examini ſe ſubijciat,in præiudicium principalis, ibi nu.7.

Aequitas neq; minus patitur,vt in beneficialibus propter ambitionem fingamus conditionem retrotrahi; ibi n.8.

Aequitati nihil magis conuenit quàm quòd pacta ſeruentur, ibi n.9.

Aequitas l.curabit ff. de actio. empt. non patitur, vt quis locupletetur cum aliena iactura, & ſic penes eundem rem, & pretium remanere, ibi num.10

Et proptereà fructus compenſatiui dantur pro re vendita, ibidem.

Extende, quòd æquitas illius l.curabit habet locum in omni contractu correſpectiuo, tàm nominato, quàm innominato, ibi n.11.

Et quando ceſſat, ibi fictio locum habere non poteſt; Et ratio eſt, quia fictio introducitur,ex quadam ratione ſuper æquitate fundata, & ideò ea ceſſante ceſſat quoque fictio, ibi n.16.

Item, quando repugnat, ita quoque mens ſtatuentium ceſſabit; Vndè ſi ſtatutum excluderet ſorores, ob fratres, ita, & multò magis excluderet neptes, ibi n.17.

Non patitur, vt contractus alio tempore fingatur celebratus, ad effectum illum reddendi nullum, quia omnes regulæ volunt, vt omnis interpretatio fiat per quam actus ſuſtineatur, ibi num.16.

Aequitatis ratio ſuadet, vt lites dirimantur, vt ſumptuum occaſioni auferatur, ibi n.18.

Et illa dictat, vt Iudex eius Arbitrium in humaniorem partem inclinet,veluti perſonis, cauſis, locis, & temporibus expedire videtur, concl. 66. num.19.

Et rigori non præfertur, quando æquitas non eſſet ſcripta, rigor verò ſic, quia tunc rigor illi præfertur, concl.66. nu. 20. & ſub nu.21. ratio aſſignatur.

Extende quinque modis, vt ibi n.22. cum ſeqq.

Contrarium tamen verius, vt ibi num.29. & ibi ratio differentiæ datur.

Declara tamen, vt ibi n.30.

Et quando inducitur exorbitans ad fauorem certarum perſonarum, tunc ea ſemper interpretari debet, vt nunquam alijs noceat, licèt in omnem euentum ea ſemper ſit ſeruanda in his, quæ ſpecialiter à Iure non ſunt expræſſa, & propterea ſi Iudex habet facultatem procedendi de æquitate, non debet Iudicare contra leges, etiam rigorem continentes, concl. 66. num.31.

AES alienum teſtatoris in primis, & ante omnia ex fideicommiſſo venit detrahendum,ante hæreditatis reſtitutionem, veluti etiam fit de impenſa funeris, & dote vxoris teſtatoris, concluſ.67. nu.1.

Et ratio eſt, quia bona ſemper intelliguntur deducto ære alieno, vt ibi n. 2.

Et illud minuit fideicommiſſum, etiam quando ipſimet hæredi eſſet debitum, ibi n.4.

Et contractum ex cauſa neceſſaria, & titulo oneroſo impedit detractionem legitimæ, ſecùs autem ſi ex cauſa voluntaria, quia tunc illius detractationem non impediret, cum ea nullum onus, & grauamē in ſe recipiat, licèt tamen ſecus eſſet, quando onus eſſet intrinſecum, & ex legis diſpoſitione proueniret, concl.67.nu.5.& ſub n.6 aſſignatur ratio.

Illud dicitur iuſta cauſa alienationis minoris, quod tamen intellige verum, quando creditor id petat, & inſtet, vltra, quòd ad illius alienationem validandam alia quinque ſunt neceſſaria, & primò Tutoris autoritas; ſecundò, quòd res minus damnoſa vendatur; tertio diſcuſſio omnium prædictorum. quarto ſolemnitates Iuris ſunt adhibende. quinto decretum Iudicis eſt neceſſarium, alias ipſis deficientibus, contractus eſſet nullus. ibi n.6.

Extende prædicta multò magis eſſe neceſſaria, quando adminiſtrator eſſet creditor, & venderet ad effectum, ſibi ſatisfaciendi. ibi n.8. & vide concl.85. n.6. & concl.87. n.132.

Aes alienum debet à legatarijs ſolui, quando tamen liquidò conſtaret hæreditatem non eſſe ſoluendo, ibi n.9.

Aes alienum non validat alienationem rei Eccleſiæ, niſi etiam vtilitas, & ſolemnitas concurrant, concl.85. n.31 & 37.

AESTIMATIO fundi in dotem dati facit cenſeri emptionem celebratam, concl.68.n.1.

Extende primò id in tantùm eſſe verum, vt ſi ille fundus augeatur, tunc illud augmentum erit viri,& non vxoris, licèt ſecus, quando æſtimatio non ſequatur, ibi n.2. & 35.

Extende ſecundo procedere, quando prius dos fuiſſet promiſſa, & conſtituta in quantitate, & poſtea pro ſolutione fuiſſet res æſtimata, ibi n.3

Ex-

Extende tertio, quòd ex huiuſmodi æſtimatione Dominium rei æſtimatę transferatur in virum, in quem rei periculum quoquè tranſit, ibi n.4.

Fallit tamen, quando rei æſtimatio ad alium finem fuiſſet facta; nempè vt illius valor ſciretur quia tunc Dominium non transfertur, ibi n.5.

Et tunc ſufficeret, quòd tacitè colligi poſſet, vt æſtimatio ad alium finem facta præſumeretur, ibi num.6.

Extende quarto, quod quando æſtimatio in dote emptionem facit, tunc non res, ſed pretium in reſtitutione venit, ibi n.7.

Extende quinto, vt præcedente æſtimatione in dote, ſi poſtea fuerit dictum, vt dos ſit reſtituenda eo modo, quo fuit habita, & recepta; nihilominus maritus tenetur ad pretium, non autē ad rei reſtitutionem, ibi nu.8.

Contrarium licèt habeatur, ibi n.9.

Concorda, vt ibi nu.10.

Fallit tamen, vt ibi nu.10.

Sed dictam primam opinionem tenēdo; Amplia illam decem modis procedere, vt ibi num.11. cum ſeqq. & ibi contrarietates, & earum concordantias inuenies.

Aeſtimatio debitoris generis facit emptionem, & ſic tunc Dominium transfertur; at ſecus ſi eſſet ſpeciei, veluti de animalibus, quando eorum æſtimatio fit, ad effectum ſciendi illorum valorem concl. 68. nu.28.

Et illa nominis debitoris, quando emptionem faciat, ita vt maritus teneatur illud proprijs ſumptibus exigere, vide in Verbo Nomen debitoris, & in concl.68. n.29. & ſeqq.

Et Facta de prædio tradito emptionem, & venditionem operatur, ibi n. 32.

Aeſtimatio bonorum non debetur in reſtitutione dotis, quando ea fuerit promiſſa in pecunia, ſed poſtea bona, licèt tamen non in ſolutum darentur, quia tunc dicta bona, ſed non eorum æſtimatio in reſtitutione veniunt, concluſ. 68. num. 33.

Fallit tamen, quando dos eſſet promiſſa, & in quantitate conſtituta, ſed poſtea pro illius reſtitutione res æſtimata fuiſſet aſſignata, veluti quoquè eſſet, quando res æſtimata fuiſſet data pro fundo dotali, quia tunc dicta æſtimatio emptionem faceret, & ſic illius Dominium tranſiret in virum, ibi n.34.

Extende illud in tantum eſſe verum, vt propterea, ſi dicta bona fuiſſent euicta, tunc vir in reſtitutione dotis pecuniam integrè reſtituere tenetur, ibidem, n.35.

Declara tamen id eſſe verum, quando eſſemus in extraneo dotante, quia tunc de euictione non tenetur, niſi dos à promiſſione inciperet, ſecus autem ſi eſſemus in dotare debente, quia tunc ſimpliciter tenetur nulla facta diſtinctione, ibi num.36.

Item illa dotis emptionem non facit, quando bona fuerunt æſtimata, ad hoc, vt ſciretur, quātum ſuppleri deberet, pro complemento dotis ibi nu.37.

Sed in dubio emptionem inducit, ibi n.37.

Contrarium, vt ibi nu.38.

Et tenendo primam opinionem, extende eam primo procedere, quando promiſſio dotis eſſet facta in certa quantitate, quia tunc bonorū venditio facta cenſeretur, vt ibi n.39.

Extende ſecundo multò magis procedere, quādo promiſſio eſſet facta de reſtituenda pecunia, ibi nu.40.

Item illa dotis emptionem non inducit, quando fieret, vt ſciri poſſet ſi res reddatur meliorata, vel deteriorata, & præcipuè, quando res æſtimatę fuerunt datę, ſed poſtea ex interuallo fuiſſet facta eorum æſtimatio; Et ratio eſt, quia per huiuſmodi æſtimationem non cenſetur partes velle, quòd res illę deſinant eſſe dotales, ſed earum ęſtimatio præſumeretur eo caſu facta ad declarationem deteriorationis, & meliorationis, ibi nu. 41.

Et ſic eo caſu periculum rei in maritum non trāſiret, nu.42.

Contrarium licèt, ibi nu.43.

Illa dotis Dominium non transfert, quando ad alium finem fuiſſet facta, ibi n. 44.

Veluti ea rei in dotem datæ emptionem non inducit, quando vir non ſoluendo efficeretur, quia tunc mulier haberet regreſſum contra fundum æſtimatum, ibi n. 45.

Et ratio ea eſt, quia lex fingit illius fundi Dominium nunquam in damnum vxoris proceſſiſſe, & propterea dictum Dominium fit reuocabile, ibidem.

Quod enim extende eò magis procedere, quando de tempore conſignationis dotis vir eſſet inops, quia tunc rem æſtimatam, non autem illius pretium reſtituere tenetur, & ratio eſt, quia cum vir ſit pauper, lex fingere non poteſt, quòd breui manu ille dederit pretiū vxori pro æſtimatione, & reſtitutione dotis, ibi n.46.

Sed declara tamen, quòd emptores illius fundi dotalis tali caſu liberarētur ab illius reſtitutione, offerendo vxori æſtimationem ſuæ dotis; Quod tamen intellige verum, quando per mulierem ageretur ad dotis reſtitutionem ſoluto matrimonio; at ſecus ſi eo conſtante, quia tunc oblatio æſtimationis admittenda non venit, ibi num. 47.

Item illa rei datę in dotem non transfert Dominium in virum, ſi nuptiæ non ſequantur, & tunc vir rem datam æſtimatam reſtituere tenetur, non autem illius pretium, ibi n. 44.

Sed ea emptionem non facit in contractibus ad tranſlationem Dominij non ordinatis, concluſ.68. nu.48.

Item illa bouum facta in miniſterium, & culturam agri non facit emptionem, ibi n.49.

Contrarium tamen, vt ibi nu.50.

Concorda, vt ibi nu.51.

Et illa animalium, quæ dantur ad ſocietatem, vel locantur, quid operetur, vide concl.108. & in Verbo Animalia.

Item emptionem non inducit, quando ea non eſt facta condigno pretio; licèt ſit benè verum, quòd in dubio pretium præſumitur iuſtum, & æqui-

æquiualere rei, & ideo qui dicit contrarium illud probare tenetur, concl.68.nu.52.

Declara tamen, vt ibi nu.53.

Aeſtimatio non facit emptionem, quando fuit promiſſa dos certæ quantitatis primo viro, & poſtea ea ſimpliciter promitteretur ſecundo nulla facta mentione certæ quantitatis, ſed ſolum fuiſſent datæ quædam res nomine dotis, concl.68.n.55.& ibi ratio aſſignatur.

Æſtimatio rei eſt neceſſaria, antequam ſubhaſtatio, & adiudicatio fiat, concl.52. n.11.

Fallit tamen in caſibus, de quibus ibi, n.12.

Et quomodo æſtimatores ſint eligendi, & quomodo in eorum æſtimatione, & relatione procedere debeant; Vide in dicta concl.52.n.11.

Æſtimari quando debent terræ alicuius Poderis, ſiue Caſalis, aut Poſſeſſionis, tunc ædificium non venit æſtimandum, niſi inter partes aliud fuerit conuentum, concl.62. n.97.

Æſtimatio facta incontinenti de re data in dotem, quid operetur, & quid ea facta, ex interuallo: vide in concl.68.n.17. cum ſeqq.

ÆSTIMATIO eſt ſoluenda, quando illud, quod debitum eſt præſtari non poteſt, concl. 69nu.1.

Item illa frumenti, vini, olei, aureorum, & ſimilium debetur, quando non reperitur eadem bonitas, & pecunia debita, vel quando poſſent etiam haberi fructus, ſed cum maximo incommodo, & ſumptu debitoris, vel pro immoderato, & exceſſiuo pretio, nec non cum difficultate, concl.69.nu.4.

Ita quoque, & rei legatæ debetur legatario, quādo res legata eſt aliena, concl.88. num. 1. cum ſeq. & in Verbo legatum.

Sed illa rei alienę venditæ, cui ſit ſoluenda; Vide concl.88.n.1.cum ſeqq.

Æſtimatio habitationis ad vitam relictæ, debetur pro quindecim annis, præſtita tamen cautione de ſoluendo illud plus, quod illius creditor viueret; illa verò alimentorum relictorum ad vitam extenditur, vſque ad triginta annos, ſi alendus intra illam ætatem extet, concl.69.n.2. & ſeqq.

Item illa feudi debetur, quando illud fuit relictum, & præſertim pro anima, concl.69.nu.5.& ſeqq.

Contrarium, vt ibi nu.6. & ſeq. & ibi aſſignatur ratio.

Concorda, vt ibi, nu.9.

Sed in æſtimatione feudi, cuius ratio ſit habenda, Vide ibi nu.10.

Æſtimatio rei amiſſę antequam prętendatur, quomodo eius identitas ſit probanda; Vide concl. 99.nu.40.

Et illa hominis occiſi debetur filijs ad rationem, vt ibi dicta concl.69.n.11. & ſeq.

Extende primo, quòd compoſitio facta, cū Fiſco ius partis interfecti non comprehendit, concl. 69.n.13.

Extende ſecundo, quòd ſi quis fuerit ad huiuſmodi intereſſe condemnatus, non poteſt poſtea ad ceſſionem bonorum admitti, concl.69.n.14.

Extende tertio, quòd ſi occiſus eſſet iuuenis, tunc eius parentes, ſiue liberi, & hæredes poterunt prætendere operas, quas ille occiſus potuiſſet exercere in vita ſua, concl.69.nu.15.

Extende quarto, quòd filij occiſi poſſunt petere alimenta ab interfectore, etiamſi illi filij, ſiue hæredes haberent exercitium, cum quo ſe alere poſſent, concl.69. n.16.

Extende quinto, quòd nedum homicida tenetur ad damna, & intereſſe, ſed etiam ad honorem ſine partis requiſitione, concl.69. n.17.

Extende ſexto, quòd etiam expenſæ factæ in curatione, & in medicinis veniunt reficiendæ, concl.69. n.18.

Extende ſeptimo, quòd id, quod fuit dictum de occiſo, procedit etiamſi in vulnerato, concl.69. nu.19.

Subextende primo id procedere etiam, non obſtante diſpoſitione l.Liber Homo ff.ad l.Aquil. vbi habetur liberum hominem nullam æſtimationem recipere, quia non pro æſtimatione tenetur vulnerans, ſiue occiſor; ſed ratione illius intereſſe, quod ceſſat ob carentiam operarum occiſi, concl.69. nu.20.

Limita tamen id non procedere in homine Officiperdo, ideſt, nullius exercitij, nec non etiam de iuuene ſeptem annorum, in quo operarum conſideratio non habetur, concluſ.69. nu.21.

Subextende ſecundo procedere etiam, quòd operæ hominis videantur incertæ, quia quando intereſſe eſt incertum, venit poſtea per ſententiam Iudicis certificandum, concl.69. n.22.

Subextende tertio procedere, non obſtante eâ ratione, quòd ſcilicet actio legis Aquiliæ non detur, niſi pro damno de præterito, quia damnum dicitur amiſſio lucri, iam in ſpe radicati, & acquiſiti, concl.69.n.23.

Subextende quarto, quòd ęſtimatio quoque debeatur pro deformitate vulneris in facie puellæ, ibi nu.24.

Fallit tamen in homine, quia in eo non habetur conſideratio libertatis cicatricum, vel membrorum, ibi nu.24.

Contrariam opinionem tenet auctor, ibidem.

Declara tamen, quòd ea prętenſio operarum ſolum competit illis perſonis, quibus occiſus operari tenebatur, veluti parentibus, filijs, & ſimilibus, licèt etiam aliqui non deficiant tenentes; quòd ſocius in negotiatione idem prętendere valeat, ibi nu.25.

Extende prętерea prędicta procedere, etiam ſi occiſus non eſſet in poteſtate alicuius, & ſic eam actionem quoque extraneo competere; Et ratio eſt, quia quando oritur actio criminalis, quoad pœnam, oritur etiam actio in factum ad intereſſe, quę etiam extraneo competere poteſt, ibi nu.26.

Æſtimatio, quando loco rei ſuccedit, tunc taliter ipſam rem repręſentat, vt idem cum ea reputanda ſit, ibi nu.27.

Sed eſt benè verum, quòd quando ęſtimatio eſt facienda, tunc ea ſumi debet à tota re non autem

tem

tem à ſingulis partibus, concl.69. nu.28.
Æſtimatio tertię partis cauſa dotis donatę fieri debet, non tempore donationis, ſed illud mortis eſt attendendum, ibi n.44.
Sed illa ęſtimatio antiqua facta inter diuerſas perſonas, & ad alium finem non attenditur in materia æſtimationis bonorum dotalium, ſed ea ſolum eſt attendenda de tempore, quo conſignantur bona dotalia ſecundo viro, cui cedere debet augmentum dotis, concl.69. num. 41.& prius concl.68. nu.45.
Et illa legitimę fieri debet regulariter de tempore mortis Patris, cum ante illud incertum ſit ad quam ſummam aſcendere poſſit; ſecus autem ſi Pater in vita ſua legitimam aſſignaſſet filio, quia tunc conſideraretur tempus cōſignationis concluſ.69. nu.46. & ſeqq.
Sed ea melioramentorum fit de tempore præſenti, non autem de præterito, in quo meliorationes factæ fuerunt, ibi nu.50.
Contrarium, vt ibi nu.51.
Concorda, vt ibi nu.52.
Sed æſtimatio, quando fiat de eo, quod minus fuit impenſum, vide ibi n.52.
Item illa rei pignoratę eſt facienda ſecundum tempus præſens, quia omne augmentum ad commodum creditoris cedit, quod tamen intellige verum, quando poſſeſſor pignoris hippotecaria conueniretur, & rei valor ex tempore eſſet auctus; at ſecus, quando valor ex melioramentis manufactis à poſſeſſore augeretur, quia tunc augumentum non creditori, ſed ipſi competeret, ibi nu.54.
Æſtimatio, quando eſt facienda affictus domus, tunc ex illius penſione deduci debent impenſæ neceſſarię, & quę pro illius reparatione fieri ſolent, concl.75. nu.15.
Et illa facienda de aliqua domo, de cuius valore ageretur, fit ſecundum tempus pręſens, quia pretia huiuſmodi rerum tempore, ſiue in melius, ſiue in peius variari ſolent, ibi nu.55.
Æſtimationes ſunt à peritis faciendę, & quomodo illi, ſiue Arbitri, & Arbitratores debeant in eis ſe ingerere, ad hoc, vt dictę æſtimationes legitimè fiant, vide in dicta concl. 69. num.56. cum ſeqq.
Vnde illa facta per peritos à Iudice electos eſt potius attendenda, quàm dictum teſtium, cum nemo melius ſcire poſſit rei valorem, ſecundum communem æſtimationem, quàm peritus, ibi num.69.
Et ratio potiſſima illius concluſionis ea eſt, quia periti participant de Iudice, & Teſte, concl.69. nu.70.
Et ad hoc, vt valeat debet fieri per ęſtimatorem, cum præſentia partis, etiam ſi ille æſtimator extraiudicialiter eligeretur, & propterea erit cautela, vt partes moneantur ad intereſſendum, pro die, & hora certis, & ratio eſt, quia præſentia partis poſſet peritum in diuerſam ſententiam trahere, concl.69. nu.71.
Sed quamuis fieret, omiſſa certioratione partis, non ob id tamen ea dicitur nulla, ſed tunc ab ea poteſt benè reclamari, concl.69. n.76.
Extende, quòd immò à tali æſtimatione licet quandocumque appellare; quamuis etiam non fieret in tempore, concl. 69. n.77.
Subextende procedere, etiam quòd fuiſſet promiſſum ſtare cuicumque æſtimationi, ſed ſi grauatus reclamaret à prima æſtimatione, & fieret ſecunda, tunc illi eſſet ſtandum, quando tamen ea legitimè facta fuiſſet; aliàs ſecus, quia quod nullum eſt, nullum parit effectum, ibi, nu.78.
Fallit tamen, quando non niſi difficulter æſtimatio fieri poſſet, quia tunc ea concedenda non veniret, cum difficultas impoſſibilitati æquipararetur, concl.69. nu.78.
Sed quando eſt facta per æſtimatores à Iudice electos, ab ea vti vera, clara, & indubitabili nō eſt recedendum, concl.152. n.17.
Et quando legitimè facta dicatur, vide in concluſ.69. nu.80. & ſeqq.
Et quomodo ſit facienda æſtimatio, quando Arbitri diſcordant diuerſas ſententias ferendo, vide concl.133. n.129.
Æſtimatio rerum comeſtibilium eſt ſumenda ex loco fori publici, ad effectum ſciendi earum valorem, ibi nu.82.
Sed ſi dubitaretur à Iudice de earum iuſto pretio, tunc ille melius faceret, ſi mitteret vna cum exe cutore peritos in arte, pro illis taxandis, ad hoc, vt earum venditio, ſiue ſubhaſtatio rectius ſequatur, ibi n. 82.
Et quando ſemel eſt facta dicta æſtimatio fructuū, amplius creſcere, aut decreſcere non poteſt illis conſumptis; dummodo ea fuerit facta ſecundum valorem loci, vbi recolliguntur fructus, ibi nu.83.
Et illa fructuum, cum non ſit vniformis, ideò eorum valor ex redditibus veteribus probari non poteſt, vltra quod habemus, quòd ex præſenti æſtimatione iuſtum prętium conſtituitur, ibi num.84. & ſeqq.
Sed quando eſt fienda tàm rerum mobilium quàm immobilium, quæ fieri debeat, aut per teſtes, ſiue per Iudicem, aut æſtimatores, tunc illi ſemper reddere debent rationem concludentem, etiam non interrogati, quando deponunt de quantitate, ſiue eorum bonorum valore, ibi nu86.
Declara tamen, quòd iſti teſtes debent deponere de communi valore, & non de particulari affectione, & deponendo ſuper ſtabilibus debent habere notitiam confinium, ac aliarum qualitatum, ibi nu.87.
ÆSTIMATIO ad rationem quanti plurimi, vt detur, ob moram commiſſam in obligatione, debet eſſe ſpecificatus dies atquè locus ſolutionis, & debitum debet eſſe liquidum, concl. 70. num.1.
Et huiuſmodi æſtimatio ad rationem quanti plurimi, quomodo ſit facienda, Vide in concl.70. nu.1. remiſſiuè.
Æſtimatione quanti plurimi non venit onerādus debitor, ſi penuria inſolita ſuperueniſſet, ibi n.2.

Et tali caſu quid ſit probandum ab actore, & quid à reo, vide ibi eodem n.2.
Item illa non eſt onerandus debitor, quando fuiſſet interpellatus, ad huiuſmodi ſolutionem in tempore, quo ducebat vxorem, vel ſepelibat ſuum defunctum, aut miſſam audiebat, concl. 70. nu.3.
Et dies luctus, qui dantur heredi debitoris extéduntur ad nouem dies, in quibus nō attenditur mora, vel æſtimatio quanti plurimi, ibi n.4.
Quod tamen intellige in agnatis, aut cognatis, non autem in famulis, ibidem.
Extende, & ſubextende, ibi nu.5.
Licèt ea quantumuis momentanea ſemper fur ſit onerandus, etiam ſi alij contrarium ſenſerint, quorum opinio non placet auctori, concluſ.70. num.6. & 7.
Illa non datur in contractu vſurario, quia debitor tunc cogitur adimplere pro parte ſua, ibi num.8.
Et non durat vltra triennium, ibi n.9.
Et præſertim, quando ageretur de grano, vel ſimilibus, quorum ſpecies, vltra triennium durare, & conſeruari non poſſunt, ibidem.
Sed fallit, vt ibi ſub n.12. & ſeqq.
Item in hoc alio modo diſtinguit Rota Siciliæ, vt ibi nu.10.
Et tunc dicta æſtimatio ſuccedit loco rei, & ipsā rem repræſentat, & ideò creditor non poteſt, plus conſequi ratione intereſſe, quàm percepiſſet ex ipſa re, ſi illam habuiſſet, concl. 70. nu, 10. in fine.
Sed nota, quòd etiam datur vltra triennium in illis locis, vbi fructus vltra illud tempus durarent, ibi nu.11.
Sed allegans fructus vltra illud tempus durare, id probare tenetur, ibidem.
Secus autem, vbi eſſemus in obligatione facta per eum, qui ſe obligauit pro certa ſumenti quantitate, quia tunc vltra triennium non præſtatur, concl.70. n.12.
Et prædicta procedunt tàm in obligato ad huiuſmodi reſtitutionem fructuum, exiſtente in bona fide, quàm in mala, nam cum iſta conſumptio fuerit à lege inducta, mala fides in conſideratione non habetur, ibi nu.13.
Extende id etiam procedere in qualibet priuilegiata oblgatione, vt in alimentis, & ſimilibus, quia in omni caſu fructus debentur, qui legis præſumptione dicto tempore conſumūtur, ibid.
Æſtimatio quanti minoris debetur, ſi venditor non certiorauerit emptorem de qualitatibus rei venditæ, ob quas minoris eſſet empturus, concluſ.70. nu.14.
Quod tamen declara, vt ibidem.
Extende tribus modis, vt ibi n.15. & ſeqq.
Fallit tamen, vt ibi n.17.
Sed illa circa reſtitutionem quanti minoris quomodo ſit facienda, & quod tempus conſideretur, vide in concl.70. n.18. remiſſiuè.
Æſtimatores debent à partibus eligi, & cum Iuramento deputari de facienda legali, bona, & æqua æſtimatione, concl.38.n.55.
Et quomodo in eorum æſtimatione, ac relatione procedere debeant, vide in concl.52. n.11.
ÆSTIMVM, ſiue Cataſtrum eſt liber communis, in quo deſcribuntur bona Ciuium, & Communitatenſium, & dicitur ſacrarium Ciuitatis, & ideò vti res ſacra cuſtodiri debet, concluſ.71.n.1. & 23. & concl.72.n.16.
Æſtimi liber probat Dominium, & poſſeſſionem contra Communitatem, & demonſtrat qualitatem, & naturam bonorum in eo deſcriptorum, concl.71.nu.1.
Item probat contra omnes, & quoſcumque qui tali æſtimo conſenſerunt, ibi nu.2.
Et probat Dominium, & poſſeſſionem alio non poſſidente, adeò quòd transfert onus probandi in aduerſarium, ibi n.3.
Extende id eò magis procedere, quando tunc temporis bona accataſtrata ab alio non erant poſſeſſa, ibi n.4. & 9.
Item probat identitatem bonorum, concluſ.71. num.5.
Æſtimi liber probat Dominium, tàm contra eos de quorum voluntate partitę fuerunt ibi deſcriptę, quàm etiam contra habentes cauſam ab eis, ibi n.6.
Probat confinia, & prædia ſub eis contineri, ibi num.7.
Æſtimum Patris dicitur, quoque æſtimum filij, ſi tamen cohabitet cum Patre; ſecus ſi ſeorſum inhabitaret, & ei eſſet inuiſus, & odioſus, concluſ.71.n.8. & ibi ratio aſſignatur.
Æſtimum, ſiue Cataſtrum in antiquis ſaltem præſumptiuè Dominium, & poſſeſſionem probat, ibi nu.9.
Fallit tamen in Cataſtro minus antiquo, quia illud nullo modo poſſeſſionē probat, ibi n.10.
Æſtimi liber probat diuiſionem inter fratres, concluſ.71. nu.11.
Extende, quòd æſtimatio rei in Aeſtimo, per fratrem nomine ſuo, & fratrum facta trāſfert Dominium omnibus in eo deſcriptis, concluſ.71. num.12.
Æſtimi, & Mercatorum libri plenè probant, quādo illi ſunt approbati à lege generali, vel municipali, ibi n.15.
Sed iſte liber non probat contra non ſubditos, ibi nu.16.
Et licèt probet inter commune, & deſcriptum in æſtimo, ad hoc, vt appareat, quid, & quantum vnus ſoluere debeat, nomine functionum; tamen id non procedit inter ſcriptum, & perſonam ſingularem, ibi nu.17.
Item probat contra eum, qui cauſam haberet à deſcripto in illo, concluſ.71. num.18. & ibi ratio aſſignatur.
Sed probat, dummodo pro prædijs in eo deſcriptis fuerit facta onerum ſolutio; aliàs ſecus, ibi num.19.
Aeſtimim libro nūquam fit exacta bonorum æſtimatio, ſed potius in eo bona largo modo deſcribuntur, ibi nu.20.
Et id eò magis fit, quando concurrit affectatio eroum, qui ad hoc, vt ditiores appareant, pro ha.

benda meliori conditione in nubendo, vel indebitè contrahendo, pinguius patrimonium in dicto Libro æſtimi deſcribendum affectant, ibi nu.20.
Contrarium habetur, ibi n. 21.
Sed primam opinionem tenet Auctor, tam ob rationem prædictam, quàm etiam, quia aliqui affectant minus patrimonium deſcribi, vt collectæ ab eis minus rigoroſè ſoluantur, ibidem.
Sed ille Liber non probat Ciuilitatem, etiam ſi in eo fieret diſtinctio inter Ciues, & forenſes, quia eſt factus ad effectum onera, & gabellas exigendi, ibi nu.22.
Item non benè probat, quando non eſt benè cuſtoditus apud publicos Officiales, ad id deputatos, cum alijs requiſitis, vt in concl.71. n.23.
Æſtimum tenetur ſoluere venditor, ſi non curet bona vendita adnotari ſub nomine emptoris, licèt poſtea contra emptorem ſoluti repetitio detur, ibi nu.26.
ÆTAS dicitur eſſe quoddam ſubſtantiale in homine, ſecundum quam quis prędicatur ſcire, & alia facere. concl. 72. n. 1.
Sed ab antiquis variè, diſtinguebatur, ibidem.
Et ſecundam Hippocratem diuiditur in ſeptem gradus, vltra infantiam, pueritiam, pubertatem, iuuentutem, virilitatem, ſenectutem, & decrepitatem, vide ibidem eodem.
Perfecta de iure cōmunī eſt annorū 25. ibi n.2.
De iure autem Regni Neapolis eſt 14. annorum in feudatario, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina, ibidem.
Ætatis probatio ſæpè eſt difficilis, & ideò etiam coniecturis probari poteſt, concluſ. 72. nu.3.
Et talis probatio fieri debet eum cauſæ cognitione; aliàs in multis cauſis præiudicium produci poſſet, ibidem.
Illa Filiorum probatur ex libro Patris, præſertim defuncti, cum alijs adminiculis, & eò magis, quando Pater eſſet vir clariſſimus, & integrę opinionis, & famæ, ibi nu. 4.
Extende duobus modis, vt ibi nu.5. 6. & 7. vbi ratio aſſignatur.
Et ſemper facilius probatur, ſi de diſſoluendo matrimonio ſpirituali non agatur, quia tunc ſtrictius proceditur, nec eo caſu leuiores probationes ſufficerent, ibi n.8.
Item probatur ex fide baptiſmi, ibi nu.9.
Extende, quòd etiam ex ea fide probatur deſcēdentia, & ſimilia, ſi adminicula concurrant, ibi num. 10.
Declara duobus modis, vt ibi nu.11. & ſeqq. & ibi ratio aſſignatur.
Subdeclara tamen, ibi n.14.
Ætas ex aſpectu probatur, ibi nu.17.
Declara tamen id eſſe verum, ſed detractis ſemper decem annis, ibi nu.18.
Extende, vt ibi nu.19.
Item probatur ex publico Inſtrumento, in quo illa enuntiaretur, ibi nu.20.
Et ætas minor eſt probanda ab eo, qui illam allegat, concl 86. nu.255.
Sed poteſt probari per dationem Curatoris, concl.72. n.21. Intellige, vt in concl. 86. n.255.
Illa Pupillaris probatur ex deputatione Tutoris, concl.72. n. 22.
Extende, vt ibi nu.23.
Ætatis minoris probatio de vno tempore non concludit de alio, cum ſimus in his, quæ tractu temporis mutari ſolent, concl.72. n. 24.
& ibi datur exemplum.
Et ideò ſententia lata ſuper ætate in vno Iudicio probat etiam in alio, reſpectu illius ætatis de tempore, quo lata fuit; at ſecùs ſi de altero agatur, ibi nu.25.
Contrarium, quòd ſcilicet per dationem Tutoris, vel Curatoris non probetur ætas, habetur ibi nu. 26.
Concorda, vt ibi nu.27. & 28.
Benè probatur per teſtes dicentes, ſe fuiſſe præſentes natiuitati, etiam quòd poſtea interrogati annum Domini ignorarent, quia non ob id cēſentur ignorare dinumerationem temporis, ibi nu.29. & 31.
Fallit duobus modis, vt ibi n.30. & ſeqq.
Etiam per famam probatur, & per teſtes de auditu, præſertim quando de contractu annullando non ageretur, quia tunc probatio deberet eſſe magis concludens, ibi nu.31. & 32.
Sed illa probatio, quæ fit per famam differt ab ea, quæ fit ex aſpectu, ibi nu.31.
Item probatur per teſtes deponentes de iudicio ſuo, ſi rationem concludentem per ſenſum corporis reddant, ibidem.
Et dicta probatio totaliter perfici poteſt, ſi concurrat teſtificatio Patris, cum iuramento, maximè quando Pater eſſet vir clarus, & bonæ qualitatis, & famæ, ibi n.33.
Et illa Filij probatur per aſſertionē Matris, ſed non ſufficienter, ibi nu.34. & 35.
Ætas minor probatur, ex aſſertione Iudicis aliquā Pupillam nuncupantis, dum ei Curatorem deputat ad ipſiuſmet Pupillæ inſtantiam, ibi n.36.
Limita tamen, quòd hæc aſſertio Iudicis ſine adminiculo non ſufficiat, ibi nu.37.
Ætatis cognitio Arbitrio Iudicis eſt remittenda, ibi nu.38.
Item minor probatur, quando quis iuramento, ſe maiorē dixit, ſed poſtea fuit detectus minor, & tunc ſi in illo contractu minor agebat de lucro captando nō reſtituitur in integrū, ibi n.39
Et ratio eſt, quia nemo aduerſus proprium dolum eſt audiendus, ibidem.
Secus autem, quando ageret de damno euitando, quia tunc nō excluderetur à beneficio reſtitutionis in integrum, abſq; quòd iuramentum obſtet, ibi nu. 40. & ibi ratio aſſignatur.
Sed maior præſumitur de tempore contractus, niſi contrarium appareat; ideò allegans minorem ætatem, eam probare tenetur, ibi n.42.
Ætas ingraueſcens, ſi narretur in ſupplicatione coadiutorię debet verificari in anno 68. niſi concurrat etiam infirmitas, quia tunc verificaretur in annis 60. ibi n. 43. & ibi ratio aſſignatur.
Et ætas ingraueſcens, & morbus à pari procedunt, ibi nu.43.

Ætatis certę ſe eſſe aſſerens eam probare tenetur, etiam ſi inſtaret ſolum pro abſolutoria, quando tamen Aduerſarius, qui venit ex alio titulo illam aliàs iuſtificauit, quia ætas expræſſa in gratia per impetrantem venit iuſtificanda, ibi num. 44.

Secus quando quis v. g. impugnaret electionem ex defectu ætatis, quia tunc onus probandi impugnanti incumbit, ibidem.

Contrarium, vt ibi num. 45. & ibidem ratio aſſignatur.

Et ætas expræſſa in gratia, vti pars gratię venit per impetrantem iuſtificanda, ibi n. 44.

Ætatem legitimam aliquem non habere opponēti onus probandi incumbit, ibi n. 45.

Ætas abſolutè narrata ſine dictione (vel circa) omnino verificari debet; aliàs gratia eſſet nulla ibi nu. 46.

Ætas certa eſt probanda ab allegante ita petente in omni eo, ad quod obtinendum requiritur certæ ætatis verificatio, ibi n. 47.

Sed illam probare non eſt neceſſe, ſi ex aduerſo, non negetur, ibi n. 50.

Sed quando negatur, ad eam probandam ſemiplena probatio, & cōiecturę ſufficiunt, ibi n. 51.

Contrarium habetur, ibi n. 52.

Et illa ad obtinendum beneficium ſimplex, abſq; diſpenſatione debet eſſe 14. annorum, ibi n. 54.

Et ad obtinendum Canonicatum debet eſſe 22. annorum, ibi n. 55.

Fallit tamen in Canonicatu Pœnitentiario, quia tunc ætas debet eſſe 40. annorum completorum, vltra gradum Doctoratus, ſiue licentiam in Theologia, vel Iure Canonico, ſeu aliam aptitudinem pro loci qualitate, ibi n. 56. & 57. in fine.

Contrarium, quòd ſcilicet huiuſmodi ætatis defectus non obſtet, quādo alter aptior pro qualitate loci in Ciuitate, vel Diœceſi non reperiretur, ibi n. 57.

Et illa 14. annorum, quę requiritur in beneficio ſimplici, eadem quoq; requiritur pro habenda penſione, licèt ſecus de Iure antiquo, concl. 72. num. 58.

Ætas 14. annorum requiritur, & ſufficit ad coadiutoriam à Papa conceſſam, ibi n. 59.

Sed illa 14. annorum non eſt neceſſaria ad obtinendum ſimplex beneficium, ſine penſione, ſi aliter in fundatione fuerit ſtatutum, ibi nu. 60.

Sed ea ad obtinendum beneficium, vel Ordines an debeat eſſe completa, nec ne, vide in concl. 72. nu. 61. & 62.

Illa 14. annorum ſufficit incępta tantum, ad obtinendos Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ, etiam inſignis, ſicut ad alia beneficia, licèt ille interim non habeat vocem in Capitulo, ibi num. 63.

Contrarium, vt ibi num. 14. & ibidem ratio aſſignatur.

Et illius defectus non poteſt opponi illi, qui pręſentatur ad beneficium ſimplex Iuris Patronatus, quando fundator dixit etiam minores 14. annis poſſe ad illud admitti, ibi n. 65.

Illa in Subdiaconatu debet eſſe 22. annorum, in Diaconatu 23. & in Sacerdotio 25. concl. 72 nu. 66. & ſeqq.

Contrarium, quòd ſcilicet in Sacerdorio ſufficiat ætas annorum 24. & attigiſſe 25. ibi n. 68.

Eamque viginti quatuor annorum completorum habens, & attigens 25. habenſquè primā tonſuram poteſt obtinere beneficia curata, & ſimilia, etiam ſi non habeat quatuor Ordines minores, ibi nu. 69. & 71.

Item eam 22. annorum completorum habens, poteſt promoueri ad dignitatem principalem in Collegiata, quando curam animarum habeat, ibi num. 70.

Illa verò 22. annorum, licèt ſufficiat ad dignitates, & perſonatus non curatos; nihilominus non ſufficeret, quando illæ dignitates, & perſonatus haberent annexum Ordinem Præsbiteratus, quia tunc illa 25. annorum eſſet neceſſaria, ibi nu. 73. & 75.

Illa 24. annorum completorum requiritur ad dignitatem Decanatus, Prępoſiturę, & Archipręsbiteratus, quamuis illis cura animarum non ſubſit, ibi nu. 74.

Sed in promouendo ad Epiſcopatum debet eſſe tringinta annorum completorum, & talis debet eſſe ante ſex menſes in ſacro Ordine conſtitutus ibi n. 76.

Ætas triginta annorum requiritur in Cardinalibus, ib n. 77.

Contrarium, ibi 78.

Sed ea 25. annorum requiritur in Abbate, & 30. in Abbatiſſa, concl. 72. n. 79. & concl. 2. n. 31.

In Delegato debet eſſe viginti annorum perfectorum, quia vbi requiritur certas ætas, vltimus annus debet eſſe completus, niſi aliud Iure caueatur, ibi n. 80.

In Priore Conuentuali debet eſſe 25. annorum, in Rurali autem ſufficit annus vigeſimus, ibi num. 81.

In Prothonotario debet eſſe annorum 20. Sed ſi eſſemus in ſublimioribus, vel Filijs, aut Nepotibus Principum, ſufficit annus 16. licèt non poſſint geſtare habitum, neque Rochetum, niſi illi, qui 20. annum habent, ibi nu. 82.

Sed quæ requiratur in Iudice Ordinario, Arbitro vel Delegato, vide in concluſ. 72. num. 83. remiſſiuè.

Illa teſtis in cauſa Criminali debet eſſe annorū viginti, licèt ſufficiat etiam ſi vltimus annus, non ſit completus, cum tractetur de Intereſſe publico, ibi nu. 84.

In Procuratore ad Iudicia debet eſſe annorū 25 in eo verò ad negotia ſufficit illa, 17. ibi n. 85.

Item illa in Notario debet eſſe annorum 25. cū eius Officium ſit publicum, ibidem.

Sed in Doctore, & Aduocato, debet eſſe ad minus annorum 18. ibi nu. 86.

Illa vero in teſtibus ad probandam immemorabilem, debet eſſe annorum 54. deducto tempore litis, concl. 120. nu. 15. & 16.

Et ætas à natiuitate, non autem à conceptione commenſuranda venit, concl. 72. n. 87.

Et vbi certa requiritur, tunc vltimus annus debet eſſe completus, niſi aliud Iure caueatur, concl.72. nu.89. & concl.3. nu.14.
Aetas in multis nocet, in multis verò prodeſt, & præſertim in delictis, in quibus illa à pœna excuſat, vel delictum minuit, concl.72.n.88. cum ſeqq. vbi adducuntur exempla de pueris, & minoribus mitius caſtigatis, & alijs liberatis, licèt eorum delicta eſſent grauiſſima.
Et in quibus caſibus dinumeretur iuxta text. in l. hæreditatum ff. ad leg. falcid. vide d.concl.72. num.118.
Et illa præſumitur durare, vſq; ad centum annos, ibidem.
Ætati minori, & imprudentię in omnibus Iudicijs pœnalibus ſuccurrendum venit, concl.72.n.91
Et illa minor 25. annis pluribus priuilegijs dotatur, ibidem.
Ætatis quando nulla ratio eſt habenda in crimine Parricidij, vide ibi n.95. & 106
Et ſenilis in delictis aliquando excuſat, ibi n.96.
Contrarium habetur, ibi n.97.
Item ſeptuagenaria à tutela, & cura excuſat, ibi num.100.
Et quando faciat, vt minor in delictis veniat reſtituendus, vel excuſandus, vide in Verbo minor, & concl.72. n.103. cum pluribus ſeqq.
Sed poteſt abbreuiari, ſeu ſuppleri à Principe, ſuperiorem non recognoſcente; ibi nu.113.
Et illius defectus, an poſſit ſuppleri per ſtatutum diſtingue, vt in concl.72. n.113. cum ſeqq.
Illa 20. annorum, iuxta ſtatutum Vrbis adeò eſt ad omnes actus perfecta, vt etiam ad donandū ſufficiat, ibi nu.116.
Ætatis venia, quando fuit ſingulariter alicui conceſſa, debet publicari per proclama, vt omnibus innoteſcat, ibi n.117.
AFFECTIO duplex, Altera quæ cadit ſuper beneficijs ex eorum reſeruatione, ſiue per manus Pontificis appoſitionem; altera verò, quæ ex beneuolentia hominis prouenit, & quæ ſuper rebus, atque perſonis cadit, concl.73.n 1.
Et illa erga perſonas, vel res dicitur animi, & corporis, ex tempore aliqua de cauſa mutatio, vt ſunt iuditium, lætitia, miſericordia, cupiditas, beneuolentia, metus moleſtia, & alia, quę à nobis modo affectus, modo affectiones vocātur, ibidem.
Affectare eſt nimio affectu, & anxiè quęrere, ibidem.
Affectio eſt raptus, & abſtractio animæ contra mores, ibidem.
Et ſuper beneficijs inducitur per appoſitionem manuum Pontificis, ita vt nullus alius inferior de eo, amplius prouidere poſſit, concl.73.n.2. concl.130. n.1. & 2.
Affectionum altera reſpicit Ius Canonicum, altera verò Ius Ciuile, ibi n.2.
Affectum, quando ſemel eſt beneficium ſemper durat affectū, donec de eo prouideatur, ibi n.3
Affectio peculiaris cadit ſuper beneficio manuali data ſcientia Pontificis, quia tunc illud beneficium pro illa vice remanet affectum in tantū, quòd Ordinarius de eo prouidere non poteſt, ſed poſtea quando vacat ad eius naturam manualem reddit, concl.73. nu.4. & ibi ratio aſſignatur, & concl.130. n.20.
Affectio, vel reſeruatio generalis non comprehendit beneficia manualia, & ſi quandoq; comprehendat, veluti, quia fuiſſent à Papa commendata, illa non remanent, ita affecta quin adueniente vacatione poſſit Abbas, ſiue Ordinarius de eis prouidere, concl.73. nu.5. & ibi ratio aſſignatur.
Et illa ceſſat, quando ceſſat commenda, ibid.
Affecta beneficia duplici reſeruatione non comprehenduntur ſub indulto conceſſo, ibi n.6.
Et quid ſi concurrant clauſulæ generales, & prægnantes, vide ibidem.
Item diſtingue inter ipſas reſeruationes, pro vt ibi num.7.
Et affectio inducta per appoſitionem manuum Pontificis ceſſat ex perfectione gratiæ, concl. 73. nu.8. & concl.130. nu.20.
Et quando gratia dicatur perfecta, ita vt affectio ceſſet, vide ibi nu.9. remiſſiuè.
Et illa non inducitur ex gratia, quando ob non adimplementum conditionis ſuum effectum ſortiri non potuit, & ideò, ſi Ordinarius illud contulerit, illius collatio valebit, concl.73.n.10. & ibi ratio aſſignatur.
Item non inducitur ſuper beneficio, niſi poſtquā Papa appoſuit decretum, & ſuam voluntatem Ordinario intimauit, ibi n.11.
Et in quibus alijs caſibus inducatur, & in quibus non, vide ibi dicta concl.73. ſub nu.10.
Semper difficilius remouetur, quàm reſeruatio, & ideò, quando reſeruatio ceſſat, tamen affectio remanet, concl.73 n.12. Plura vide in Verbo Beneficium, & in Verbo Appoſitio manus Pontificis.
Affectio erga perſonas oritur ex beneuolentia, & propterea ea non cadit erga incognitos, concluſ.72. n.23.
Et minor cadit in naſcituris, quàm in iam natis, concl.73. nu.23.
Non cadit in fideicommiſſum vniuerſale, ſed benè cadit ſuper rebus, ibi 25. & 26.
Et quando poſſit conſiderari in re alienata, Item quādo hæres alienantis poſſit eam vendicare, vide ibi nu.26. cum ſeqq.
Et quando cadat in ſumma, & quantitate, vide ibidem remiſſiuè.
Itē ſuper quibus rebus cadat, vide cōcl.69.n.82.
Et illa in beneficijs contrahitur ex familiaritate Cardinalis, & multò plus ex ea Papæ, licèt ea Papæ faciat ceſſare illam Cardinalis, cum lumē maius minus offuſcet, ibi nu.13.
Extende nedum procedere in illis obtentis ante familiaritatem Cardinalis; verum etiam in alijs obtētis durante familiaritate alterius iam prædefuncti Cardinalis, ibi n.22.
Illa vero beneuolentię in aliquem ex prima denominatione deſumitur, & præſertim, quādo eſt facta de nomine proprio, & propterea in dubio diſpoſitio ſemper interpretatur ad

ſau orem primi inſtituti contra ſecundo loco nominatum, concl.73. n.32.
Contrarium habetur, ibi n.33.
Sed affectionis paritas æqualem tractatum, & dilectionem inducit, etiam ſi nomen proprium, & appellatiuum concurrerent, ibidem.
Et illius paritas omnem dolum excludit, ibi n.35
Et illa à teſtatore in hæredes oſtenſa dum dicit, ſi ipſi ex eo nati eſſent, facit eos eſſe Filijs pares, & vti tales ad hæreditatem admittuntur, ibi nu.36.
Et maior præſumitur erga deſcendentes ſuos, quàm erga tranſuerſales, licet id fallat in Auo erga Nepotem, per eam Regulam, quòd ſcilicet amor deſcendit, & non aſcendit, concl. 73. n.37. & 38. & ibi ratio aſſignatur.
Affectio nedum conſiderari debet ſecundum naturam; verum etiam ſecundum leges, concl.73. num. 38.
Affectus animæ, vide Animæ affectus.
AFFECTVS eſt irrationabilis, ac redundans animæ commotio in animi naturam irrumpẽs, ſiue eſt auerſa à recta ratione aduerſus animi naturam commotio, concl.74. n.1.
Et in delictis non punitur, niſi ſequatur effectus, concl.74. nu.2. & vide etiam in concl.50. n. 77.
Amplia primo procedere etiam in crimine veneni, concl.74. n.30.
Contrarium tenent alij, ibidem, n.5. & 13.
Amplia ſecundò etiam in crimine ſodomiæ, in quo non punitur ſolus conatus, ſi poſtea membrũ, etiam non impoſuerit concl.74. n.6.
Amplia tertio in materia iniuriarum, & propterea ſi quis dat pecuniã alicui, vt alteri dicat, vel faciat iniuriam, ſi iniuria non fuerit facta, vel dicta, tunc actione iniuriarum contra mandantem agi non poterit, ibi nũ.7.
Amplia quartò, quòd conatus pro cõſumato crimine non habeatur, etiam in atrocibus, quando pœna eſſet ſtatutaria, & propterea, quando per legem punitur affectus, ac ſi fuiſſet conſumatus, Iudex poteſt arbitrio ſuo pœnam minuere, ibi nu.8.
Amplia quintò affectum non puniri, ſi quis lectum nubilis puellæ aſcenderit, & pectus tetigerit, ſed vltra progreſſus non fuerit, ibi n.9.
Amplia ſextò, quòd ſi quis poſuerit ſcalas de nocte ad domum alicuius puellæ, vt eam violaret, tunc ſi ad effectum non deuenit, pœna mortis puniri non debet, ſed alia mitiori, ibi n.10.
Amplia ſeptimo, quòd affectus etiam in grauibus non puniatur, niſi ſecuto effectu, ſi ita de conſuetudine loci ſeruetur, cui ſtandum eſt, ibi n.11.
Limita tamen eam ampliationem octo modis, non procedere, vt ibi n.12
Contrarium, vt ibi n.21. & ibid. ratio aſſignatur.
Sed tenendo hanc ſecundam opinionem extende, vt ibi nu.22.
Tenendo autem primam extende, vt ibi n. 23.
Affectus, quando cadat in ſumma, & quantitate, vide ibi nu.25. & 26.
AFFICTVS eſt nomen generale, & indefinitum, qui affictus potius ſimplex locatio appellatur, quàm Emphiteutica, concl.75. n.1.
Et illius iuſtitia non probatur plenè per Inſtrumenta locationum, ibi n.2.
Amplia id multò magis procedere, quando dicta Inſtrumẽta locationum tempus illius locationis de qua ageretur, non percutterent, ibi n.3.
Affictus, & pretia, nedum, ex tempore, ſed etiam ex loco variari ſolent, & ob id valor vnius non poteſt neceſſariò inferri ad valorem alterius affictus. ibi nu. 4.
Et illorum ſolutiones concurrentes, cum locatione poſſeſſionem probant, ibi n.5.
Extende id procedere non ſolùm inter conductorem, & locatorem, etiam non probata effectuatione locationis; Verum etiam contra tertium, ibi nu.6. & 7.
Fallit in præiudicium illius, de cuius vera poſſeſſione conſtaret, quia aliàs poſſet fraus committi ſupponendo locationem cum fictione ſolutionis inter duos extraneos, ibi nu. 8.
Affictuarius, ſeu conductor deponens de receptione fructuum poſſeſſionem probat, ibi n.9.
Affictus, ſi ab aliquo integrè perſoluatur ipſe præſumitur in integra bonorum poſſeſſione extare, concl.75.n.10
Et exigi poſſunt à Procuratore conſtituto ad locandum, & vendendum, abſque alio ſpeciali mandato, ibi nu.11.
Contrarium, ibi nu.12.
Concorda, vt ibi nu.13.
Et illius remiſſio aliquando, ob ſterilitatem, vel alium caſum fieri debet, vt quando conductor, tot fructus non recollegit, qui deductis expenſis ad medietatem penſionis conuentæ non aſcendunt. ibi n.14.
Item illius ſolutio non poteſt retardari; donec intereſſe liquidetur, dum de mercedis remiſſione diſputatur, ibidem.
Et quando eſt facienda æſtimatio affictus alicuius domus, tunc ex illius penſione deduci debent impenſæ, quæ fieri ſolent, & ſunt neceſſariæ pro illius reparatione, ibi n.15.
Affida, quando vni in aliqua loco ab vno Principe cõcedi poſſit, vide in concl.153.n.37. & ſeq.
Affines veniunt appellatione coniunctorum, concl. 86. nu.48. & concl.149. nu.16.
Affines in contractibus mulierum, vel minorum in defectum conſanguineorum interuenire poſſunt, concl.149. nu 19.
Affinis, quando interuenit in contractu mulieris, & minoris, vt contractus ſuſtineatur, probandum eſt eum viuere, qui cauſa affinitatis eſſet concl. 149. n.17. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium ibi n.18.
Affinis, quando pro bono publico poſſit puniri, à Principe in bonis, ob delictum affinis alterius delinquentis, vide in Verbo Princeps.
AFFINITAS eſt quadam perſonarũ proximitas ex coitu proueniens omni carẽs parẽtela, ſiue coitus ſit licitus, ſiue illicitus, concl.76.n.1.
Illa ex fornicatione contracta non dirimit matrimonium contractum, niſi ſit in primo, vel ſecundo gradu, ibidem.

Sed

Sed contrahitur inter virum, & conſanguineos vxoris, & inter vxorem, & conſanguineos viri, concl. 76. n. 2.
Et eſt vinculum cauſatum ex carnis copula conſanguineorum, ibidem.
Vndè affines ſunt viri, & vxoris Cognati dicti ab eo, quòd duę Cognationes, quę diuerſę inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius Cognationis finem accedit, ibidem.
Et affinitas fit per coniunctionem ordinatam à Deo, conſanguinitas verò fit per carnis propagationem, ibidem.
Affines non dicuntur vir, & vxor, ſed affinitatis principium, ibidem.
Sed non contrahitur per coitum ſodomiticum, ibi nu. 3.
Item non contrahitur, ſi quis cognouit puellã, & clauſtrum pudoris intrauit, ſed ſemen non emiſit, ibi nu. 4.
Extende idem procedere, ſi vir emiſit ſemen, ſed non mulier, ibi nu. 5.
Sed, vt contrahatur opus eſt, vt vir, & mulier ſimul ſemen emitant, ibidem.
Contrarium tenent alij, ibi nu. 6.
Diſſoluitur per mortem vnius ex coniugibus, concl. 76. nu. 7. & concl. 149. ſub n. 17.
Extende, quòd etiam ſi remanſerint filij; nihilominus morte affinitas diſſoluta cẽſetur, quoad omnes effectus, excepto tamen impedimento matrimonij, ibi nu. 8.
Contrarium, vt ibi nu. 9.
Et ſoluta ceſſat quoq; priuilegium venię petẽdę intuitu affinitatis introductum, ibi nu. 8.
Et reſpectus illius operatur, vt actus cenſeatur factus contemplatione affinis, ibi n. 9.
Illa poteſt probari per Inſtrumẽtum, in quo quis dat alicui dotem, tamquam affini, ibi n. 9.
Et illius qualitas adeò aſtringit, vt propterea quis ratione illius poſſit, vſquè ad quartum gradum iurari ſuſpectus, ibi n. 10.
Immò talis ſuſpicio non ceſſaret, ſi affinitas per mortem alicuius diſſolueretur, & prę ſertim quando effectus illius ſuſpicionis iam fuiſſet cõſumatus ibid. & concl. 128. n. 645. & 646.
Et vt repellat aliquem, vti ſuſpectum à teſtimonio, ſeu admittat eum ad agendum ſine mandato, debet eſſe de linea aſcendentium, vel deſcendentium, nec ſufficeret eum eſſe per lineam tranſuerſalem, ibi n. 11. & 19.
Affines in gradu remoto ad teſtificandum admittuntur, & prę ſertim, quando eſſent conteſtes, concl. 76. ſub n. 11.
Affinis poteſt admitti, ad teſtificandum in cauſa matrimonij, vel quando tractatur de probanda conſanguinitate, ibi n. 12.
Contrarium vt ibi n. 13. & ibid. ratio aſſignatur.
Concorda, vt ibi un. 14. remiſſiuè.
Affinitate diſſoluta, affinis eſt idoneus teſtis, concluſ. 76. n. 11.
Sed ea regulariter probari debet per gradus diſtinctos, & ſpecificatos, cum redditione ſufficientis cauſæ, quia ea in ſenſum Corporis non cadit, concl. 76. nu. 15.
Et de quo tẽpore ſit probanda in ijs, qui vti affines interuenire debent, ex forma ſtatuti in cõtractibus mulierum, & minorum, vide concl. 86. ſub n. 63.
Et illius pręſumptio oritur ex actibus indicantibus copulã carnalem ad prolis ſuſceptionem, quę difficilè recipit probationem in contrariũ, niſi in foro conſcientię, ibi n. 16.
Item illius ſcientia non præſumitur inter abſentes, ibi nu. 17.
Sed illius ſcientia inter ſponſos, vel conſanguineos quomodo probetur, vide in concluſ. 76. nu. 17. remiſſiuè.
Et illa ſpiritualis eſt maior, quàm carnalis, concluſ. 89. nu. 55.
Et quando non ignoratur, tunc affines præſumuntur ſcire iura ſangui nis, & veritatem, ibi nu. 18.
Et illam ſi quis neget, tunc ea per errorem, & ignorantiam, non autem animo fallendi negata præſumitur, ibi n. 19.
Afflictio non eſt addenda afflicto, concl. 42. n. 79. & 100.
Affixa parieti, vti pars domus, veniunt in vẽditione illius, concl. 127. nu. 18.
Affrancatio an requirat eaſdẽ ſolemnitates, quas requirit alienatio rei Eccleſiæ, vide concl. 85. num. 98.
AGER habetur loco vnius fundi, qui iiſdem regionibus circumſcribitur, & eodem nomine nuncupatur, concl. 77. n. 1.
Vndè ſi totus à flumine corradatur, & poſtea iterum flumen ad antiquum alueum reuertatur relicto loco, vbi aderat ille locus corraſus, tũc de ęquitate locus relictus debet eſſe illius, cuius erat prius ager, ſed de rigore debet eſſe illorum, qui prædia vicina, & cohęrentia habent, concl. 77. n. 6.
Agri vicinorum viæ publicæ capi poſſunt ſoluto tamen pretio honeſto, ſi via publica ſit deperdita caſu inundationis, vel neceſſitate publica, vt puta pro faciendis foſſis publicis, ibi n. 7.
Ager ſterilis ad tempus locatus, ſi ex diligentia conductoris fertilis efficiatur, locatio ſit perpetua, & conductor facit fructus melioramentorum ſuos, ibi n. 8.
Et ſic non poterit in futurum vicinus amplius illud ingredi, & Domino inuito depaſcere, ibi num. 9.
AGERE nemo poteſt ſine intereſſe, & actione concl. 78. n. 1. & concl. 135. n. 4.
Agere volens in beneficialibus in vim mandati, ab Auditore Cameræ conceſſi, non eſt audiendus, quia cum Auditor Camerę nullam Iuriſdictionem in beneficialibus habeat; nimirum ſi ex dicto mãdato vllũ ius doceri non poſſit, ibi n. 2.
Extende primò, quòd nec etiam in vim prorogationis partium proceſſus valeat corã Auditore Camerę in beneficialibus factus, quia vbi nulla eſt Iuriſdictio, prorogationi non eſt locus, ibi nu. 3.
Extende ſecũdò id procedere, nedum ſi eſſemus in petitorio, verum etiã in poſſeſſorio, ibi n. 4.

Agere volens ſine intereſſe, & actione poteſt, etiã à Iudice repelli, etiam ſi id pars non apponeret per regulam factum Iudicis pro facto partis habetur, concl. 78. nu. 7. & concl. 135. nu. 205.
Declara tamen illud procedere, ſi ante ſententiam apponeretur, ſecùs autem, ſi poſt ſententiam, quia tunc opponens de non intereſſe agentis, non poteſt iudicium reddere retro nullum, ibi, nu. 8.
Agere, vel excipere nemo poteſt ſine intereſſe, & actione, concl. 78. nu. 1. & concluſ. 135. num. 204.
Contrarium, vt ibi nu. 10.
Agens ſine actione iniuriam inferre dicitur, concl. 78. nu. 10.
Nemo poteſt ex contractu correſpectiuo, niſi prius pro parte ſua adimpleuiſſe probetur, concl. 78. nu. 11.
Extende primo id in tantum valere, vt propterea agere volens teneatur docere, ſe adimpleuiſſe, etiam in minimo, ibi nu. 12.
Limita tribus modis, vt ibi n. 13. & ſeqq.
Et ſi non adimpleat omnia ex parte ſua, nõ facit aduerſarium incidere in aliquam pœnam, concl. 78. n. 16. & ibi ratio aſſignatur.
Extende, quòd nedum ipſe tenetur implementum probare, ſed etiam ſuccedens in locum alterius ea omnia adimplere tenetur, quæ ipſius auctor facere ſe obligauit, concl. 78. nu. 17.
Sed ſi non adimpleuerit, tunc amplius moram purgare non poteſt, concl. 78. n. 18.
Limita tamen id procedere, quando in contractu adeſſet pactum reſolutiuum; ſecùs autem quando non adeſſet, quia tunc ob defectum implementi non reſcinditur contractus, ſed benè ad illius perfectionem agitur, ibi n. 19.
Et agens vigore fideicommiſſi debet probare, quòd fideicommiſſum de eo loquatur, concl. 78. n. 20.
Sed quòd iſto caſu ſufficiat probare poſſeſſionem tempore mortis hæredis grauati; Vide ibi nu. 21. & 29.
Contrarium, quòd ſcilicet agenti ex fideicommiſſo incumbat onus probandi, bona fuiſſe, non ſolum in hæreditate fideicommittentis, ſed etiam in eius dominio, vide ibi nu. 22.
Agens ad bona, vti ad ipſum ſpectantia, deſſet probare quæ, & quanta ſint illa bona; aliàs ſi de eorum identitate, ſeu quantitate non conſtaret, tunc ille agere impediretur, concl. 78. nu. 23.
Item agere volens ex conſtitutione, vel Statuto debet probare omnes qualitates à conſtitutione, ſiue à ſtatuto requiſitas, quarum altera ſi deficeret, conſtitutio, ſiue Statutum non intraret, concl. 78. nu. 24.
Extende vt ibidem.
Agere volenti ex Statuto alienationem, abſque licentia in forenſem prohibente, ſufficit alienationẽ probare, nec tenetur vlterius docere, licentiam non interueniſſe, concl. 78. n. 25. & n. 26. ratio aſsignatur
Agere volens rei vendicatione tenetur probare dominium ad ſui fauorem, concl. 78. nu. 27.
Declara tamen id eſſe verum, vt ibi nu. 28.
Licèt alij alio modo diſtinguant, vt ibidem.
Itẽ huiuſmodi actione agere volens, de Dominio ſui auctoris oſtendere tenetur, & eò magis, quando quis immediatè ageret ex perſona Authoris, quia tunc tenetur illud probare, quod eius auctor probare tenebatur, concl. 78. nu. 28.
Agens ex vna cauſa regulariter non obtinet, ſi non ex illa, ſed ex alia cauſa probet, concl. 78. nu. 30.
Limita tamen duobus modis non procedere, vt ibi nu. 31. & 32.
Agens declarare non poteſt, ex qua cauſa agere voluerit, quando ex multiplicatione cauſarum ambiguitas reſultet, concl. 78. nu. 33.
Agens cum aliquo, vti tali, cum pro tali approbare cenſetur, concl. 131. nu. 45.
Extende, vt ibi n. 46. cum ſeqq.
Et agere benè dicitur, quocumque Iure quis agat, dummodo ei res petita debeatur, concl. 78. ſub nu. 33.
Sed agere quis non poteſt ante diem, & ſic antequam orta ſit actio; aliàs agendo malè petit, ibi nu. 34.
Secùs autem, ſi agendo conditio purificetur, quia tunc talis conditio purificata facit, vt creditor rectè egiſſe dicatur, ibidem.
Extende, & declara, vt ibi n. 19.
Agens ad caducitatem, ex eo, quia Emphiteuta per biennium à ſolutione canonis ceſſauerit, ſi pendente lite dictum biennium perficiatur, ille agens obtinebit, ibi nu. 34.
Agere quis poteſt acceſſoriè, etiam pro futuro tempore, quod tamen declara procedere de eo tempore, pro quo iam orta eſt actio, & obligatio; aliàs ſecùs, ibi n. 35.
Agere poteſt emptor de euictione, antequam ſibi moleſtia inferatur, veluti, quando res vendita eſſet in totum, vel pro parte aliena, concl. 78. num. 36.
Agere volenti ad caducitatem, & rem eſſe Emphiteuticam prætendenti, incumbit onus probandi Dominium, & quòd res ſit Emphiteutica, ibi nu. 37.
Et huiuſmodi probatio debet fieri per ſcripturas vel ſaltem per continuatam ſolutionem triginta, vel 40. annorum, ibi n. 38.
Nec admittitur Iuramentum in ſupplementum ibi nu. 39.
Neque ad ipſam probationem ſufficiunt locationes, nec confeſſiones, aut ſolutiones, ibi n. 40.
Agere volens remedio l. ſi quis conductionis C. locati ſufficit, ſi plenè probet ſe feciſſe locationem, ibi nu. 41.
Extende ibi ſub nu. 42. & ibi ratio aſſignatur.
Amplia illud remedium l. ſi quis conductionis, etiam habere locum, vt ibi n. 43.
Agere volens remedio l. ſi quis conductionis poſſunt obijci omnia ea, quæ poſſunt opponi agenti interdicto recu[illegible], ibidem.
Agere volens ad rem ſeu [illegible], ſequitur eius Dominium

minium, & identitatem cõcludentèr probare, concl.78. nu.44.
Extende, vt ibidem dicto nu.44.
Contrarium habetur ibid, n. 45.
Concorda, vt ibi n.46. & ibi datur exemplum.
Sed tenendo primam opinionem, extende eam procedere, vt ibi ſub n.47.
Agens ex contractu ſuo nomine, ab alia perſona facto, nedum cenſetur ipſum contractum approbare, ſed etiam perſonam ipſam, quæ contractum egit, concl.131. nu.2.
Agere volens ad exhibendum, tenetur ſummariè docere de ſuo intereſſe, quia edictum ad exhibendum ſuper æquitate eſt fundatum, deinde probare rei exiſtentiam eſſe penes illum, à quo petitur, concl.78. nu.48.
Limita, vt ibi nu.49.
Agens vigore ſcripturę priuatę, vel vigore Inſtrumenti, quomodo procedere debeat, vide concluſ. 123. nu. 147. cum ſeqq.
Agens vigore Inſtrumenti guarentigię, ad euitandam appellationem quid facere debeat, vide concl. 128. nu.124.
Agere volens ex diſpoſitione conditionali euentum illius conditionis probare tenetur, concluſ.78. nu.53.
Agere volens ad ſpolium debet prius actionem habere, & vtrumq; extremum probare tenetur, concl.78. n.54.
Agere volenti ſpolio obſtat exceptio proprietatis; dummodo ſit talis, quæ iuſtificet poſſeſſionem rei conuenti, & ius agentis debilitet, concluſ.78. num.55.
Agere volẽs remedio reſtitutorio ſuper decimis, tenetur probare titulum ſuæ poſſeſſionis coloratum, quod tamen declara procedere, quando actio ſpolij intentatur contra eum, qui ſe fundat in Iure communi, ibi n.56.
Agere volens in Saluiano, de fructibus ſatisfieri debet, ibi nu.57.
Fallit duobus modis, vt ibi nu.58. & 59.
Agere volens vti filius, tenetur probare ſe eſſe talem, & filiationem iuſtificare, ibi n.60.
Extende pluribus modis, vt ibi nu. 61. & ſeqq.
Agere volens, vti hæres debet prius, ſe eſſe talem probare, & illius, perſonam legitimare, concl.78. nu.72. & ibi ratio aſſignatur.
Extende, & limita pluribus modis, vt ibi nu73. cum ſeqq.
Agere volens tutor pro pupillo, Procurator pro Domino, Prælatus pro Eccleſia, & ſic de ſimilibus debene probare, ſe tales, quia quando qualitas eſt cauſa, vt quis audiatur, ea eſt probanda, etiam parte non opponente, concl.78. num. 78.
Agere volens contra pupillum petere debet, vt ei tutor, ſiue curator, aut defenſor conſtituatur, concl. 86. num.22.
Agere volens contra aliquem, vt hæredem, dicitur eum pro tali approbare, ita vt alia perſonarum legimatio non ſit neceſſaria, concl.78. n.80.
Agere volens nomine hæreditario, ſi contra eum non negatur, eum eſſe talem, tunc ſe eſſe talem probare non cogitur, concl.78. n.81.
Contrarium, ibi nu.82.
Agere vti hæres volens in Iudicio poſſeſſorio, non eſt neceſſe, quòd ſe talem eſſe probet, ſed ſufficit dicere, Ego ſum hæres concl.78. num. 83. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium habetur, ibi nu.84.
Agere volens vti hæres, ſi ſe talem probauit, non tenetur docere, ſe proximiorem, ſed ſufficit probare, ſe eſſe vnum ex his, qui ab inteſtato vocantur, concl.78. nu.86.
Agere volens via Monitorij, non poteſt poſtea ea omiſſa, agere via executiua, concl. 78. nu. 87.
Fallit, vt in concl.35. nu.22. & concl.148. ſub nu. 110.
Agerę volenti via executiua obſtat remiſſoria data aduerſario, quæ proceſſum retardat, concl. 78. nu.88.
Secùs eſſet, ſi via ordinaria agere cæpiſſet, quia tunc in cauſa procedi poſſet, ibi nu.89.
Agere non poteſt ex contractu ille, qui ob moram cecidit ab omni illius contractus commoditate, concl. 78. nu.90.
Agere volens non poteſt iuuari ex ea conuentione, cui contrauenit, concl.78. nu.91.
Agere volens ad reſciſsionem concordiæ, debet prius ea reſtituere, quæ ex dicta concordia recepit, concl.78. nu.92.
Contrarium, ibi nu.93.
Concorda, vt ibi nu.94.
Et tenendo primam opinionem, extende eam in tantum valere, quòd ſi pars non reſtituat in tranſactione accepta, non erit audienda, ibi nu. 95.
Agere volens, ad reſciſſionem contractus ex remedio l.2. C. de reſcind. vend. tenetur, vltra reſtitutionem pretij, ſubminiſtrare quoquè ſumptus litis reis conuentis, ſuper illius contractus reſciſſione, concl.78. nu.96.
Extende duobus modis, vt ibi nu.97. & 98.
Agere volens ad reſciſſionem contractus, quas conditiones, & circumſtantias probare teneatur; Vide in concl.78. nu.99.
Agere volens contra diffamantem remedio l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. debet docere de ſuo intereſſe, & ſic de poſſeſſione, & iure ſuo, concl.78. nu.100.
Agere quis poteſt exequutiuè contra hæredem vigore obligationis Cameralis, concl.78. num. 101.
Fallit tamen ad effectum periurij, ibidem.
Agere quis non poteſt executiuè contra tertium, etiam ſi vigore obligationis Cameralis ageretur, concl.73. nu.102.
Agere volens penſionarius pro ſolutione ſuæ penſionis, ſi tres Sententiæ ſuper nullitate penſionis præcederent, ex quibus de illius non iure conſtaret in petitorio, tunc potius debet poſſeſſione priuari, quàm in ea manuteneri, concl. 78. nu.103. & ibi aſſignatur ratio.
Agere volenti Iudicio Retinendæ obſtat exceptio rei iudicatę in petitorio, ibi nu. 103.

Agere

Agere volenti ex cauſa lucratiua minus ſuccurritur, quàm agenti ex cauſa oneroſa, concl.78. n.104. & ibi ratio aſſignatur,

Agere, quando quis poteſt via ordinaria, non eſt locus remedio extraordinario, ibi n.105.

Agere volens ex incendio debet probare culpam certæ, & determinatæ perſonæ; aliàs ſuccumbit, ibi n.106.

Agere quis in dubio ſemper præſumitur, vti hæres, & non vti fideicommiſſarius, concluſ. 51. num.34.

Agere non valenti præſcriptio non currit, concl. 42. n.14.

Agere, & pati hęc duo ſimul concurrere non poſſunt, concl.36. n.2.

AGGERES in Ripa fluminis facere cuilibet eſt permiſſum, ob agrorum ſuorum defenſionem, prout etiam baſſredum, archas, & alia munimenta, concl.79. n. 1.

Et illos quis facere poteſt in ſuo, iuxta flumen; dummodo nauigatio, vel curſus aquæ non impediatur, ibi n.2.

Aggeres, ſeu munimenta quis facere poteſt aduerſus aquam publici fluminis pro ſui prædij defenſione; dummodo id in alterius iniuriam, & inconſulto Principe non fiat, ibi n.3.

Extende procedere, quòd etiam in littore cuilibet ea facere licet; dummodo nauigatio, vel curſus aquæ, etiam in torrente non impediatur ibi nu.4.

Aggeres facere nō licet pro tuendo prædio, quādo curſus fluminis immutaretur, quia vtilitas, priuata eſt poſtponenda publicæ, concluſ. 25. num. 5.

AGGRESSOR ille præſumitur, qui expectat in aliquo loco, & poſtea cum alio pugnat, concluſ. 80. n.1.

Et talis ille præſumitur, qui tempore rixę melius erat armatus, ibi n.2.

Item talis ille præſumitur, qui eſt robuſtior, & in exercitio armorum magis verſatus, concl. 80. num.3.

Sed quis talis cenſeatur, quando nullus rixātium ſit mortuus? ſiue quando alter eorum ſit mortuus, diſtingue, vt in concl.80. n.4.

Aggreſſor cum telo no tenetur de homicidio, niſi illud fuerit conſumatum, ibi n.5.

Et talis quis eſſe prætenditur, quando ſtat, & non ſe retrahit à rixa; at ſecùs ſi ſe retraheret, quia tunc malum animum habere non prçſumeretur ibi nu.6.

Et illius iuramento non eſt ſtandum ſuper eo, quòd ſcilicet animum occidendi non habuerit, ibi nu.6.

Contrarium ſub nu.7.

Licèt animus occidendi ex gladij, & loci vulneris qualitate præſumatur. Vltra quòd in dubio ſemper contra aggreſſorem eſt iudicandum, ibidem.

Et quòd aggreſſor debeat probare, quòd non animo occidendi fuerit aggreſſus, vide ibi num.7.

Contrarium licèt ibidem ſub nu.7. vbi habetur ſolum iuramentum ſufficere, ſed prima opinio magis placet Auctori, ibidem.

Et qua pœna ſit puniendus diſtingue, vt in concluſ. nu.8.

Eſt puniendus ſi aliquem multorum hominum occiderit retrò, quos ſe inuaſus poſuit, vt præſeruaretur, ibi n.9.

Declara id procedere, quoad aggreſſum, vt ibidem.

Aggreſſus ſi timens aggreſſorem ponat ſe retro alios homines, quorum aliquis fuerit percuſſus non eſt puniendus, niſi dolosè, & data opera id fecerit, vt aliqis eorum occideretur, concl. 80. nu.9.

Et in diſcrimine vitæ poſitus poteſt licitè ſuum aggreſſorem interficere, ibi n.10.

Sed ſi aggreſſorem aufugientem interficiat pœna extraordinaria, & non ordinaria eſt puniendus, ibi n.11.

Et ille aggreſſus, qui prius fuerit percuſſus, licèt leuiter, ſi aduerſarium repercuſſerit modum excedendo, à pęna excuſatur, quia id ad ſui defenſionem feciſſe dicitur, ibi n.12.

Aggrediens armis, an poſſit impunè ab aggreſſo percuti, & occidi, vide in concl.80. num.12. remiſſiuè.

AGNATIO eſt nomen Iuris, & per virilem ſexum contrahitur; Vndè Agnati ſunt, qui per ſexus viriles perſonas cognatione iuncti ſunt, quaſi à Patre Cognati, veluti Frater eodem Patre natus, Fratris Filius, Nepoſuè ex eo, concluſ.81. nu.1.

Agnatorum nomen generalius eſt, quàm illud cōſanguineorum, quia conſanguinei ſunt inter ſe ſanguine connexi, Agnati verò ſunt per ſexus viriles coniuncti, etiam ſi non ſint conſanguinei, ibi n.2.

Et Agnati omnes dicuntur, & poſſunt eſſe Cognati, ſed non è contra, ibi n.3.

Agnatorum appellatione veniunt proximi conſanguinei ex latere Patris, vſque ad decimum gradum, ſecundum Ius Ciuile, concluſ. 81. num.3.

Agnationis parentela, quando probari debet, incipiendum eſt à ſtipite, ideſt à primo parente per gradus diſtinctos, ibi n.4.

Agnatio, Generatio, Poſteri, & de genere, ac de cippo hæc verba important, tam maſculos, quàm fœminas, ibi n.5.

Et Agnatorum aliqui conſeruant, & ſunt habiles conſeruare ius agnationis per ſe, & per eorum propagationem, & iſti ſunt Maſculi; Alij verò ſunt agnati, ſed ſunt inhabiles conſeruare ius agnationis, & tales ſunt fœminę, concl.81. num.5.

Agnatæ dicuntur fœminę nuptæ extra familiam, & tantò magis viduæ, ibi n.6.

Sed agnati non dicuntur Filij fœminarum, concluſ.81. n. 6.

Agnationis ius amittit fœmina eo ipſo, quòd eſt nupta, ibi n.6.

Et licèt fœminæ non ſint agnatæ, poſſunt tamen fideicommiſſum in aliena agnationę conſtituere,

re, vt illius bona in ea conſeruentur, concl 81. num.6.
Et quãdo agnatorum appellatione veniant fœminæ, diſtingue, vt in concl.81.n.7. & 8. cum ſeqq.
Agnationis, & familiæ dignitas conſeruatur per fœminas, donec viuunt, ibi nu.9.
Fœminæ an, vti agnatę ad ſucceſſionem admittãtur vel ab ea excludantur, diſtingue prout in concluſ.81. nn.12.
Agnationis ratio non cenſetur habita à teſtatore niſi id expraſſerit, vel niſi vrgerent coniecturę in contrarium, ibi nu.12.
Contrarium, ibi nu.13.
Et ratio illius conſeruationis dicitur excluſa, quando teſtator vocauit fœminas, concluſ. 81. num.14.
Extende id multò magis procedere, vt ibi n.15. & 37.
Illius fauor non conſideratur, quoties ſucceſſio limitetur ad certum gradum, ibi n.16.
Item illius conſeruatio non cenſetur cõtemplata, ex eo ſolo, quòd ſuſtitutus ſit agnatus, ibi num.17.
Item, quando nulla fuit facta mentio maſculinitatis, ibi n.18.
Sed Animus illius conſeruationis arguitur ex prædilectione maſculorum à teſtatore oſtenſa ibidem.
Et contemplata non cenſetur, ex vnico tantum ſubſtitutionis gradu, ſed ex pluribus, concl.81. num.18.
Item conſiderata non cenſetur, quando teſtator hæredes extraneos inſtituit, & tunc per huiuſmodi inſtitutionem, fœminæ non veniunt excluſę ab illa hæreditate agnati, ibi n.20.
Et multò minus conſiderata præſumitur, quando teſtator vocauit ſpurios, & baſtardos, ibi num. 21.
Agnati non dicuntur ſpurij, & baſtardi, concl. 81. num.21. & 84.
Agnatio, domus, familia, & parentela cum ſint Verba Iuris, ſeu Ciuilia, quomodò diſtinguãtur à Verbis, Coniunctus, conſanguineus, & Parentes, quæ ſunt Verba Naturæ, ſeu ſignificatum naturale habentia, vide in concluſ. 81. num. 24. & nu.84.
Agnatio non conſeruatur in filijs illegitimorum, etiam ſi ex legitimo matrimonio fuiſſent procreati, concl.81. nu.25. & ibi ratio aſſignatur.
Sed agnati dicuntur filii legitimati, concluſ. 81. num.26. & 83.
Et quando iſti veniant in fideicommiſſo proximioribus relicto, vide ibi n.27.
Sed illius conſeruationis ratio non poteſt conſiderari, vbi agitur de ſucceſſione matris, concluſ.81. nu.28.
Agnationis conſeruandæ ratio excluditur à facultate alienandi inſtitutis, ſeu ſubſtitutis à teſtatore conceſſa, ibi nu.29.
Agnationis conſeruandæ coniectura non ſumitur ex qualitate ſubſtituti, qui ſit de agnatione, ibi num. 30.
Et quando agnationis conſeruandæ ratio non fuit habita in inſtitutione, tunc præſumitur, quòd neq; fuerit habita in ſubſtitutione, ibi nu. 31. & concl. 149. n.20.
Vbi agnationis conſeruandę ratio non fuit habita nulla conſideratio eſt facienda de excluſione fœminarum, concl.81. num. 32. & concl. 149. ſub num.20.
Fallit tamen, vt ibi n.33.
Sed illius ratio præſumitur habita ex multiplicata expreſſione maſculinitatis, ibi n.34.
Contrarium habetur ibi nu.35.
Sed tenendo primam opinionem extende, vt ibi num.36.
Agnationis conſeruandæ fauore ſolent plerumq; teſtatores alienationes prohibere, concl. 84. num.2.
Et illius conſeruationi proſpexiſſe cenſetur teſtator, quando poſuit deſcendentes in conditione, cum qualitate maſculinitatis, concluſ. 81. num.38.
Et quando ratione illius conſeruationis fuerit prohibita alienatio filijs, tunc ea extenditur, quoque ad Nepotes, ibi nu.39.
Contrarium, ibi nu.40. cum ſeqq.
Illius fauore non ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones, ibidem in fine, & n.48.
Et ea conſiderata cenſetur, ſi id expræſsè in teſtamento legatur. ibi n.43.
Item conſiderata cenſetur, quando teſtator deuenit ad plures gradus ſubſtitutionum, concl. 81. nu.44.
Veluti quoquè conſiderata cenſetur, quando teſtator ſubſtituit poſteros deſcendentes ex filijs maſculis, ibi n.45.
Illius conſeruationis, quando ratio eſt habita à teſtatore, id plurimum agnatos iuuat, ad faciẽdum eos ad fideicommiſſum admitti, concl.81 num. 46.
Sed dicta ratio conſeruandæ agnationis ſemper redditur potentior, quando ſtatutum ei ſuffragatur, ibi n.47.
Et vt ea conſeruetur præſumitur teſtatorẽ ſe voluiſſe conformare cum ſtatuto fœminas excludente, ob maſculos, ibi n. 48.
Agnationes familiarum cõſeruari Reipublicę intereſt, concl. 144. ſub n.23.
Et ſtatutum habens conſiderationem ad illam, dicitur fauorabile, & non odioſum, concl. 81. num. 49.
Sed ſi illius qualitas nõ verificetur, ſtatuti diſpoſitio non habet locum. ibidem.
Et ad hoc, vt illius ratio cẽſeatur habita ſemper benigna interpretatio fieri debet, ibi n. 50.
Illius fauor adeò dicitur cauſa fauorabilis, vt propterea dicatur potens ad tollendam legitimam in totum, ibi n.51.
Sed vbi illius ratio militat; id procedit, tàm in ſucceſſione hæreditatis alicuius fœminę, quàm etiam in ſucceſſione alicuius maſculi, concl.81. num.52.
Et iſta agnationis conſeruandæ ratio, nedum expræſſa, ſed etiam tacita eſt ſufficiens ad indu-

ducendum fideicommiſſum, ſi tamen ea tacita eliciatur ex teſtamento, & cum ea vrgentes, & non leues coniecturæ concurrant, concl.81. num.53. cum ſeqq.

Agnationis, aut caſatæ, ſi fiat mentio generalis, ea reſtringitur ad lineam deſcendentium, non autem ad eam tranſuerſalium, ibi n.50.

Declara tamen, & reſtringe, vt ibi num.57. 58. & 59.

Agnati, quando deſcendentes, & tranſuerſales vocantur, ſemper id intelligendum erit ſalua gradus prærogatiua, ibi n.60.

Extende duobus modis, vt ibi n.61. & 62.

Et agnati proximitas reſpectu teſtatoris non poteſt dari, niſi ipſo viuente, ibi n.63.

Agnati, quamuis ſuccedere debeant ſalua gradus prærogatiua, nihilominus proximior poteſt, viam aperire remotiori, vt puta, quando ratificauit alienationem factam in remotiorem, ibi num. 64.

Et eorum agnatio eſt probanda in ſpecie per gradus diſtinctos, quādo fit vocatio proximioris, ſed quando agnatio eſt vocata in genere, tunc ſufficit illam in genere probare, concl.81. num. 65.

Item ea ſemper eſt probanda, etiam ſi de ea ex aduerſo non opponatur, ibidem.

Agnatum aliquem eſſe, ſi confiteatur eius Procurator, tamen illa confeſſio non præiudicat principali, ibidem.

Sed agnatio præſumitur, quando concurrit cognominis, & armorum identitas, & tunc onus probandi contrarium ſpectat ad aduerſarium, ibi nu.66.

Agnationis nomen magis conſeruatur, quando omnia bona teſtatoris penes vnum tātum vocatum exiſtunt, quàm ſi ea in plures perſonas diuidantur, ibi nu.67.

Et ſi in ea debent conſeruari bona quàm diu duret, tunc ea non ſunt in aliqua parte diſtrahenda, ibi n.68.

Item dicta ratio conſeruandę agnationis eſt habenda in reſtitutione dotis, in qua maſculi ſemper ſunt fœminis pręferendi, ibi n.70.

Et illius ratio, quādo fuit per teſtatorem habita, tunc debet intelligi in caſu, in quo expræſsè fiat ſubſtitutioni locus, ibi nu.71.

Et ea eſt ſolum attendenda in caſibus, & perſonis expræſſis, ibi nu.72.

Item illa ratio reſtringitur vſque ad gradum per ſtatutum diſpoſitum, & in caſu ſolum à teſtatore contemplato, & non vlterius, concl. 81. num. 73.

Agnati à ſtatuto vocati, ſi non petant pupillo tutorem, tunc illi vti indigni ab eius ſucceſſione excluduntur, ibidem.

Et eorum fides à ſtatuto, & à lege cenſetur magis, contemplata in adminiſtratione tutelæ, quàm aliorum, quia ob ſpem ſucceſſionis diligenter pluſquàm alij adminiſtrant, ibi nu.74.

Agnatio noua, & ficta dicitur, quando teſtator vocet extraneum, cum onere aſſumendi cognomen familiæ teſtatoris, ibi n.75.

Et quando ea eſt contemplata, id procedit ſolum actiuè, reſpectu ſubſtitutorum, concluſ. 81. ſub num.78.

Et vt conſeruetur, etiam conſanguineus tantum ſuccedit, cum vtrinq; coniuncto, quod alio caſu non fieret, ibi n.79.

Et cauſa iſtius agnationis conſeruandæ, ſi non ſit expræſſa, tunc verba (in infinitum) perpetuitatem non inducunt, ſed ſecundum ſubiectam materiam reſtringuntur, ibi n. 80.

Agnati propriè illi dicuntur, qui per lineam maſculinam deſcendunt, & ſic filius dicitur agnatus Patri, ibi n.81.

Et illorum appellatione in fideicommiſſis, etiam filij comprębenduntur, ibidem.

Sed tales non dicuntur filij, & deſcendentes per lineam maſculinam ante natiuitatem, quia non entis nullæ ſunt qualitates, ibi n. 82.

Agnatæ non dicuntur Mater, & Auia filio, & nepti, ibi nu.81. & 87.

Agnationem Patris, & Aui, non autem matris, & Auiæ ſequuntur filij, qui naſcuntur, concluſ.81. num. 81.

Sed benè agnata, & de familia dicitur ſoror, ex maſculis nata, etiam ſi ſit nupta, ibi n.85.

Extende, vt ibi nu.86.

Agnati habent priuilegium in prælatione Emphiteutis finita generatione, veluti etiam in locatione, quamuis ad modicū tempus, quando tamen conſuetudo vigeret, vt agnati in tali locatione pręferantur, veluti regulariter fit in illa ad longum tempus; aliàs ſecus, ibi nu.88.

Sed an ſit ei facienda relocatio pro eodem Canone, quem ſoluebat primus inueſtitus, aut pro eo, quod reperitur ab extraneo, vide concluſ.85. nu.284 & 338. cum ſeqq.

Item illis competit prælatio in inueſtitura de nouo obtinēda, etiam ſi non ſint hæredes vltimi deſcendentis, ſed ſufficit, quòd ſint primi inueſtiti, ad hoc, vt ſuccedant in feudo antiquo pro ſe ſuiſque hęredibus, & ſucceſſoribus obtento, ibi nu.89.

Agnatus ex pacto, & prouidentia vocatus in feudo ſuccedit in illo, ſi quis illud propter delictū amittat excluſo Fiſco, & diliquente, concl.81. num.90. & 91.

Et ſuccedens in feudo ex pacto, & prouidentia Inuentarium conficere non tenetur, ſicut filius, concl.87. ſub nu. 40.

Poteſt reuocare feudum nulliter alienatum, concluſ. 81. n.92. & concl.87.n.61.

Sed quando feudum dicatur nulliter alienatum, vide ibidem.

Fallit, vt concl.87. n.74. & 75.

Agnatis eſt facienda oblatio feudi, vt poſſit alienari, concl.81.n.92. & concl.87. n.49.

Fallit duobus modis, vt ibi nu.93. & 94. & concluſ. 87. nu.75.

Agnatio vna non poteſt per alteram diuerſam conſeruari, concl.42. n.94.

AGRICVLTORES, & Emptores rei ſterilis nullo modo ſuum laborem conſumptum in reducenda illa re ad fertilitatem perdere debent,

bent, concl. 85. num. 330. & 332.
Et illi licèt ſint foreſes non debent tamen prohiberi partem fructuum ad eos ſpectantem à Ciuitate extrahere, & ad proprias domos aſportare, concl. 111. nu. 26.
Reſtringe tamen, vt ibi n. 27.
Ad Agricultores recurri ſolet ſuper facto alluuionis, & Agriculturę, concl. 94. ſub nu. 30.
AGRICVLTVRA dicitur ab Agricula, qui eſt agrorum cultor, & ea in ſe multas conſolationes, & delectationes habet, & præcipuè nobilitatem conſeruat, concl. 82. n. 1. & ibi affertur exemplum Cincinati, & nu. 6.
Et illius laudes, & vtilitates quæ ſint, vide in concl. 82. nu. 2.
Illa in iure eſt valdè priuilegiata; nam boues, & alia deſtinata pro Agricultura agrorum non poſſunt in executione capi, & capta debent reſtitui, ibi nu. 3.
Extende, vt ibi n. 4.
Declara, vt ibi nu. 5.
Agri fertiles multò plus offerunt, quàm acceperunt, concl. 42. n. 357.
AGRIMENSORES iurare debent in præſentia partium, vel partibus vocatis de fidelitate ſeruanda, concl. 38. nu. 55.
Aleator per quot actus poſſit dici talis, vide concluſ. 48. nu. 60.
ALEXANDRINA Conſtitutio fuit adinuēta ad reprimendam litigantium audaciam, inter quos, ſiue etiam litis Procuratores, ſi aliqua verberatio contingat, tunc id ex cauſa litis fieri præſumitur, concl. 83. nu. 1.
Et id eò magis procederet, quando vulnus cauſa litis illatum fuiſſe probaretur, ibidem.
Secus autem, ſi alia cauſa vulnerum, ſiue homicidij appareret, quia tunc cauſa litis non præſumeretur, & qui diceret rixam, ſeu delictum ex cauſa litis proceſſiſſe, illud probare teneretur, ibi num. 2.
Contrarium, vt ibi nu. 3. & 4.
Et iſta conſtitutio nedum ſibi vendicat locum in eo, qui verberauit Procuratorem litis vertentis in Curia, ſed etiam extra Curiam, quando illa occaſione litis acceſſerat, concl. 83. nu. 5. & ibi ratio aſſignatur.
Et ſemper tamquàm fauorabilis venit extendenda, ibi nu. 5.
Et illa habet locum, non ſolum in verberante Procuratorem, ſed etiam teſtem, vel Iudicem; aliàs exiſtentes in Curia non eſſent tuti, & ſic libertas ipſius Curiæ impediretur, quod eſſet valdè abſurdum, ibi n. 6.
Extende, vt ibi nu. 7
Sed huic conſtitutioni non eſt locus per leuem offenſam, & niſi offenſa ſit doloſa, concl. 83. num. 8.
Item illi non eſt locus, ſi iniuria verbis, vel facto illata non fuerit ſecuta ex cauſa litis, concl. 83. num. 9.
Et in dubio offenſio attribuitur cauſæ, cui magis adaptatur, & ſic ſemper ea ex noua cauſa erit præſumenda, ibi nu. 10.
Alexandrinæ conſtitutionis pœna non eſt applicanda parti, ſed Fiſco, quia non fauorem partis offenſæ, ſed illum Republicę reſpicit, ibi num. 11.
Fallit tamen, vt ibi nu. 12
Iſta conſtitutio non ligat extra Romanam Curiam, niſi tamen lis penderet in Curia, quia tunc offendens extra illā, illius pœna afficiendus veniret, ibi n. 13.
Contrarium, quòd nempè ea extendatur ad totum ſtatum Eccleſiaſticum, vide ibi n. 14.
ALIENATIO eſt omnis actus per quem Dominium transfertur, concl. 84. n. 1.
Et licèt ſit permiſſa omnibus de Iure communi tamen plerumq; illius prohibitio fieri ſolet à teſtatore, ob fauorem conſeruandæ agnationis, ne homines temporum, ac aduerſæ fortunæ iniuria mendicare cogantur, ibi n. 2.
Item illius prohibitio, licèt reſpectu grauati dicatur odioſa, reſpectu tamen agnationis in genere dicitur fauorabilis, veluti idem dicitur, de fideicommiſſo, ibidem.
Et talis prohibitio duplex reperitur in Iure; altera expræſſa hominis; altera verò tacita legis, ibi nu. 3.
Licèt tamen dicta prohibitio legis æquipararetur illi hominis, ibidem.
Expreſſa teſtatoris, ea dicitur, quando teſtator alienationem expreſsè prohibet; aut indefinitè, ſiue ad tempus. Tacita verò legis ea eſt, quæ oritur ex coniecturata mente teſtatoris, vt quando lex interpretatur, & prohibet, vt neq; tranſacto, tempore intra quod fuit prohibita alienatio, ea poſt illud cenſeatur permiſſa, ibi num. 4.
Et iſtę duæ prohibitiones adeò in Iure valent, vt alienatio in vim illarum omnino prohibita cēſeatur, etiam in caſibus aliàs à Iure permiſſis, ibi nu. 5.
Sed illius prohibitio duplex, vt tollatur, opus eſt duplicem permiſſionem interuenire, concl. 84. num. 5.
Et illa prohibitio exprēſſa hominis reddit actum à principio ipſo iure nullum, quod ſecus eſt in tacita, ibi nu. 6.
Item dicta prohibitio, aut ſolet fieri in perpetuum; aut ſolet limitari ratione temporis, ſeu ratione conſenſus aliquorum, concl. 84. nu. 6. vbi exemplificatur.
Sed alienare poteſt inſtitutus bona liberè, ſi moriantur illi, quorum conſenſus requirebatur, ibi num. 6.
Declara tamen id procedere, quando ſumus in ſimplici prohibitione expręſſa hominis; ſecus verò ſi concurreret etiam illa tacita legis, quia tunc vna ceſſante, altera remanet, concl. 84. num. 7.
Et alienatio prohibita vſque ad certum tempus, poſt illud non cenſetur permiſſa, immò intra illud cenſetur etiam prohibita legitimę alienatio, ibi ſub nu. 7. & vide concl. 142. num. 17. & 18.
Illius prohibitio tacita per fideicommiſſum inducta

ducta non tollitur per tacitam permiſſionem reſultantem ex prohibitione de non alienando intra certum tempus, ibi ſub nu. 7.

Et prohibitio hominis ſi concurrat cum ea legis, tunc tranſlatio Dominij impeditur, nec eo caſu poteſt fieri alienatio in caſibus aliàs à Iure permiſſis, ibi nu. 8.

Fallit tamen, vt ibi dicto nu. 8.

Et quando alienatio reſtringatur ad illam, quæ contingit facto hominis, & non legis, vide ibi nu. 9. remiſſiuè.

Illius prohibitio expræſſa fideicummiſſum inducit, non tamen reſtrictum ad perſonas nominatas, ibi nu. 10.

Et iſto caſu ſecundum fideicommiſſum non regulatur à primo, ibidem.

Et illa reſtricta ad certas perſonas, an ad alias extendi debeat, vide ibi nu. 11. cum ſeqq.

Alienandi prohibitio, quando non ſtat conſecutiuè, ſed de per ſe principaliter, tunc importat fideicommiſſum à præcedenti ſeparatum, & ſic iuxta illud tunc non regulatur, ibi nu. 14.

Et quando illius prohibitio veniat conſecutiuè ad fideicommiſſum in caſu mortis, ad illud magis corroborandum, vide concluſ. 84. num. 12. & 15.

Et talis prohibitio, etiam ſi eſſet veſtita ab illa cauſa, nempè (vt bona conſeruentur in familia) nihilominus fideicommiſſum illud ſtare dicitur ad maiorem firmitatem primi, ibi nu. 16.

Fallit tamen in ſimplici prohibitione alienandi, quæ nec à perſona, neque à cauſa eſſet veſtita, quia tunc nullo modo fideicommiſſum inducit, concluſ. 167. nu. 133.

Alienationis prohibitio, vt bona conſeruentur in agnatione, licèt famuletur ſubſtitutionibus precedentibus, & non faciat nouum fideicommiſſum oriri, ex ea tamen arguitur mentem teſtatoris eſſe, vt bona in agnatione conſeruentur, & ſic magis deliberatam illius voluntatem demonſtrat, ibi nu. 17.

Et illius prohibitio licèt non inducat fideicommiſſum in caſu contrauentionis, non expectata morte grauati, ſi ſine Filijs (cum conditio negatiua vſquè ad tempus mortis verificari ſemper poſſit) non tamen ob id tollitur, quo minus dicta prohibitio ſtet conſecutiuè ad maiorem firmitatem grauaminis grauato iniuncti, concluſ. 84. nu. 18.

Declara tamen, vt ibi nu. 19.

Alienatio, ſeu contrauentio per grauatum facta; licèt in alias perſonas, quàm in vocatas tenet vſquè quo purificata ſit conditio fideicommiſſi in caſu mortis, ſine Filijs, concl. 84. nu. 20. & concl. 87. n. 32.

Limita, vt ibi nu. 21.

Sed talis prohibitio, ex verbis quantumuis generalibus concepta fideicommiſſum non inducit in caſu mortis, quando in alia parte teſtamenti fuit facta in dictum caſum ſuſtitutio, concluſ. 82. n. 22. & ibi aſſignatur ratio.

Et prohibitio tacita non inducitur, vbi reperitur expræſſa, concl. 84. n. 22.

Alienata poſſunt per eundemmet alienantem reuocari, quando alienatio non tenuit, concl. 84. num. 21.

Alienatio poteſt prohiberi à teſtatore, vt heres illi contraueniendo ſtatim cadat à Iure ſuo, ibi nu. 23. & ibi ratio aſſignatur.

Sed quando huic prohibitioni eſt adiecta pœna, illi nunquam erit locus, niſi ſequuta vera, & reali rei traditione, concl. 84. num. 24. & ibi ratio aſſignatur.

Et alienatio antequam ſequatur traditio ita perfectionem non recipit, vt quis iſto caſu ab illo contractu recedere non poſſit, concluſ. 84. num. 24.

Et ſi illius prohibitionem quis ignorat, & poſtea ignoranter alienet, tunc pœnam non incurrit; nec ſufficit præſumpta ſcientia, quia requiritur certa, & ſpecifica cum ſuis qualitatibus, & preſertim, quando ageretur de amiſſione Iuris iam quæſiti, ibi nu. 26.

Sed alienans res hæreditarias præſumitur habuiſſe notitiam fideicommiſſi, & prohibitionis ibi nu. 27.

Sed ſi ea ſit facta ab aliquo Patre ſcientèr contra prohibitionem teſtatoris, tunc ſtatim à Iure reſtitutionis cadit, & illicò fit reſtitutio filio in caſu alienationis vocato, concl. 84. num. 28. & 32.

Sed alienata bona petere volens, ſcientiam alienantis probare tenetur, ibi n. 29.

Et ſi illa cum traditione ſcienter ſit facta, tunc licèt alienans rem tradidiſſet cum proteſtatione, ſaluo conſenſu Domini; nihilominus in commiſſum cadit, ibi n. 30.

Alienatio ipſa nedum, ſed etiam alienationis tractatus poteſt à teſtatore prohiberi, concl. 84. num. 35.

Et tunc licèt hæres tractatum non perficeret, ſed ſtatim ab eo pænitentia ductus recederet; nihilominus à Iure ſuo cecidiſſe diceretur; aliàs heres ſemper penitentiam allegare poſſet, ibi num. 37.

Fallit tamen, vt ibi nu. 38.

Sed nihil operatur, quando reſoluitur; quia túc perinde eſt acſi nunquam facta fuiſſet, concl. 84. ſub nu. 38.

Contrarium habetur, ibi num. 39. vbi ratio aſſignatur.

Sed licèt quis nulliter alienet, tamen ex eius improbitate conſequi commodum non debet, ibi ſub nu. 39.

Immo etiam ſi alienatio fiat cauſa recuperandę pacis; nihilominus à pœna non excuſat, concl. 84. nu. 40.

Sed poſtquam eſt facta non poteſt hæres redimendo alteri præiudicare, concl. 84. ſub n. 40.

Alienationes in fraudem factæ, quando reuocari poſſint, vide ibi ſub n. 40.

Alienatio, etsi fiat contra prohibitionem pænalem, etiam ſi ſuſtineatur; tamen pœna debetur, ibi nu. 41.

Et facta in fraudem, quando reuocari poſſit, vide ibi ſub n. 40.

Et quãdo ea eſt prohibita, ac etiã illius attẽtatio, tũc licèt ex illa attẽtatione ille, in cuius fauorẽ eſt prohibita alienatio nõ lędatur; nihilominus poteſt teſtator hæredẽ ſua hęreditate priuare, ſi eius voluntati pręcisè non paruiſſet, ibi n.44.

Contrarium, licèt habeatur, ibi n.46.

Concorda, vt ibidem.

Imò ſi eam prohibiuit teſtator, & in euentum alienationis alium vocauit, tunc nedum cenſetur eum prohibuiſſe alienationem validam, verum etiam illam de facto, ibi n.47.

Et id multò magis procederet, quãdo teſtator vlterius procedẽdo declaraſſet quãcumq; alienationem fiendam irritam, & nullam, ibi n.48.

Et talis prohibitio impedit fieri tranſlationem Dominij in emptorem, ibi n.50.

Contrarium, ibi n.51.

Concorda, vt ibi n.52. & 53.

Itẽ declara prout ibi n.54. cũ ſeq. & vide c.87. n.34

Et illa cõtra duplicẽ prohibitionem facta, vti ipſo iure nulla, nullũ caducitatis effectũ parit, ibi n.55

Immò illius prohibitio cõcepta per illas clauſulas quocumq; modo, & quacumq; cauſa, continet etiam alienationem factam, per modum ſubueniendi neceſſitatibus hæredis, ibi n.56.

Sed illius prohibitio facta in vltima voluntate potentior eſt ea facta inter viuos, ibi n.57.

Alienans rem alienari prohibitam, per contractũ ſtatim à iure ſuo cadit, nec per redemptionem rei excuſatur, ibi n.59.

Secùs eſſet, quando aliquo modo conſenſus prohibentis concurreret, ibidem.

Alienatio facta ignoranti de re, fideicommiſſo ſubiecta, ſed cõditionali, & non expręſsè alienari prohibita, tenet, & ex ea fit tranſlatio Dominij, ſed ſecuta cõditione poſtea reſoluitur, ibi n.60.

Et vbi non eſt expreſsè prohibita ſemper alienãte viuente tenet, ibidem.

Sed facta contra expreſsam prohibitionem nullo modo transfert Dominium, quia eſt à principio nulla, ibi n.61.

Nunquã eſt nulla ipſo iure, niſi fideicõmiſſario volẽte, & quãdo eſt nulla poteſt alienãs cõtra proprium factum venire, & rem alienatam reuocare, ibi n.62. & ibi ratio aſſignatur.

Et prohibitio facta in teſtamẽto impedit dominij trãſlationẽ, ſed ea facta in cõtractu, nullo modo ipſã tranſlationẽ impedit, ibi n.64. & c.48. n.84

An alienatione prohibita, cẽſeatur prohibita quoquè legitimę, vel Trebellianicę detractio, vide concl.84. n.65. & 66.

Alienans rem alienari prohibitam, ſi de euictione promittat, cum aſſecuratione, quòd illa res eſſet ab omni fideicõmiſſo libera, tunc ex huiuſmodi pacto reſultat obligatio ad omnia dãna, & intereſſe, quãdo res onerata reperiretur, ibi n.67.

Et prohibita alienatione fauore certarum perſonarum, ſecuta alienatione, res alienata poteſt peti à non alienante vocato, ibi n.70.

Sed ſi ſit prohibita à teſtatore cum adiectione, quòd in caſu alienationis, res alienata ad proximiorẽ deueniret, & plures in eodẽ gradu vocati ęxiſterent, tunc inter eos maior natu pręfertur, concluſ. 84. num. 71.

Sed ſi naſcatur vnus in ęquali gradu, tũ poſt mortẽ fideicõmittentis, quã etiam poſt ipſã alienationẽ, tunc ei dicta ſucceſſio cõmunicabitur, nõ vt ex tunc, ſed vt ex nunc, ibidem.

Et talis prohibitio intelligitur facta, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, & non aliàs, quia ſi illi extãt non eſt vlterius quęrendum, ibi n.72.

Extende, vt ibi dicto n.72.

Declara, ibi ſub eodem n.72.

Et prohibitio ſi ſit exprçſsè adiecta in teſtamẽto per viam rationis ſufficit ad inducendum liberũ, & perpetuum fideicommiſſum, licèt ſecùs, quãdo prohibitio tacitè ſubintelligeretur, ibi n.73.

Alienandi prohibitio à Iudice facta impedit Dominij tranſlationem, ibi n.74.

Item alienatio facta contra pactũ à teſtatore initum impedit Dominij translationẽ, & tũc alienãs à cõmodo cõtractus cadere dicitur, ibidẽ.

Prohibitio per teſtatorẽ facta de aliqua re alicui ſpecialiter legata, eius vita durante nõ alienanda, & eo defuncto primo genitis, ſi ſine liberis deceſſerit, addita clauſula, quòd dicta res de familia non exeat, translationem Dominij impedit, ibi n.75.

Et alienationis prohibitio, aut eſt imperſonalis, veluti quãdo fit in rẽ, aut eſt perſonalis, vt quãdo hæres ſub nomine proprio alienare prohiberetur, ibidem.

Et illa perſonalis perſonã prohibiti non excedit, realis verò, ſeu imperſonalis extenditur ad hęredes, & poſteros, ſi tamen cauſa prohibitionis eſſet adiecta, veluti ſi diceretur, quia vult teſtator, vt de familia illa res nõ exeat, ſiue iſta verba fuiſsẽt per modũ cauſę, & ſic diſpoſitiuè, nõ antẽ enũciatiuè à teſtatore prolata, ibi ſub n.75

Et quando eſt realis extenditur, etiam ad alienationem legalem, ibi ſub n.75.

Contrarium licèt, vt ibidem in fin.

Et prohibita alienatio in forma generica, tunc cenſetur prohibita alienatio, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, in perſonas non vocatas, nec in fideicõmiſſo cõpræhenſas, ibi n.76

Fallit tamen, vt ibi dicto n.76.

Et adeò eſt potens, vt propterea ea translationem Dominij impediat, etiam ſi dicta alienatio eſſet iuramento vallata, ibi n.77.

Extende, vt ibi n.78.

Si fiat de re alienari ꝓhibita, tã à lege, quã ab homine, nullo modo valet, nec etiã ex cauſa neceſſaria; dũmodo tamẽ alia bona extent, ibi n.79.

Item illa bonorum demanialium, id eſt Fiſcalium translationẽ Dominij nõ operatur, cum ea ſint à Principe alienari prohibita, ibi n.81.

Alienare prohibitus non poteſt cenſum conſtituerè, ibi n.82. cum ſeqq.

Contrarium, ibi n.85. Concorda, vt ibi n.86.

Sed fallit, quando cenſus impoſitio, fieret ſuper fructibus, puta vnius domus; at ſecùs ſi ſuper domo ipſa, cum illius hypotheca, ibi n.88.

Alienationem veram nõ importat clauſula (ad habendum, vt ibi ſub n.85.

Alienatione prohibita, largo modo ſũpto. alienationis

tionis vocabulo, cenſetur etiam prohibita hippotheca, concl.84. n.87. & 96.

Sed illa prohibita non cenſetur prohita tamen permutatio vſus, & godimenti, nec nõ pignoratio, quę non dicuntur verę alienationes, ſaltẽ ad effectum incurrundę caducitatis, ibi n.90.

Contrarium, vt ibi n.91.

Et licèt alienatio rei emphiteuticę ſit prohibita, poſſunt tamẽ melioramẽta obligari, & hippothecari, quia ea ad hæredes, & ſucceſſores ſpectant, finita Emphiteuſi, abſquè eorum culpa, ibi n.92. & concl.87. n.36.

Sed ea prohibita nõ poteſt fieri locatio ad longũ tẽpus, quia ea ſapit naturã alienationis, ibi n.93

Et id procedit non ſolũ reſpectu directi Dominij, verum etiam vtilis, ibi n.94.

Et id eò magis procederet, vbi verſaremur in re Eccleſiſtica, & id fieret ex cõſuetudine loci, ibid.

Item prohibita alienatione, cenſetur etiam prohibita venditio ad vitam concedẽtis facta, quia ea dicitur perpetua, ibi n.95.

Et alienatio vtilis Dominij ad longum tempus, vel ad vitam facta requirit ſolemnitates neceſſarias in alienatione rerum minorum, ibi n 97.

Item alienare prohibitus nõ poteſt bona fideicõmiſſo ſubiecta ad longũ tempus locare, ibi n.98.

Et illa prohibitio, quãdo eſt adiecta in locatione ad longũ tẽpus operatur nullitatẽ alienationis, ſed caducitatẽ tamẽ nõ cauſat, ibi n.99. & 100.

Sed ea facta propriè non dicitur, quando eſt reſeruatum directum Dominium, ibi n.100.

Alienari veluti ſunt prohibita bona maioratui Hiſpanię ſubiecta, ita, & locari; ſecùs autẽ ſi in Emphiteſim ad tres perſonas concedãtur, quia tũc ea bona alienata nõ dicuntur; nam ſola Emphiteuſis perpetua vocatur alienatio, ibi n.101.

Alienare prohibitus non poteſt confiteri aliquid, quod ad alienandum tendat, ibi n.102.

Alienatione prohibita, cenſetur etiam prohibita repudiatio, concl.84. n.103.

Item ea prohibita cenſetur quoquè prohibita in Emphiteſim conceſſio, ibi n.104.

Intellige temen de perpetua, non autem de temporali; Item procedit largè loquendo, at ſecùs quando ſtrictè proceditur, ibi n.105.

Fallit tamen primò in alienatione bonorum cenſualium, quorũ alienatio tenet, reſeruato tamen conſenſu, ibi n.106. vbi ratio aſſignatur.

Fallit ſecundò, ſi eſſemus in materia conſtitutionis vſus fructus ſuper re fideicommiſſo ſubiecta, per quã rei alienatio facta nõ cẽſetur, ibi n.107.

Contrarium, quòd ſcilicèt appellatione prohibitionis alienationis, cenſeatur quoquè prohibitus vſusfructus, ibi n.108.

Sed illa prohibita, an cenſeatur vere prohibita quoq; vſusfructus cõſtitutio, vide ibi nu.107. & 108. & 226. & 230.

Alienare qui non poteſt, nec ſeruum poteſt manumittere, concl.84. n.109.

Et prohibita alienatione, cenſetur etiam prohibita renunciatio, quia renunciare eſt illud ius, quod quis habet, àſe abdicare, concl.84. n.110.

Et illius appellatione comprehenditur etiam vſucapio, & præſcriptio, concl. 84. n.111.

Fallit tamen, vt ibi ſub n.112.

Alienare prohibitus generaliter non prohibetur teſtamentum facere, ibi n.113.

Item prohibitus alienare, etiam ex decreto Principis; nõ tamen prohibetur hęredem inſtituere Filium, quia alienatio per inſtitutionem Filij dicitur neceſſaria, ibi n.113.

Extende, vt ibidem.

Subextende, vt ibidem.

Contrarium tenent alij ibid. n.114. & 115.

Concorda, vt ibi n.116. & 117.

Item talis modo alienare prohibitus non cenſetur impeditus donare, n.118.

Neq; impeditur legare, quia tunc legatũ ſaltem ſuſtinetur, quoad eius æſtimationem, ibi n.119.

Alienandi facultas, ſi alicui ſit data, tunc ille ex vi extenſionis alienationẽ facere poterit, tã inter viuos, quã etiam in vltima voluntate, ibi n.120.

Et quid ſi fuerit data facultas diſponendi? an intelligatur ſolùm inter viuos, vel etiam in vltima voluntate, vide ibidem, n.121. cum ſeqq.

Et ea permiſſa, ſine aliqua pœna, vtiquè non cẽſetur per viam inſtitutionis prohibita diſpoſitio, ibi 124.

Sed alienatio bonorum alienari prohibitorum poteſt fieri pro eximendo ſe ipſum, vel filium à carceribus, ibi n.125. & concl.87. n.22.

Extende idem procedere, vbi quis eſſet in aliqua naturali neceſſitate conſtitutus, veluti ob infirmitatem, vel ex cauſa liberos alendi, ibi n.126.

Declara tamen id procedere, quãdo ſumus in deſcẽdẽtibus à fideicõmittẽte, aliàs ſecùs, ibi n.127

Itẽ ſi fiat à filio fideicõmiſſo granato de tot bonis quę importẽt eius Trebellianicã, ſeu legitimã, ille à iure ſuo non cadit, ſi tamẽ bona fide; at ſecùs ſi dolosè, vel in fraudẽ fiat, ibi n.128. c.42. n.42.

Fraus tamẽ, & malitia hoc caſu nõ pręſumitur. ib.

Fallit tamen, vt ibi n.129.

Alienata quando ſint imputanda in legitimã, vel non; item, quando id debeat Iudex arbitrari, vide ibi n.130.

Sed ſi alienatio fiat ab hęrede creditore, id præſumitur facere ad ſibi ſatisfaciendum de eo, quod ſibi debetur, ibi n.131.

Bonorũ fideicõmiſſo ſubiectorũ non cõceditur, niſi quatenus bona libera nõ extẽt, c.154. n.38.

Sed alienari poſſunt bona fideicõmiſſo ſubiecta pro dote danda, vel reſtituenda, quando tamen grauatus non haberet alia bona libera, & ſic in ſubſidium, concl.84. n.132.

Fallit tamen, vt ibi n.133.

Contrarium, vt ibi n.134.

Concorda, vt ibi n.135.

Immò extẽde hanc ſecundã opinionẽ, ibi n.136.

Subextende, vt ibi n.137.

Item alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta, ob donationem propter nuptias, ibi n.138.

Sed non illa data in dotem, aut donationem propter nuptias aſſignata, niſi in caſibus à Iure expręſſis, ibi n.139.

Alienari non poſſunt bona pro alimentis coniunctę perſonę deſtinata, nec de eis Dominium transfertur, etiam ſi obligans raſeruaſſet ſibi facultatem diſponendi, concl.89. n.336.

Alienari poteſt fundus dotalis, ob alimenta viri; non autem, ob eius excarcerationem, concl. 84. n.140.& concl.87. n.19.& ibi ratio aſſignatur, & concl.89. n.296.

Contrarium, vt ibi concl.84.n.141. & concl.87. nu. 20. cum ſeqq.

Extende pluribus modis,& multis modis limita, vt ibi n.21. cùm ſeqq.

Alienatio rei fideicommiſſo ſubiectę poteſt fieri, per hæredem grauatum, antequam vllos fructus percipiet, pro faciendis ſuis detractionibus concl.84. n.163.

Declara tamen, vt ibi n.169.

Extende, vt ibi n.164.

Subextende duobus modis, vt ibi n.165.& ſeqq. & concl.42. n.421.

Seu venditio portionis legitimę, & Trebellianicę, quomodo ſit probanda, ad effectum repetẽdi rem alienatam alienari prohibitam, vide concl.84. n.166. in fin.

Alienatum debet imputari in legitimam, ſeu Trebellianicam, quatenus dictis detractionibus eſſet locus, concl.84. n.167.

Declara tamen, vt ibi n.168.

Alienaſſe ſi allegaret filius tot bona, quæ ſolùm eius legitimam importent, & ſic prohibitioni, nõ cõtrauenisſe, illud probare tenetur, ibi n.170

Alienatio legitimè facta non poteſt amplius ex alio ſuperuenienti actu vitiari, ibi n.164.

Alienatio rei prohibitæ facta ab ignorãte irreuocabilitèr valet, & tunc fideicõmiſſarius contra alienantem, vel eius hęredem agit tantum ad pretium, ibi nu.171.

Et id procedit tàm in fideicõmiſſario Vniuerſali, quàm in particulari, nec non etiam in alienatione ex titulo lucratino ſequuta, ibidem.

Amplia procedere, ſiue ignorantia ex facto teſtatoris, ſiue alio modo proueniat, n.172.

Sed in dubio ſemper ignorantia pręſumitur in acquirente, & præſertim, quando veriſimilitudo concurrit, ibi n.173.

Item error in alienatione ſubeſſe præſumitur, ſi alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorũ fuerit facta, ſine ſolemnitatibus Iuris, ibi n.174

Declara, quòd ignorãtia, ſi verſaremur ſuper Iure controuerſo vtrunq; contrahentẽ excuſaret, quia ea illi ignorãtię facti ęquiparatur, quinimmò data etiã ſcientia teſtamẽti non ob id infertur ad illã fideicõmiſsi, ſeu aliorum qualitatum in teſtamento contentarum, ibi n.175.

Contrarium, vt ibi n.176.

Concorda, vt ibi n.177.

Rurſus concorda primam opinionem procedere, vt ibi n.178.

Alienata ſi ſint bona fideicõmiſſo ſubiecta poſſunt reuocari à tertio poſſeſſore, etiã per remotiores deſcendentes, & conſanguineos, licèt proximiores adeſſent, ſi tamen dicti proximiores non declararunt ſe velle agere, ibi n.179.

Et id adeò eſt verũ, quòd ſi bona grauati alienãtis nõ ſufficerẽt ad implementũ fideicõmiſſi, eo caſu fideicõmiſſarius poſſet agere cõtra alienantẽ ad ipſius rei alienatę reſtitutionem, ibi n.180.

Alienatione facta de re legata, quãdo dicatur extinctum legatum, vide concl.89 nu.337.cum ſeqq. & vide in Verbo legatum.

Alienationis prohibitionẽ ſi faciat teſtator, dãdo etiã facultatẽ cuilibet vocatorũ recuperãdi bona alienata, tunc nedũ impeditur trãſlatio Dominij, ſed etiam repellitur alienãs, vti indignus à reuocatione rei alienatæ, ibi n.180.

Alienata bona, ſtante facultate reuocandi, quãdo poſſint illi reuocarę, qui poſtea nati, & concepti ſunt, vide ibi n.181. & ſeqq.

Si quis alienet rem alienari prohibitam ſiue ſi eius hęredes poſtea efficiantur nõ ſoluẽdo, tũc fideicõmiſſarius poterit rem ab Emptore auocare, etiam ſi prohibitio eſſet tacita, ibi n.183.

Et alienãs nõ excuſatur ſub prętextu ignorantię prohibitionis alienationis, ab obligatione dãnorũ, & intereſſe, ſi pro illis ex pacto exprẽſſo ſe obligaſſet, ibi n.184.

Extende, quòd vltra damnũ, & intereſſe tenetur etiam de euictione, ex natura actionis ex empto, ibi n.185.

Declara, vt ibi n.186.

Alienans rem alienari prohibitã, pro recuperãda alia re fideicõmiſſo pariter ſubiecta, & maioris conditionis, quàm eſſet illa res vendita, non incidit in aliquam pœnam, ibi n.187.

Alienatio ea non dicitur, quæ tendit ad hęreditatis vtilitatem, ibidem.

Alienari prohibita poſſunt diſtrahi, vel vendi pro ſoluendis debitis prohibentis, ibi n.188.

Declara tamen, quòd in huiuſmodi alienationibus ſunt neceſſarię ſolnmnitates, ibi n.189.

Subdeclara, vt ibi ſub n.190.

Sed alienari prohibita non poſſunt vendi pro ſoluendis proprijs debitis, ibi n.191.

Alienatio fideicõmiſſi facta ex cauſa ſolutionis æris alieni hęreditarij, vt ſuſtineatur neceſſe eſt, quòd nõ adſint alia bona libera, & quòd cõſtet pretium ex illis extractum verſum fuiſſe in ſolutionem debiti hæreditarij, ibi n.192.

Alienari tamẽ nõ debẽt immobilia, quãdo ad ſunt mobilia, ex quibus debita ſolui poſſent, ibi n.193

Et id adeò eſt verũ, vt ſi ab aliquo allegaretur nõ extare mobilia, & poſtea fuiſset detectum contrium, tunc dicta alienatio eſset nulla, ibi n.194

Alienari non debet res magni valoris pro ſoluendo modico debito, ibi n.195.

Sed ad hoc, vt alienatio ſuſtineatur pro ſolutione debiti hęreditarij opus eſt, quòd creditores vrgeant, ibi 196.

Contrarium tamen eſset, vt ibi n.197.

Alienatio prohibita per ſtatutum non cõpræhendit alienationem neceſsariam, ibi n.198.

Extende id eò magis procedere, quando alienatio eſſet per ſtatutũ ad publicã vtilitatẽ permiſſa, quia tunc valeret, etiam ad fauorẽ forẽſis emẽtis, niſi tamẽ aliud ſtatutũ adeſſet, quòd prohiberet forenſibus habere poſſeſſionem in alieno territorio, ibi n.199.

Et alienatio, quãdo eſt nulla, tũc nõ cõpręhenditur ſub ſtatuto alienationẽ prohibẽte, ibi n.200

Itẽ illius prohibitio nõ compræhendit alienatio-

nem coactam,ſed ſolum voluntariam,ibi n.201

Et illa, quæ fit per viam retractus dicitur neceſſaria, & non poteſt impediri per pactũ de nõ aliẽnãdo rẽ locatã, nec per prohibitionẽ alienationis factã in teſtamento,licèt ea ſit potentior quàm ea, quæ fit in contractu, ibidem.

Contrarium de alienatione facta per viam ſubhaſtationis, habetur ibidem,n.202.

Declara, vt ibi n.203. & ſeqq.

Sed alienationis prohibitio, an cõprehendat alienationem factam per viam ſubhaſtationis, vide ibi n. 202. cum ſeqq.

Et alienatio,quãdo dicitur eſſe permiſſa ex cauſa neceſſitatis,intelligẽdũ eſt de ea,in qua quis coactè incidit,& nõ ſpõte illi ſe ſubiecit,ibi n.204.

Facta ob delictum,licèt dicatur fieri ob cauſam, cauſa tamen illa dicitur voluntaria, & non neceſſaria, ibidem.

Eſt tamen permiſſa ob cauſam paupertatis,ſeù egeſtatis,quando alienans nihil haberet, vndè ſibi ſubuenire poſſet, pręter rem fideicõmiſſo ſubiectam, ibi nu.205.

Et ægeſtas, & paupertas quomodo inter ſe differant, vide ibidem.

Et ſi illa fiat ob causã neceſſitatis,tũc neceſſitas aliundè, quàm per aſſertionẽ alienãtis probari debet,niſi adminicula concurrerent,ibi n.206.

Et illa neceſſaria,in quo differat à voluntaria,vide ibi nu.207.

Et in alienatione,ob æs alienũ neceſſaria tenetur creditor ſe potiorem,& anteriorem oſtendere, ſecùs verò in voluntaria, ibidem.

Sed illa,ſiue ſit voluntaria,ſiue neceſſaria,tamen laudemiũ domino directo ſolui debet,ibi n.208

Et illa per ſubhaſtationẽ,licèt videatur neceſſaria, nihilominus,quãdo procedit ex facto,vel culpa debitoris, qui obligauerat illa bona,poſtea per ſubhaſtationẽ alienata,tũc dicta alienatio dicitur voluntaria, quia habuit ortum à voluntate debitoris, ibi n. 209.

Sed ea facta in vim pacti de affrancando dicitur neceſſaria,& nõ voluntaria, concl.84. n.216.& concl.85. nu.99.

Poteſt fieri per hęredem pro reſtauratione,ac reparatione corporis hęreditarij,concl.84.n.217

Alienare non dicitur, nec incidit in pænam alienantis qui fideiuſſit pro alienante, ibi n.218.

Extende duobus modis, vt ibi n. 219. & 220.

Alienatio facta cum pacto affrancandi, eſt de ſui natura redimibilis, ibi n.221.

Alienationis cõtractus,ſi in eo apponatur pactum de retrouẽdendo ſuſtinetur,quia illud pactũ facit reincidere rẽ in ſuã causã fideicómiſsi, & operatur acſi res nunquam ſuiſſet vẽdita,ſequuta tamen illius redemptione, ibi n.222.

Declara, vt ibi num. 223.

Alienationi cõſentiens antequàm fideicõmiſsum, vel aliud ius eſſet ſibi quęſitũ,quando dicatur alienare, & cadat à Iure auocandi bona fideicõmiſſaria eueniẽte fideicõmiſſo,ibi n.224.& 225

Et alienari quando poſsit res pignorata per debitorem, vide ibi n.227. cum ſeqq.

Illa fideicommiſsi poteſt fieri pro alimentis neceſſarijs, ſi tamen hæres ſit de deſcendentibus teſtatoris, at ſecùs ſi de extraneis, ibi n.231.

Item poteſt fieri pro eximendo carceratum,etiã ſi carceratio eſſet ex debito, ibi n.232.

Sed alienatio non valet, nec Dominium trãsfertur, etiã ſi Iuramentũ eſſet adiectum in caſu, in quo minor eſſet prohibitus alienare à teſtatore, ibi nu.235.

Extende,vt ibi n.236.& 237.& ibi ratio aſſignat.

Et prohibita alienari in fiſcum non tranſeunt,occaſione confiſcationis fiendę, ibi ſub n.235.

Alienandi prohibitio duplex intelligitur procedere ſolum,quoad bona tãtum,non autem,quoad fructus, ibi n.238.

Sed illa ceſſat,ſi duplex permiſſio alienandi concurrat, ibi n.239.

Et dicta prohibitio vni facta, quãdo ad alios extendatur diſtingue,vt in concl.84.n.240.& ſeq.

Alienationis prohibitio alia eſt imperſonalis, alia perſonalis,alia perſonaliſſima,& alia realis, ibid.

Imperſonalis eſt,quando non adijcitur nomen, & fit in rem, ſcilicèt ne alienetur, vt in familia remaneat, tũc illa trãſit ad filios filiorũ. ibi n.240

Sed perſonalis dicitur, quãdo hæres. vel legatarius ſub nomine proprio alienare prohiberetur,& hęc nõ excedit perſonã ꝓhibiti.ibi n.241

Perſonaliſſima ea eſt, quando diceretur ipſe hæres,etiã ſi ſub nomine appellatiuo fieret,& hęc pari modo perſonam non excedit,ibi ſub n.241

Et realis dicitur,quãdo non eſt adiectũ nomẽ, vel quãdo hæres eſſet prohibitus cum cauſa adiecta, veluti quando mandaſſet teſtator, vt de familia non exeat, ibi ſub n.241.
Illa autem facta per ſciſmaticos non valet, niſi cum eis fuerit diſpenſatum, ibi n.77.

Item facta per hęreticum, poſt perpetratum delictum, eſt nulla, & ipſo Iure reuocatur, concl. 87. n. 81.

Et talis alienatio facta per hæreticum reuocatur, per Epiſcopum, vel Inquiſitorem, pro parte ad Fiſcum ſpectante, ibi n.82.

Alienata per hæreticum poſſunt reuocari per illius conſanguineos, ibi n.82.

Item facta poſt delictum ipſo Iure eſt nulla, quãdo bona habentur pro publicatis ipſo Iure, aliàs ſecus, ibi n.83.

Facta per reum, poſtquam fuit acceſatus, ſuſtinetur, ſi fuerit facta pro æris alieni ſolutione, aliàs ſecus, ibi n. 84.

Facta lite pendente, in fraudem facta cenſetur, & attentata dicitur, concluſ. 87. num. 85.

Et alienans rem litigioſam tenetur ad omnia damna, & intereſſe emptori reficienda, niſi emptor quoque fuerit in mala fide, quo caſu tenetur reſtituere rem ipſam, abſquè ſpe pretij, licèt illud non lucretur venditor, ſed Fiſco applicatur, concluſ. 87. num. 86.

Sed facta de re, quæ litigabatur, ſi poſtea, per rem iudicatam fuit liberata, tunc vti facta de re libera ſuſtinetur, concluſ. 87. nbm. 87.

Licèt ſecùs, ſi alienans in vim rei iudicatæ poſſeſſionem acceperit, ſine executorialibus, ibidem.

Item poteſt fieri per hæredem de bonis litigioſis teſtatoris, etiam nulla præcedente ſubhaſtatione, pro ſolutione debitorum hęreditatis, ibi nu.88.

Extende, quòd poteſt fieri per litigantem, quando lis eſſet non ſuper actione reali, ſed ſuper obligatione perſonali tantùm, concl.87. num. 89.

Item ſi fieret de re litigioſa pro Vxore ducẽda, tunc in fraudem facta non preſumitur, concl.87 num. 90.

Alienans lite pendente in eius odium pro poſſeſſore habetur, ibi n.91.

Alienatio, quando fit in fraudem paratę executionis, tunc poteſt fieri executio contra alienationem, vel in ipſiſmet bonis alienatis contra Emptorem, concluſ. 87. num. 91.

Sed quando fuit facta, ante motam litem, tunc ius executionis contra ſingularem ſucceſſorem, & ſic contra tertium non tranſit, concl. 87. num. 91.

Facta contra legem, & conuentionem initam inter contrahentes, eſt nulla, concl.87. num. 92. & ibi exemplificatur, & ratio aſſignatur.

Facta paulò ante motam litem præſumitur facta, ad euitandum Iudicium, & in fraudem, ibi num.95.

Item facta poſt decoctionem cenſetur ſimulata, & in fraudem creditorum facta, concluſ. 87. num. 96.

Sed facta poſt decoctionem, vt cenſeatur facta in fraudem requiritur Scientia dantis, & recipientis, & quòd bona debitoris non ſufficiant creditoribus, & pręſertim, ſi ſimus in alienatione titulo oneroſo facta, vt eſt in impoſitione cenſus, ibi n.97.

Extende, quod his concurrentibus poteſt actor recta via facere executionem contra tertium citatum, nõ petita contractus reſciſſione, neq;

minus

minus data cautione , de qua in l. is à quo ff. de rei vindic. ibi n.98.

Quãdo eſt facta paulò poſt decoctionem, ex breuitate temporis ſimulata cenſetur, & ſic ſuſpicio fraudis augetur, ibi n.99.

Item facta ante decoctionem per annum , ſimulata , ac in frandem creditorum facta præſumitur, ita tamen dictante ſtatuto , aliàs ſecùs , ibi num.100.

Facta à decoctore in vtilitatẽ poſteriorum creditorum, etiam anterioribus pręiudicat, ſi bona fide fiat, ibi n.101.

Et tunc dicitur facta in fraudem, quando poſt intimationem litis in potentiorem fuit facta, concluſ. 87. n.102.

Declara tamen, quòd licèt ſit interdicta lite pendente in potentiorem , poteſt tamen fieri in Filium, licèt ſit Patre potentior , ibi n, 103.

Subdeclara, quòd ſi fiat in potentiorem lite pendente, diceretur facta in fraudem, qnando concurrit ſcientia alienantis, & recipientis. & multò magis, ſi alienans non eſſet ſoluendo ; Item quando dolo malo, ſiue ad incutiendum metũ , vel terrorem alienatio fieret; ſecùs autem ſi palam, & bona fide fiat, ibi n.104.

Sed quando eſt facta çitra fraudem , tunc venditor non poteſt à iudicio defenſionis rei venditę excludi, etiam, quòd perſona emptoris eſſet legalior , ibi 105.

Item dicitur facta in fraudem , quando eſt facta ab eo , qui eſt in articulo mortis , vel in infirmitate conſtitutus , & alienat rem , ob eius mortem ad alium ſpectantem , concl. 87. n.106.

Contrarium tenent alij, vt ibi n.107.

In fraudem fiſci facta dicitur primò , quando eſt facta V.G. coniunctę perſonę; ſecundò, quando de maiori parte bonorum ; tertiò , quando donans in poſſeſſione remanſit ; quartò , quando ex prædijs donatis donans poſtea vnum vendidit, ibi n.109.

Fallit dnobus modis, vt ibi n.110. & 111.

Alienatio non tenet , quando eſt facta ab Epiſcopo , in præiudicium ſucceſſorum, concluſ. 87 num. 112.

Et ratio eſt, quia alienare , nec diſponere poteſt, Protector de rebus Eccleſiæ , cum ſolùm habeat ius protectionis , & præhæminentię , concl. 87. n.114.

Et facta contra formam Paulinę adeò eſt nulla , vt Prælatus alienans beneficio priuetur , concluſ. 87. num.114.

Illa bonorum Eccleſiæ , vt fiat ſecundum formam Paulinę , alienans debet recipere teſtes , & alias probationes , pro veritate narratorum , cum aſſertioni partium ſtari non debeat , ibi n. 115.

Alienans bona Eccleſiæ , vti Patrimonialia nulliter alienaſſe dicitur, & ipſe efficitur debitor Eccleſiæ pro tali ſumma alienata, ibi n.116.

Alienari non poſſunt bona Eccleſiæ per viam ſubhaſtationis , quando iuſta cauſa , & ſolemnitates iuris non concurrerent , concluſ. 87. num. 117.

Et quando fit alienatio rei Eccleſiæ, ex iuſta cauſa & cum ſolemnitatibus Iuris, tunc non eſt facienda pins offerenti, ſed illi tantum, qui iuſtum pretium obtulerit, ibi n.117.

Alienatio rei alicuius publici Oratorij requirit ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiæ neceſſarias, ibi n.119.

Et facta etiam cum clauſula omni meliori modo , &c. non ſuſtinetur ex defectu mandati de renouando bona ad Eccleſiam , ob cenſus non ſolutos, aut lineam finitam deuoluta, concl. 87. n. 120. & ibi ratio aſſignatur.

Facta ad cenſum non valet, ſi confirmatio Pontificis eſſet facta in Emphiteuſim , quia iſti contractus valdè inter ſe differunt, ibi n.121.

Facta per Commẽdatarium ſine ſolemnitatibus , & abſquè Superioris auctoritate dicitur nulla , quia ei obſtat prohibitio legis , & Papæ, concl. 87. n.122.

Facta per Patrem de bonis aduentitijs Filij non tenet , ſi Decretum Iudicis non interuenit , ibi num.123.

Fallit, vt ibi n.123.

Item alienare non poteſt Filius familias bona aduentitia in præiudicium Patris, abſq; illius conſenſu, ibi n.124. & ibi ratio aſſignatur.

Secùs eſt in illis bonis, in quibus Pater vſumfructum non habet, quia tunc ea Filins diſtrahere valet , ſi tamen legitimæ ætatis ſit, concl. 87. num. 125.

Item alienare non poteſt Pupillus, & Minor, abſq; Tutoris , & Curatoris conſenſu, ibi n.124.

Alienatio facta per Filium familias, cum iuramento de non contraueniendo , quamuis viuente Patre non teneat in illius præiudicium , eo tamen mortuo tenet, & vires in præiudicium ipſius Filij recipit, ibi n.124.

Alienatio facta de Vaſallis ſolis, abſq; eorum conſenſu non tenet; licèt ſecùs, quando fieret de tota Vniuerſitate, ibi n.126.

Item ſecùs , quando fieret de aliqua terra allodiali, quia tunc homines illius acceſſoriè veniũt ad eam, etiam inuiti, ibi n.127.

Et quando eſt prohibita, neq; ad fauorem Matris fieri poteſt, ibi n.128.

Et illa bonorum cenſualium non valet , ſi ius cenſuale reſeruatum non fuerit , ſecùs ſi ea alienẽtur ſaluo conſenſu, ibi n.129.

Alienare, & non ſolnere ad effectum caducitatis inuicem æquiparantur, ibidem.

Declara tamen , quòd alienans rem cenſualem Eccleſiæ, vel non ſoluens iure ſuo non priuatur, niſi Eccleſia velit , ibi n. 129.

Alienatio rei minoris facta pro dote danda non ſuſtinetur , niſi Iudicis Decretum interueniat, ibi n.130.

Sed in quibus caſibus alienatio minoris , abſquè ſolemnitatibus valeat , vide in Verbo ſolemnitates , & in concl. 56. nu.79. & concl. 88. num. 123.

Alienatio à Tutore facta de Palatio magno , per quòd nobilitas familiæ conſeruatur , etiam pretio iuſto, & pro ſolutione æris alieni, non

valet, & Pupillus eo caſu, vti læſus venit reſtituendus, concl.87. n.131.
Declara, vt ibi n.132.
ALIENÆ rei legatum fieri poteſt, & illud factum operatur, vt legatario æſtimatio rei legatę ſolui debeat, concl.88. n.1.
Amplia, vt ibi n.2. cum ſeqq. & vide in Verbo legatum.
Alienæ rei venditio ſubſiſtit, ibi n.8.
Intellige tamen id procedere, quoad vẽdentem, non autem quoad Dominum, concluſ. 88. num. 9.
Aliena res quando venditur, æſtimatio eſt ſoluenda ei, qui eam vendidit, & de pretio conuentionem fecit, maximè ſi poſtea accedat conſenſus Domini illius rei venditę, concl. 88. num.10. & 11.
Alienam rem, vti propriam vendens ſcienter dicitur eſſe in dolo, qui dolus dans cauſam contractui illum reſcindit, ibi n.12.
Alienam rem, vel alteri obligatam ſcienter emens de euictione contra vẽditorem non agit, prout nec etiam ad pretij reſtitutionem, concl. 88. num.13. & 14.
Contrarium, ibi n.15.
Concorda, vt ibi n.16.
Alienæ rei, vel alteri pignoratę emptor, quando ſoluit pretium venditori, tunc Dominus in primis habet actionem contra bona, & illis non extantibus habet actionem in ſubſidium contra pretium, ibi n.17.
Alienę rei emptor bona fide ſoluens pretium creditoribus primo venientibus, liberatur, etiam ſi alij creditores anteriores adeſſent, ibi num.18.
Extende id procedere duobus modis, vt ibi nu. 19. & 20.
ALIMENTORVM materia eſt valdè fauorabilis, & meritò quidem, cum ex eis vita hominis prorſus nutrimentum recipiat, concl.89. num. 1.
Vndè illorum fauore omnis interpretatio eſt facienda, licèt contra ius eſſet, in tantum, quòd in illis potius ſuperfluitas tolleretur, quàm quòd vnus indignus alimentis reputetur, concluſ.89. n.1. & 5. & n.30.
Non poſſunt ab homine ſeparari, nequè alteri cedi, nec aſſignari, concl.89. n. 2. & ibi ratio aſſignatur.
Nequè illis renunciari poteſt tacitè, nec expreſsè, abſq; cauſæ cognitione, & inconſulto Prætore, ibi n.3.
Idq; multò magis procedit, vbi eſſemus in minore, ibi n.4.
Et illis renuncians cenſendus eſt minus, quàm fieri poſſit recunciare, ita vt, ad fauorem eius, qui alimenta recipere debet, omnis interpretatio facienda veniat, ibi n.5.
Immò ſi illis renunciet Filius, ſibi per Patrem debitis, dicitur enormiſsimè læſus, & aduerſus huiuſmodi renunciationem ſemper reſtituitio in integrum datur, ibi n.6.
Debentur liberis de Iure naturę, & ideò onus alendi liberos non poteſt tolli vlla lege, vel conſuetudine, ibidem.
Et ſi illa neget Pater Filio anathema eſt, & dicitur turbare Filium in quaſi poſſeſſione ſuæ filiationis, & Patriam poteſtatem perdit, concl.89. num. 6.
Extende è cõuerſo, quòd ſi Filius neget alimenta Patri, exhæredari poteſt, ibi n.7.
Alendi onus non euitatur per Patrem aſſerendo eum, qui ea petit, non eſſe Filium, ibidem.
Si neget Pater alimenta Filio languido Patria poteſtate ſoluitur; licèt ſecùs ſi non eſſet languidus, ibi n.8.
Illorum renunciatio non valet, etiam ſi ſit cum Iuramento facta, concluſ. 89. & ibi ratio aſſignatur.
Neq; illis poteſt renunciare is, cui ea relicta ſunt cum eius familia, in præiudicium ipſius familiæ, ibi nu.10.
Declara eſſe verum, quòd illis renunciari non poſſit, quoad ius formale alimentorum; at ſecùs quoad commoditatem percipiendi alimenta, quia ea poteſt cedi, & creditoribus aſſignari, ibi n.11.
Item ſecùs erit, quando ea minutatim debentur, quia tunc ſuper eis tranſactio fieri poteſt, ibi n.12.
Extende id multò magis procedere, quando tranſactio eſſet iurata, quia tunc etiam ſuper alimentis futuris fieri poteſt, ibi n.13.
Contrarium, quòd ſcilicèt iuramentum in remiſſione alimentorum nihil operetur, vide ibi n. 14. vbi ratio aſſignatur.
Sed quando à Patre debentur, an ſuper eis tranſigi poſſit, vide ibi n.15.
Et eorum cauſa dicitur pia, & priuilegiata, tàm reſpectu proceſſus, & probationum, quàm etiam in eo, quòd in ea ſummariè procedatur, concluſ 89. n.16.
Item eorum cauſa non recipit appellationem, ſed in ea proceditur omni dilatione reiecta, quando tamen Iudicis Officio, ob inopiam petentis ſunt petita, & petitio fiat ſuper alimentis præſentibus, & futuris, in quibus vita hominis pendet; ſecùs in præteritis, & ſi petantur Iure actionis, concl. 89. num. 17. & nu 18. ratio aſſignatur, & concl.128. n.305. cum ſeqq. & n.745. & concl.129. nu.15.
Eorum tamẽ ſententia eſt appellabilis, ſi alendus ſit diues, & habeat, vndè ſe alat, concl.89. nu. 19. & ibi ratio aſſignatur, & concl.128. n.305. cum ſeqq. & vide in Verbo appellatio.
Sed ſunt per appellantem præſtanda appellatione pendente, ſi ille qui ſententiam obtinuit ſit inops, concluſ. 89. num. 29. & concl. 128. ſub num.305.
Extende, quòd etiam in principio litis debentur, immò dum de eis diſputatur, negotium principale ſilet, concl.89. n. 21.
Et licèt, ab eorum prouiſione detur appellatio, tamen ſit non retardata executione, ſed benè data cautione de reſtituendo in euentũ ſucumbentiæ, ibi nu.22.

Declara id procedere; dummodo alimentarius eam cautionem præſtare poſſit, ſin minus dicta executio ſine ea fieri debet, concl. 89. num. 22.
Contrarium, quòd ſcilicèt ea cautio non ſit danda, vide ibi n.23.
Et quòd non ſint reſtituenda, nec ea præſtans in creditum computare poſſit. vide ibidem.
Alimenta, & ſumptus litis actori imputantur cum fructibus perceptis, ſi ſententiam obtineat, ibi num. 24.
Et ea præſentia, & futura dicuntur à die motæ litis, & ſuper eis appellatio non datur. Præterita verò ſunt iam ante litem motam decurſa, pro quibus appellatio admittitur, concluſ. 89. num.25.
Et ad hoc, vt cognoſcatur, an ſint præſentia, & futura, vel præterita, tempus petitionis, non autem ſententiæ eſt attendendum, concl. 89. num.26.
Poſt litem motam omnino debentur, abſquè quòd pro eis fuerit æs alienum contractum, ibi nu.27.
Illorum de futuro cauſa eſt adeò fauorabilis, vt ad ea petenda dies feſtiui, non attendantur, ibi n.28.
Peti poſſunt, etiam coram Iudice ſeculari, ibi num.28.
Et illa taxare, quando poſſit Iudex laicus pendente cauſa coram Iudice Eccleſiaſtico, vide concl.142. n.62. & 63.
Alendi onus, etiam ad hæredem hæredis tranſit, maximè, quando teſtator ſuper illis perfectam diſpoſitionem fecerit, quia tunc præſumeretur legatum eſſe perpetuum, concl.89. n. n.20.
Extende, vt ibi n.30. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium, ibi n.31.
Concorda, vt ibi n 32.
Alimenta, ſi mandauit teſtator, vt alicui dentur in vita hæredis; nihilominus legatario debentur eius vita durante, etiam ſi hæres ei prædecedat, & eo caſu onus alendi ad hæredem hæredis tranſibit, concl. 89. num. 33. & ibi ratio aſſignatur.
Et debentur Vxori, etiam mortuis Filijs, licèt in legato ei facto adeſſet illa verba, ſi cum liberis mor. retur, quia ea non ſunt appoſita ad inducendam conditionem, ſed ad demonſtrandum teſtatoris deſiderium, ibi nu.34.
Et eorum occaſione poteſt hæres conueniri etiam intra tempus conficiendi Inuentarium, ibi num.35.
Et pro illis datur actio perſonalis, etiam contra tertium, ibidem.
Et adeò ſunt neceſſaria & amica naturæ, vt ob id Filijs, etiam illegitimis, & ſpurijs præſtanda veniant, concluſ. 89. num. 36. & ibi ratio aſſignatur.
Declara, vt ibi n.37. & vide in Verbo Filius.
Et ſunt præſtanda per modum prouiſionis, licèt leuiter ſit probata filiatio; donec lis ſuper ipſa filiatione terminetur, ibi n 38.
Illa cogitur Pater præſtare Filio exiſtenti in quaſi Poſſeſſione illa exigendi, ſi neget eum eſſe talem, etiam nulla præmiſſa ſummaria cauſæ cognitione; ſecùs verò ſi non ſit in ea quaſi poſſeſſione, quia tunc eum eſſe talem ſaltem ſummariè probare tenetur, ibi n.39.
Et ſolet illa decernere Rota, abſq; plenis probationibus, ibi n.40.
Si per triennium continuum fuerint Filio præſtita, ſine dubio etiam in futurum ſunt præſtanda, ibi num. 41.
Etiam in prima inſtantia ſunt præſtanda filiæ, vel Nepti agenti ad bona Patris, vel Aui, concl.89. num. 42.
Alimenta partui præſtare tenetur mulier innupta, quando non probaret eum eſſe alicuius certæ perſonæ, ibi n.45.
Alendi Filios onus tranſit quoque ad Fiſcum, veluti ad hæredes, quorum loco ipſe ſuccedit, ibi num.46.
Alere Filios etiam ſpurios tenetur Fiſcus, etiam ſi confiſcatio eſſe facta, ex crimine leſæ Maeſtatis humanæ, ibi n. 47.
Alimentorum cauſa, quando bona ſunt confiſcata non datur Filis retentio bonorum Patris, ſed ea ſunt capienda de manu Fiſci, qui dicitur hæres anomalus, ibi n. 48.
Et illa, atq; dotes debitę Filijs à Fiſco incipiunt deberi à die confiſcationis. non autem à die mortis naturalis Patris, ibidem.
Sunt etiam præſtanda Filijs delinquentis per Fiſcum, etiam in crimine hæreſis, & ſic læſæ Maeſtatis Diuinæ, quod delictum eſt longè grauius eo lęſę Maeſtatis humanæ, ibi n.49.
Extende etiam illa deberi Filijs hæreticorum; dummodo tamen ipſi ſint Catolici, concl. 89. num.50.
Et illis veniunt concedenda dicta alimenta, quia cum illi viuere permittantur, per conſequens ea ipſis ſunt debita, cum ſine illis viuere non poſſint, ibi n.51.
Extende, quod etiam debeantur Filijs illegitimis Clericorum, non obſtante Bulla Pij Quinti, concluſ. 89. num. 33. & ibi rationes aſſignantur.
Eorum præſtatio eſt fundata ſuper ratione naturali, quæ cum ceſſet in adoptiuis, obid eis alimenta non debentur, concluſ. 89. num. 54.
Alimenta adoptiuis Filijs non debentur. concl. 89. num.54.
Contrarium, ibi n.55. vbi ratio aſſignatur.
Debentur etiam per Patrem ſpiritualem Filio ſpirituali, concl. 89. num.56. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium tamen ſeruari teſtatur Auctor, ibi num. 57.
Concorda, vt ibi nu.58.
Alimentandi onus tranſit in quemcumquè ſucceſſorem, vt puta, ceſſionarium, & ſimilem quia bona ſemper tranſeunt cum ſua cauſa, & onere, ibi nu.59.
Extende id procedere, vt ibi n.60.
Alere non ſolùm tenetur in vita Pater Filios natu-

rales, ſed etiam eſt poſt mortem eis alimenta ſufficientia relinquere tenetur, concluſ. 89. num. 61.

Et ideò poſſunt Filij naturales ea petere à Filijs legitimis, & naturalibus, licèt ea Pater eis non reliquerit, ibidem.

Sed ea ſola tenentur præſtare hæredes Patris Filijs illegitimis, licèt aliquid aliud illis relinquatur, ibidem.

Et ius ea petendi ex parte petentis dicitur perſonale, ex parte verò ea debentium dicitur ad hæredes tranſmiſſibile, concl. 89. n. 62.

Et eorum ſubiectum eſt Anima, & Corpus, quæ proptea non migrant ad hæredes, & ſic de ſubiecto in ſubiectum, ibi n. 62.

Et illa, quando per ſtatutum ſunt loco legitimæ ſubrogata, vti perſonalia ad hæredes, non tranſeunt, nec per eorum ſubrogationem fauorem legitimæ ſuſtinent, concl. 89. n. 63.

Contrarium, ibi n. 64.

Et eorum occaſione, ſi fuerit legatus fundus ei cui proprietas legari poteſt ea, ad hæredes legatarij tranſibuut, ibi nu. 65.

Quando ſunt legata dignitati, vt pote Epiſcopo, vel ſimilibus, tunc illud onus erit ex vtraquè parte tranſmiſſibile, & ſic perpetuum, concl. 89. num. 66.

Extende id procedere, vt ibi nu. 66. & 67. vbi ratio aſſignatur.

Et illorum legatum factum Eccleſiæ, non expirat ſi ea deſtruatur, ſed tranſit ad Pontificem, licèt benè expiret illud factum Ciuitati, ſi Ciuitas deſtruatur, ibi n. 66.

Illa ſemper debentur donec legatarius viuat, ibi num. 67.

Sed legata dignitati non debentur perpetuo ſucceſſori in ea, qnando eſſent præſtanda de fructibus alicuius fundi, ſed ſolùm vſq; ad centum annos, ne proprietas ſemper ſit inutilis, concluſ. 89. n. 68.

Fallit, vt ibidem.

Alimenta puero ſimplicitè relicta nullo alio modo adiecto, tunc ei debentur non ſolùm vſquè ad tempus pubertatis, ſed ad tempus vitæ ſuæ concl. 89. n. 69. & ibi ratio aſſignatur.

Alimentãdi onus tranſit contra quoſcumq; hæredes Patris, in beneficium Filiorum naturalium, & tunc habetur ratio ad facultates, quæ poſt eius mortem extabaut, ibi n. 70.

Extende, vt ibi num. 71.

Alimenta debentur Vxori Filij naturalis, ab hæredibus Patris, ibi n. 72.

Et peti poſſunt ab hæredibus alere debentis, etiã coram Iudice ſeculari, ibi n. 73.

Illaq; præſtare Vxori poteſt vir compelli per Iudicem laicum, etiam ſi cauſa matrimonij agetur coram Delegato Apoſtolico, concluſ. 89. num. 74.

Illorum fauore, tàm Iudex laycus, quàm Eccleſiaſticus procedere poteſt, ibi n. 74.

Item pro illis Vxor, & Filij habent hippothecata bona Mariti, & Patris reſpectiue, & ideò, tàm conſtante matrimonio, quàm etiam eo ſoluto contra tertios poſſeſſores, agere poſſunt, ibi nu. 75.

Immò ad fauorem Filiorum ſunt deducenda, quando Pater ære alieno grauatus reperiretur, & prælertim ſi ex dilapidatione illud fuiſſet cõtractum, & ſic Filij pro illis ſunt omnino creditoribus præferendi, ibi n. 76.

Extende quòd ea debentur Filijs etiam ex damnato coitu procreatis, ibi n. 77.

Contrarium, ibi n. 78.

Concorda, vt ibi n. 79.

Et debentur per Patrem Filio naturali, non ſolũ in terris Eccleſiæ, ſed etiam in illis Imperij, ibi num. 80.

Extende, quòd etiam debeantur Filijs illegitimis etiam ex bonis primogenituræ, ſeu fideicommiſſo ſubiectis; dummodo tamen *Filij* ſint de deſcendentibus fideicommittentis, vel primogenituram conſtituentis, ibi n. 81.

Debentur etiam Filiæ fœminæ naturali; Imò pro eis bona Patris ſunt obligata, ibi n. 82.

Et per Patrem Filię ſpurię præſtita repeti non poſſunt, cum ipſe eam alere teneatur, concl. 89. num. 83.

Debentur etiam per Patrem Filiæ nuptæ, & poſtea viduæ effectæ, illius viduitate durante, concluſ. 89. n. 84.

Declara, vt ibidem.

Extende, quòd debeantur per Patrem Filiæ, etiã dum eius Maritus viuit, ibi n. 85.

Et licèt eorum repetitio non detur, ex eo, quia de Iure naturæ debẽntur; tamen illorum compenſatio tolleratur, cum fructibus per Patrem exactis, ex bonis adminiſtratis Filij, concl. 89. num. 86. & 250.

Sed illa Filiæ ſpuriæ data reuocantur, ſi ſint exceſſiua, & in damnum Filiorum, ac in fraudem legis præſtita, ibi n. 87.

Extende, vt ibi n. 88.

Declara, vt ibi n. 89. & 90.

Alimenta ſunt magis priuilegiata, quàm actio de dote, ibi n. 90.

Sed ea petere non poteſt Filia ſpuria, quãdo habuit dotem, ibi n. 91.

Item illa non debentur aliundè hbenti, concl. 89 num. 91.

Et ideò, ſi fuerint relicta Filio ſpurio, ſiue naturali, non poterit, poſtea etiam legatum, ſibi à Patre relictum prætendere, ibidem.

Contrarium, ibi n. 92.

Concorda, vt ibid. nu. 93.

Illa tamen, & dos ſpurijs, non debentur, quando eſſent ingrati, veluti quia teſtamentum Patris impugnarent; Item quando aliundè haberent vndè viuere poſſent, nec non etiam, quãdo ipſi ſpurij poſſent ex arte viuere, concl. 89. n. 95. & 116. & n. 132. cum ſeqq.

Declara, vt ibi num. 96. & 117. & ibi ratio aſſignatur.

Contrarium, vt ibi n. 97. & 118. & 135.

Concorda, vt ibi n. 98. & n. 117. cum ſeqq. & n. 135. cum ſeqq.

Sed quãdo ſunt præſtanda ſpurijs non debent cõcedi,

cedi, tàm ampla, & opulenta, ſicut Filio legitimo, & naturali fieri ſolet, concluſ. 89. nu. 100. & 121.

Contrarium, vt ibi n. 101.

Sunt decernenda, tàm Filio naturali, quàm legitimo pendente lite ſuper filiatione, concl. 89. num. 101.

Sed illa, & ſumptus litis non debentur Filio naturali teſtamentum Patris impugnanti, tamquàm calumnioſam cauſam agenti, concl. 89. num. 101.

Et ſunt prius Filijs legitimis præſtanda, quàm ſpurijs, ſi facultates Patris omnibus non ſuppetant, ibi n. 102. & 120.

Sed illa non tenetur pręſtare Filio Pater inops, ſicut è conuerſo Filius inops Patri, concl. 89. num. 103.

Et illorum cauſa non debet vẽdi proprietas bonorum Patris, nec è contra, concl. 89. n. 103. & 126.

Contrarium, ibi n. 125.

Alendus eſt prius Pater, quàm Filius in pari cauſa neceſſitatis ex regula ordinatæ charitatis, ibi nu. 103. & 119.

Sunt præſtanda Filijs ſpurijs, iuxta facultateſ, & qualitatem, ac dignitatem perſonę, cui præſtãtur, ibi n. 104.

Et quando debentur miſerationis cauſa, dantur eo caſu ſolùm ſecundum neceſſitatem viuẽdi, & non ſecundum perſonę dignitatem, concl. 89. num. 105.

Contrarium, ibi n. 106.

Concorda, vt ibi n. 107.

Et an ſint concedenda parua, vel magna, id eſt in Iudicis arbitrio fundatum, quod tamen debet Regulari, iuxtà conſuetudinem loci, concl. 89. n. 108.

Sed quando ſunt alicui, oblata oblatio eſt attendenda, non autem qualitas reddituum, & perſonæ, nec tunc recurrendum eſt, ad arbitrium Iudicis, ibi n. 109.

Quando autem petuntur in Tribunali Rotæ ea non procedit rigoroſè, & per apices Iuris, ſed maximam æquitatẽ ſeruat nec plenas probationes ſuper illis requirit, concl. 89. nu. 110. & prius nu. 40.

Et quommodo ſit ſolita ea taxare, vide concl. 90. n. 21.

Sed ſi tamen debeantur Filijs legitimis, & naturalibus, tunc eſt habenda ratio ad fructus bonorum aduentitiorum, & ſic ad illos Matris quoq; concl. 89. n. 111.

Et an ſit etiam h[illegible]enda ratio ad fructus bonorum Emphiteuticorum, vide ibidem.

Quando à Patre relinquuntur Filijs in teſtamento ea præſtanda veniunt, etiam ſi Filij aliundè alimenta habeant, ibi n. 112.

Fallit in Filijs ſpurijs, ibi n. 91. & 113.

Non debentur tamen per Filium Patri, quando ille ex arte viuere poſſet, niſi eſſet ei indecorum eam artem exercere, vel niſi conſuetudo extaret in contrarium, ibi n. 116. cum ſeqq.

Illa debentur in Regno Neapolis Filijs ſpurijs, etiam diuitibus iure actionis, & nõ tantum futura, ſed etiam præterita, iuxtà tamen facultates Patris, ibi n. 118.

Sed ad quam quantitatem ſint taxanda, & quomodo ſint ſoluenda, diſtingue, vt in concl. 89. num. 119.

Et ad hoc, vt alimenta quis præſtet alijs, non debet proprium victum arctare, concluſ. 89. num. 119.

Sed illa dare non tenetur pauper alio pauperi, concl. 90. ſub n. 21.

Si eorum cauſa Pater receperit mutuo Frumentum, tunc Filij, qui ex eo fuerunt aliti pro eius ſolutione remanent obligati, concluſ. 89. num. 122.

Extende, vt ibi n. 123.

Declara, vt ibi n. 124.

Et ſi illorum cauſa, quis mutuet alteri pecuniam, tunc habet actionem pro repetitione, tàm contra debitorem alimentorum, quàm contra eum cui fuit mutuatum, ibi n. 127.

Extende, vt ibidem, & num. 128. cum ſeqq. & vide in Verbo Mutuans.

Debentur Filijs illegitimis, ſed ſi ſuper illis litigari contingat, tunc etiam ſumptus litis ſunt præſtandi, ibi n. 132.

Extende, vt ibi num. 133. & ſeqq. vbi ratio aſſignatur.

Sunt præſtanda à Patre Filijs naturalibus, & legitimis, niſi ille, eos aliundè habet, edemonſtret, ibi n. 134.

Et ad dignoſcendum, an quis habeat, vndè ſe alat non attenduntur operæ, nec induſtria, quia humana fragilitas ex tempore variari poteſt, ſed ſolùm attenditur, ſi ex redditibus viuere poſſit, ibi n. 135. & 155.

Extende, quòd illa tenetur Pater præſtare Filio à ſe ſeorſum inhabitanti, ob ipſius Patris ſęuitiã & auſteritatem, ibi n. 138.

Extende, vt ibidem.

Fallit duobus modis, vt ibi n. 139. & 140.

Alimenta, quando per Socerum ſunt præſtanda nurui, ac eius Filijs, tunc ille, ac eius hæredes in eorum præſtatione nullam moram committere debent, ibi n. 140. & 169.

Extende id multò magis procedere in foro interiori, ibi n. 141.

Extende, quòd ea tenetur Frater præſtare Fratri, extra propriam domum, non attenta induſtria, ex qua viuat, & in ea quãtitate, vt ei erat in ſua domo daturus, ibi n. 142.

Et illa petens extra domum propter ſęuitiam, ob quam ſeorſum inhabitare cogatur, tunc ipſam ſæuitiam probare tenetur, ibi n. 143.

Declara, vt ibi n. 144.

Et illa extra domum deſtinatam præſtari Iudex cogere poteſt, ibi n. 144.

Licèt ea commodius præſtentur in propria domo, quàm extra, ibi n. 142.

Alimenta ſi petat Filius à Patre, qui habeat quoq; Patrem, tunc conſenſus, dicti Patris, & ſic Aui. reſpectiuè accedere debet, cum in illius poteſtate exiſtat, ibi nu. 145.

Et

Et illa tenetur Pater præſtare Filio non ex Iure Patriæ poteſtatis, vel ex eo, quòd habuerit dotem Vxoris, ſiue Matris Filij, aut habeat vſumfructum in bonis aduentitijs Filij, ſed ex proximitate, & ſanguinis charitate, concl. 89. num. 146. & 148.

Sed ſi illorum cauſa Filius vult côuenire Patrem, tunc poterit adire Iudicem, abſq; venia, & cõſenſu ſui Patris legitimi, & naturalis, concl. 89. num. 147.

Et illa debet Filius conſequi à Patre, & non ab Auo, quando ambo eſſent diuites, concl. 89. num. 148.

Debentur per Auum in ſubſidium; ſcilicèt quando Pater Filij, vel Filię eſſet pauper, concl. 89. num. 148.

Illa debentur Filijs naturalibus Iure actionis, ſpurijs verò officio Iudicis, concl. 89. num. 149. vbi ratio aſſignatur.

Illa quoq; tenetur præſtare Pater Filio Doctori, etiam profeſſionem in primarijs Ciuitatibus exercenti, quando præſertim ibi commodè non lucretur, ibi n. 154.

Declara, vt ibi n. 154. & 155.

Extende, quòd ea tenetur præſtare Pater Filio, etiam ſi ille poſſet alicui Principi ſeruire, vel ire ad bellum, & ibi ſtipendia habere, concl. 89. num. 156.

Contrarium, ibi n. 157. & 158.

Sed prima opinio magis placèt Auctori, vt ibi n. 158. & 159. & ibi ratio aſſignatur.

Subextende, quòd nedum ea debentur per Patrem Filio exiſtenti in ſtudio Generali; verum etiam ſumptus itineris, Librorum, & aliarum rerum neceſſariarum, conſiderata facultate, ac nobilitate opulenti Patris, nec non annonæ charitate, ibi 160.

Debent eſſe pinguiora in ſtudio, quàm domi, ibi num. 160.

Veniunt etiam ſubminiſtranda per Patrem Filio, quando ludendo eius portionem perdidiſſet, neq; tunc in eo culpa dilapidationis attenditur, cum in contrarium ratio naturalis operetur, ibi num. 161 & 226.

Contrarium tamen procedit in Filio prodigo, ibi num. 162.

Concorda, vt ibidem.

Alimenta, & ſumptus litis debentur Filio Religioſo contendenti ſuper bonis Paternis, & Maternis; dummodo tamen de licentia Superioris compareat ad Iudicium, cum per ſe non habeat legitimam perſonam ſtandi in eo, concl. 89. n. 163.

Et illa tenetur præſtare Pater; nedum Filio legitimo, & naturali, ac eius Nepotibus, ſed etiam Seruis, & Ancillis, qui, ſiue quæ illis inſeruiunt, ibi n. 164.

Extende, vt ibi n. 164. & 166.

Declara, vt ibi n. 165.

Extende, quòd ea nedum Pater tenetur præſtare Filio, ſed etiam nuru, etiam ſi Filius Vxorem indotatam, & abſquè conſenſu Patris duxerit, quòd quidem de iure Canonico fieri licet, concluſ. 89. num. 167.

Contrarium, de iure Ciuili, ibidem.

Concorda, vt ibi n. 168.

Fallit tamen, vt ibi n. 170.

Illa tamen præſtare non tenetur Maritus priuigno, nequè eum in domum, ſed Vxorem tantum ducere tenetur, ibi n. 171.

Et ideò ſi habuit alimenta priuignus à vitrico, illa reſtituere debet; ſecùs autem, ſi dictus priuignus operas ſuas pro dicto vitrico impendit, ibi n. 172.

Quando poſſit, vel teneatur Vxor ea præſtare Filijs primi matrimonij in neceſſitate conſtitutis, ſine licentia Mariti in conſcientia, vide ibi n. 73. & 74.

Debita Filio tenetur Pater augere, quando ei naſcuntur Filij legitimi, & eò magis ſi precia rerum eſſent aucta, concluſ. 89. num. 175. & 178.

Extende, vt ibi n. 176. & ſeqq. & ibi rationes aſſignantur.

Contrarium, ibi n. 178.

Concorda, vt ibi dicto n. 178.

Item debent augeri, quando Filij dignitas, ſiue familia, ob numerum Filiorum augetur, non obſtante taxatione inter Patrem, & Filium prius ſequuta, ibi nu. 179.

Quando debeantur Nepoti, vel nepti ex Filia, legitimato, adoptiuo exiſtenti in vtero, aut emancipato, vide ibi n. 180.

Alimenta, ſeu lac tenetur Mater præſtare Filio intra triennium, concluſ. 89. num. 181. & ibi ratio aſſignatur.

Declara tamen pluribus modis, vt ibi num. 18[illegible] & ſeqq.

Illa tamen tenetur Mater præſtare Filio, etiam vltra triennium in ſubſidium, quando Pater eſt pauper, ibi n. 183.

Extende, vt ibi n. 184.

Declara, vt ibi n. 185.

Sed ea pręſtita Filijs, vltra triennium quan[illegible] Mater poſſit à Patre repetere, vide concl. 8[illegible] num. 181.

Illa, vel dos, quando ſunt ab aliquo danda, in ſubſidium, tunc non ſunt rigoroſè taxanda, nec debent ægeſtatem parere in dotante, ſed ſolum ad meram neceſſitatem dotandæ, ſiue alendæ perſonæ ſunt reſtringenda, ibi n. 186.

Tenetur Mater illa præſtare Filijs legitimis, quando Maritus eſſet mortuus, ibi n. 187.

Fallit duobus modis, vt ibi n. 188. & 191. & ibi ratio aſſignatur.

Contrarium, vt ibi n. 189. & ſeqq. & [illegible]. 306.

Debentur Filiæ potius per Matrem, quàm per Patrem, ibi n. 192.

Tamen ſi ſint præſtanda Filijs pænes Matrem, vel pænes alium, quando ea tranſi[illegible] ad ſecunda vota re eſt arbitrarium Iudici, [illegible]. 190.

Tenetur ea præſtare Filius Patri, nec non Matri, quæ ob adulterium ſuam dotem amiſiſſet, & id ex charitate ſanguinis fit, ibi n. 193.

Item tenetur ea præſtare Filius Patri, ſi recuperet hæreditatem, quæ per fraudem Patris ſibi

ſuerat

fuerat ablata, quia quæ de iure naturæ debentur, nullo caſu euelli poſſunt, concl.89. n.194.

Tenetur quoq; ea Filius præſtare Patri bannito, cum potius naturalis cauſa ſit attendẽda, quàm crimen Paternum, ibidem.

Extende duobus modis prædicta procedere, vt ibi n.194. & ſub n.195. ratiò aſſignatur.

Declara, vt ibi n.195.

Item tenetur Filius ea præſtare Patri, etiam hæretico, concl.89. 198. vbi ratio aſſignatur.

Contrarium tamen verius eſt in foro exteriori, ibi n.199.

Tenetur præſtare Filius Patri, à quo fuerunt bona fideicommiſſo ſubiecta ablata ob illius dilapidationem, & eidem Filio reſtituta; dummodo tamen Pater egeat, & non aliàs, ibi n.200.

Declara, vt ibi dicto nu.200.

Non tenetur ea Filius præſtare Patri, quando nullam artium eſſet edoctus, ibi n.201.

Et illa non præſtans Patri, antiquitus pro ignobili habebatur, concl.89. n.201.

Non tenetur Filius pauper ea Patri præſtare, ibi num.202.

Ea tantum debet habere Mater in bonis Mariti, licèt ſit relicta vſufructuaria, dum ipſi Filij viuũt, licèt illis mortuis plenum vſumfructum habeat concl.89. n.203. vbi ratio aſſignatur, & n.204.

Extende id multò magis procedere in Nouerca ibidem.

An quis teneatur ea præſtare potius Filijs, quàm parentibus, ſiue è contra, quando ambos in neceſſitate conſtitutos habet, vide latè in concluſ.89. nu.205. cum ſeqq.

Illa tenetur præſtare Filius Matri adulteræ; dummodo illa proprios parentes non habeat, qui ipſa alimenta præſtare poſſint, ibi nu.205.

Declara, vt ibi n.213. & ibi aſſignatur ratio.

Contrarium tamen huic declarationi habetur, ibi n.214. vbi pariter ratio cõtraria aſſignatur.

Item illa tenetur præſtare Frater diues Fratri, & Sorori pauperi, ibi n.215.

Extende pluribus modis, vt ibi n. 216. cum pluribus ſeqq. & ibi opiniones inuicem contrariæ concordantur.

Quando debentur iure naturali, vt inter Filios legitimos, naturales & Parentes, tunc non attenduntur operę, ſiue induſtria, ſed ſolùm ſi ex redditibus viuere poſſint, ſecùs verò ſi debeantur Iudicis Officio, aut legis diſpoſitione, ibi num.224.

Non debentur Fratri, quando ille omnia bona ſua dilapidauit, concl.89. num. 225. & ibi ratio aſſignatur.

Sed quando debeantur Filio dilapidatori, vide ſub n.126.

Debentur Sorori legitimam petenti, concl. 89. num. 227.

Extende, vt ibi dicto n.227.

Extende, quòd etiam debeantur Fratri, & Sorori, licèt ex alio Patre natis, & ſic vterinis ibi num. 133.

Sed id non ſeruatur hodie de conſuetudine, vt ibi num.234.

Sed ea, quæ à Fratre alteri Fratri pręſtantur in dubio præſumuntur cauſa pietatis, & animo donandi, non autem repetendi, data, concluſ. 89. num.235.

Sed ad hoc, vt donata præſumantur, hęc concurrere debent, & primò quòd expenſę ſint factę in perſona, non autem in rebus, ſecundò quòd illa perſona ſit coniuncta, tertiò quòd expenſæ ſint modicæ, & non magnę; aliàs animo repetendi factę pręſumerentur, ibi nu.236.

Et donata pręſumuntur, licèt ea pręſtans eſſet extraneus, quando non fuit proteſtatus, & pręſertìm ſi eſſet diues, pius, & liberalis, concluſ.89. num.237.

Illa non repetit ille, qui alere de iure tenetur, ſiue proteſtetur, ſiue non, concl.89. num.238. & ibi exemplificatur.

Alimenta ſi præſtet Epiſcopus expoſito, tunc expenſas factas non repetit, ſiue proteſtetur, ſiue non; licèt ſecùs ſi talis expoſitus fuiſſet alitus ex communibus redditibus Eccleſię, vel in aliquo loco ad alendum expoſitis deputato, quia tunc Pater (dummodo non egeret) teneretur expenſas factas eidem loco compenſare, concluſ.89. num.238.

Item pręſtita amico non leuis, ſed magnę amicitię, aut eius Filijs donata cenſentur, ibi n.239. & concl.100. n.7.

Declara tamen, vt in concl.100. n.8.

Illa præſtare tenetur Clericus Fratri, & Sorori etiam ex redditibus Eccleſię, & ſui Beneficij; dummodo tamen non eſſet ſenex, & infirmus, ita vt omnibus fructibus ſui Beneficij in ſui adiutorium indigeret, ibi n.240.

Alimenta Vicarij ſunt detrahenda ex redditibus Eccleſię, licèt reſſiduum pro Rectore non ſufficiat, quãdo ipſe Vicarius deputatur, ex eo, quia ipſe Rector curę animarum vacare non poteſt, ibi num.241.

Sed ſi illa pręſtet adminiſtrator ei, cuius negotia gerit, licèt ſit ſanguine coniunctus, tamen in dubio de ſuo pręſtare non tenetur, ſed de bonis adminiſtratis, & ſic animo repetendi data præſumuntur, ibi n.242. & ſeqq.

Item ſi illa pręſtet Mater Filio ratione adminiſtrationis, donare non cenſetur, ſecùs verò ſi ratione ſanguinis, & pietatis id faceret, concl. 89. num. 243.

Extende, vt ibidem.

Si petantur per coniunctum, tamquam Curatorem, ſed de cura non appareat, tunc proceſſus erit nullus, ibi n. 244.

Item ſi petantur per Procuratorem qualiter deputatum non debentur, ſed data reſtituenda venirent, ibidem.

Ideo ea ſemper peti debent, abſq; errore perſonæ, ibidem.

Data Genero à Socero ob dotem non ſolutam non dicuntur præſtita iure ſanguinis, ſed ob onera matrimonij ſuſtinenda, & ſic ea nunquam ſunt reſtituenda, ibi n.245.

Fallit, vt ibidem.

Præſtita Filijs per Matrem, illa poteſt repetere

ab eo, ad quem onus eos alendi ſpectat, concl. 89. num.246.
Nunquam petuntur per Filios à Matre, niſi excluſo Patris ſubſidio, ibi n.146.
Illorum repetitioni, quando eſt locus ſit tantum repetitio pro diſpendio burſali, non autem pro labore perſonæ, ibi n.247.
Lite pendente data Filijs, vel alijs perſonis, nunquam reficiuntur, etiam ſi alitus ſuccumbat, ibi num.248. & 249.
Fallit, vt ibi n.248.
Contrarium, vt ibi n.249.
Alimena præſtans Filio, ſiue ſeruo expoſito poteſt ea ab illius Patre, ſiue Domino repetere, vnà cum expenſis in eis erudiendis in aliqua arte factis, concl.89. nu.251. & nu. 252. ratio aſſignatur.
Veniunt compenſanda cum fructibus, quando actor ſententiam pro ſe obtinet, ibi n.253.
Illorum fauore multa conceduntur, quæ alias nõ concederentur, ibi n.254.
Item eorum debitum non eſt cum alio debito compenſabile, ibidem.
Eorum priuilegia adeò ſunt fauorabilia, vt propterea donatio in cauſam alimentorum non requirat ſolemnitates à ſtatuto in donationibus requiſitas, ibi n.255.
Extende, vt ibi n.255. & 592.
Alimentorum cauſa ſi fiat ſtipulatio à tertiò ad fauorem pauperis erit valida, concl.89. nu.255. & n.592.
Poſſunt relinqui exteris, non obſtante ſtatuto bona in forenſes alienari prohibente, concl. 89. num.256.
Debentur ex bonis fideicommiſsi in ſubſidium, quando libera non extant, ibi n.257.
Eorum fauore ſemper in dubio eſt pro eã petente iudicandum, ibi n.258.
Illorum promiſſio volũtaria non reddit vnquam contractum vſurarium, ibi n.259.
Onus alendi, quod habet Frater in Fratrem, & Sororem, ad vlteriorẽ gradum non extenditur, ibi n.260. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium, vt ibi n.261.
Concorda, vt ibi eodem n.261.
Illa coniunctis debentur iure ſanguinis, non autẽ reſpectu bonorum, ibi n.260.
Præſtita Nepoti, vel nepti, ſi ſint magna donata non cenſentur, ibi n.262.
Et debentur Nepoti ex ſpurio ab Auo Materno, non autem Paterno, concl. 89. nu. 263. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium, quòd ſcilicèt, tàm vnus, quàm alter Auus teneatur Filijs, ſiue Nepotibus alimenta præſtare, vide ibi n.264.
Concorda, vt ibi nu.265. & ibi ratio diuerſitatis aſſignatur.
Debentur per Auum Paternum Nepoti ex Filio legitimo, & naturali, ibi n.266.
Quando Nepoti debentur in bonis fideicommiſſo ſubiectis per Auum, iam defunctum, tunc illa debentur ex ipſis bonis, omnibus creditoribus Filij excluſis, ibi n.267.
Item debentur per virum Vxori, etiam ſi eam indotatam ille duxerit, num.268. & ibi ratio aſſignatur, & n.275.
Contrarium tamen habetur, ibi n.269. cum ſeq. & n.275.
Concorda, vt ibi n.275. cum ſeqq.
Sed illa non tenetur præſtare maritus Vxori, quãdo non habuit dotem, vertente inter eos lite, ibi num.270.
Item non tenetur illa præſtare Maritus Vxori, quando accepit nomina debitorum pro dote, licèt benè teneatur illa nomina proprijs expenſis exigere, quando tamen impenſæ non eſſent magnæ, ſiue neceſſariç, ſed eo caſu pendente lite Vxor poteſt ab eius Patre alimenta prætẽdere, ibi n.271. & ſeq.
Declara, vt ibi n.273.
Et illa non ſolùm poteſt denegare Maritus Vxori, ob non ſolutam dotem, ſed etiam eam poteſt è domo expellere, ibi n.274.
Declara, ibi n.275.
Rurſus declara id procedere de Iure Ciuili; ſecùs autem de Iure Canonico, ibi n.276.
Eorum præſtatio diuturna coadiuuat confeſſionẽ Mariti ſuper receptione dotis, etiam ad effectũ præiudicandi tertio, ibi nu.277. & vide concluſ. 120. n.226. cum ſeqq.
Et pro illis bona Mariti ſunt Vxori obligata, ibi n.278.
Extende, vt ibi n.279.
Declara tamen, quòd quando poteſt Vxor, ſed Vidua illa cõſequi ex arte proprijs manibus elaborãdo, ſine eius, aut ſuç agnationis dedecore, iunctis fructibus ſuæ paruæ dotis, non poteſt prætendere quartam in bonis viri, concluſ. 89. num. 282.
Extende, vt ibi n.283. & ſeqq.
Et illa, quando ſunt alicui legata in caſu neceſſitatis, tunc non debentur, ſi legatarius habeat Patrem, aut alium, qui eum alere poſſit, ibi num.285.
Debentur per virum Vxori, quando non prorſus indotatam duxiſſet, ſed aliquam paruam dotẽ habuiſſet, ibi n.289.
Item debentur per virum Vxori, quando talis conſuetudo extaret, ibi n.290.
Et quando ſunt præſtanda ratione conſuetudinis, tunc ea Iure actionis debentur, & ſic etiam dinitibus, non ſolùm futura, ſed etiam ea de præterito præſtanda veniunt, ibi n.290.
Illa debita iure conſuetudinario debentur ratione bonorum; ſecùs verò, quando ea debentur de Iure communi, quia tunc illa à perſona perſonæ debentur ex ſanguinis charitate, concluſ. 89. num. 291.
Tenetur Maritus illa præſtare Vxori, etiam adulterç, poſt factam Thori ſeparationem, concl.89. num.292.
Declara tamen, vt ibidem.
Extende, quòd ea tenetur Maritus pręſtare Vxori, quando fieret hæretica, ſed poſtea pæniteret, ibi n.293. & ſeqq.
Item tenetur Vxor præſtare alimenta viro de-

proprio, quando ipſe egenus, & pauper fieret, ibi n.296.

Extende, quòd ob alimenta viri, poteſt fundus dotalis vendi, concl.89. n.296. & vide in Verbo Alienatio, & in concl.84. nu.140. & concl. 87. n.19. cum ſeqq.

Eorum præſtatio, & excarceratio à pari non procedunt, & ideo de vno ad aliud non infertur, concl.84. n.140. & concl.89. n.296.

Et illa tenetur præſtare Vxor viro; nedum attenta qualitate dotis, ſed etiam, & lucri, concluſ. 89. num. 299.

Et ſiue debeantur ex obligatione, ſiue ex miſeratione vtroq; caſu ratio dignitatis, & conditionis perſonarum, nec non qualitatis rerum eſt attendenda, ibi n.299.

Extende, quòd ea nedum tenetur pręſtare vxor viro indigēti, ſed etiam Monaſterium, in quod cum conſenſu ſui viri fuerit ingreſſa, & cui illius bona, ac dos fuerit tradita, ibi n.300.

Contrarium tamen habetur, ibi n.301.

Item illa tenetur Vxor præſtare viro indigenti, licèt eſſet legum contemptor, & magnus ribaldus, ibi n.302.

Extende, quòd etiam debentur Vxori, quando à viro iuſta cauſa receſſit, ibi n.303.

Extende alijs tribus modis, vt ibi n.304. cum ſeqq.

Item debentur Vxori, quando recederet à viro ex eo, quia concubinam teneret, aut ob eius ſæuitiam, vel quando eſſet Homo rixoſus, aut ob inimicitiam, vel odium capitale, quod cum ea, vel cum ſuis vigeret, concl. 89. num.306. & 308.

Debentur per virum mulieri, pendente lite ſuper Matrimonio, immò ſub nube, & illius collore, ibi n.309. & ibi ratio aſſignatur.

Debent præſtari ventri pręgnanti, ex bonis Mariti defuncti, quamuis eſſet dubium, an eſſet prægnans, & mulier eſſet diues, concluſ. 89. num. 310.

Declara, vt ibi n.311.

Debentur per Maritum Vxori, quando de licētia illius, & ex cauſa neceſſaria alibi inhabitaret, ibi n.312.

Sunt præſtanda per virum, non ſolùm ipſi Vxori, ſed etiam illius familiæ, concluſ. 89. num.313.

Et vt poſſint denegari Vxori, non ſufficit probatio malæ famæ illius, ſed ſententia requiritur, ibi n.315.

Item debentur per Maritum Vxori, quæ à ſe receſſit, dum de Iuſtitia cauſæ cognoſcitur, ibi num.316.

Et quando debentur per Maritum Vxori, quę à ſe receſſit, ſunt præſtanda pro modo dotis datæ, & receptæ, ibi n.317. & ſeqq.

Sed quando debentur reſpectu, & contemplatione alicuius rei particularis, ſi ea in fructuſera fiat, aut pereatur, amplius non ſunt præſtanda, cum iſtud onus reale, & non perſonale dicatur, ibi n.319.

Extende, vt ibidem.

Et quando debeantur contemplatione alicuius rei, debet haberi reſpectus ad fructus, & redditus illius, etiam ſi ſtatuto caueretur, vt commutatio prius facta de fructibus in pecuniam perpetuò obſeruetur, quia illud intelligi debet, rebus ſic ſtantibus, ibi n.320.

Fallit, vt ibi n.321. & ſeqq.

Si eorum cauſa aliqua bona ſint aſſignata Filiæ, & ea, abſq; eius culpa amittantur, alia iterum aſſignari debent, ibi n.323.

Extende, ibi n.324.

Illa non tenetur præſtare Maritus Vxori, quando dos fuiſſet euicta, & eò magis, quando illa non fuiſſet promiſſa ab Vxore, ſed à Patre, fratribus, & extraneis, ibi n.326.

Extende, ibi ſub n.327.

Contrarium tamen eſt verius de iure Canonico ibidem.

Eorum legatum, ſi ſit relictum alicui ab extraneo ex fructibus, & redditibus certorum bonorum, quando fructus ceſſarent, amplius alimenta non deberentur, ibi n.329.

Et eo caſu legatarius nō tenetur ad ſolutionem collectarum illius fundi, niſi quando fructus excederent quantitatem debitam pro alimentis, ibi n.330.

Et quando ſunt relicta alicui ſimpliciter, & indeterminatè, non autem contemplatione certæ rei, augentur, & minuuntur ſecundum tempora, & conditiones perſonarum, quibus ea debentur, & iuxta quantitatem familiæ, & Patrimonij, nec non iuxtà conſuetudinem regionis, ac alterationem, & mutationem pretij ciborum, habitationis, & veſtimentorum, concl. 89. nu.331.

Alere, & redotare ita tenetur Frater Sororem, ſicut Pater Filiam, ibi n.332.

Alimenta, quando eſſent alicui à teſtatore relicta, & quantitas illorum eſſet à teſtatore taxata, tunc ſi fructus non ſufficiunt, proprietas vendenda erit, ibi nu.333.

Extende, vt ibidem.

Sed regulariter ex redditibus, fructibus, & acceſſionibus, non autem ex proprietate ſunt præſtanda, ibi nu.334.

Quando ſunt relicta ex certo fundo, ſi ille non producat tot fructus, qui pro alimentis ſufficiant, fundus ipſe eſt obligatus pro illis, adeò, vt integra alendo debeantur, concluſ. 89. num.335.

Extende, vt ibi nu.336.

Et quando debeantur, ſi res pro illis legata eſſet ab ipſomet teſtatore alienata, diſtingue, vt in concl.89. nu.338.

Debentur Vxori Viduę, donec dos ſibi reſtituatur, quę loco eorum ſuccedit, & eſt cauſa finalis præſtationis eorum, concl. 89. n.339. & ibi ratio aſſignatur.

Debentur mulieri ex fructibus, non autem ex proprietate dotis, ne breui tempore indotata remaneat, & ſic mendicare cogatur, concl.89. num 339.

Sunt pręſtanda Vxori Viduæ, pęr hæredes Mariti

riti intra annum luctus, etiam ſi fructus dotis non ſufficiant, ibi n. 340.
Amplia vt ibi n. 341.
Fallit vt ibi n. 342. & 343.
Declara tamen, vt ibidem d. n. 343.
Et ſi illa præſtiterit Maritus Vxori extra ſuam domum, & aliquid ex fructibus vltra alimenta ſuperſit, tunc id quòd ſupereſt erit viri, ibi num. 343. in fine.
Illa debentur Vxori de proprio ſui viri, quando illa eſſet prægnans, & ei fuiſſent à viro legata, neq; tali caſu vlla compenſatio cum fructibus dotis fieri debet, ibi n. 344.
Sed ſi illa receperit Vxor Vidua ab hæredibus Mariti, tunc fit compenſatio de fructibus cum alimẽtis, vſque ad concurrentem eorum quãtitatem, ibi n. 346.
Alimenta, nec interuſuria dotis poteſt conſequi Vxor tranſacto anno dato ad reſtituendam dotem, niſi hæredes Mariti interpellauerit, & ſic in mora eum conſtituerit, concl. 89. n. 347. & ſeqq.
Declara, vt ibi n. 349. & 350.
Et illa debentur Vxori Viduæ, nedum in caſu moræ, ſed etiam, quando Vidua non haberet vndè ſe alere poſſet, vel in caſu, quòd ea eſſet negotiari ſolita, ſiue etiam, quãdo debita pro alimentis contraxit, aut hæredes Mariti pœnes ſe dotem retinuerint, abſq; vlla interpellatione, concl. 89. num. 354. & ibi ratio aſſignatur.
Amplia, vt ibi n. 355.
Contrarium habetur, ibi n. 356.
Concorda, vt ibi n. 358.
Sed quando ea debentur alicui Iudicis Officio, vel legis diſpoſitione non ſunt præſtanda, niſi quatenus egeat, vel niſi æs alienum in eorum defectum contraxiſset, concl. 89. num. 366. & 369.
Et ſunt præſtanda Vxori aliundè habenti, vndè viuere poſſit, quãdo Iure actionis ſunt debita; ſecùs autem ſi Iudicis Officio, vel legis diſpoſitione, ibi n. 367.
Alimenta omnia, aut debentur Iudicis Officio, ſiue legis diſpoſitione, aut ex teſtamento, ſiue ex ſtipulatione, & ſic Iure actionis, concl. 89. num. 368.
Et illa, quæ debentur ex teſtamento, vel ex contractu, & ſic Iure actionis, etiam diuiti præſtãda veniunt, ibi n. 369.
Debentur Vxori Viduæ, etiam extra domum viri deductis tamen eius operibus, quia illa tenetur ad commodum hæredum laborare, niſi eſſet magna Domina, vel ſibi indecorum eſſet, aut non eſſet ſolita proprijs manibus laborare, ibi n. 370.
Debentur Vxori extra domum viri, etiam eo adhuc viuente, ſi tamen illa ad eius, obſequia parata, & prompta foret, ibi n. 371.
Reſtringe, vt ibi n. 372.
Contrarium, vt ibi n. 373.
Concorda, vt ibi n. 374.
Alimenta Vxori præſtare tenetur vir, immò cogi poteſt, quando vult fructus dotis ſuos facere, ibi num. 374.
Extende, quòd ſi ea nõ præſtiterit Maritus vxori dum viuebat, vel non adhibuit Medicum, quãdo illa egrotabat, dote priuandus erit, niſi forſan in tempore peſtis eſſemus, concluſ. 89. num. 375.
Fallit tamen, vt ibi n. 376.
Debentur per extraneum dotem promittentem, & non ſoluentem, quia extraneus tenetur ad fructus dotis, poſt curſum temporis à lege introductum, vel poſt litem conteſtatam, ibi num. 377.
Contrarium, ibi n. 378.
Primam opinionem tenet Auctor, quando mulier non haberet, vndè ſe alere poſſet, ibi nu. 379. cum ſeqq. vbi pulchræ rationes aſſignantur.
Illa tamen non tenetur extraneus præſtare extraneæ, ſicut Pater Filiæ propriæ, ibi n. 378.
Item non tenentur præſtare illa Vxori hæredes Mariti, neq; extraneus, quando ipſa Patrem haberet, ibidem.
Alimentorum præſtationis onus, licèt in extraneo ſit à principio voluntarium; tamen ex poſt facto ſit neceſſarium, ibi n. 380.
Et debentur in perpetuum per eum, qui vol untariè eorum præſtationi ſe ſubiecit, concl. 89. num. 381.
Et illa præſtare tenetur, qui dotem promittit, & eam in tempore à lege præſtituto non ſoluit ibidem.
Extende id procedere, ibi nu. 382.
Et talis taxatio vigore ſtatuti Vrbis eſt de ſcutis ſeptem cum dimidio, pro quolibet centenario, vel quinq; iuxtà locorum diuerſitatem, & ea ſemper peti poſſunt, quouſq; dos ſit ſoluta, ibi num. 82.
Et ſi illa non petierit Maritus per decennium in caſu dotis promiſſæ, & non ſolutæ, cenſentur remiſſa, adeò, vt ea hæredes amplius exigere non poſſint, ibi n. 383.
Fallit, vt ibi n. 384. & 385.
Alimenta debet conſequi Vxor in bonis Mariti, quando eſſet relicta vſufructuaria, vltra deductionem ſuæ dotis, & augumenti, vti æs alienum, ibi n. 386.
Extende id procedere, etiam ſi Vſusfructus fuerit relictus Vxori, cum hac conditione, ſi cum Filijs morabitur, & ipſi Filij moriantur, concl. 89. n. 34. & 387. & ibi ratio aſſignatur.
Et tunc alimenta per Vxorem propria actoritate capi poſſunt, ibi n. 388.
Contrarium, vt ibi num. 389. & ibi ratio aſſignatur.
Illa, ſine fructus dotis non poteſt conſequi mulier relicta Tutrix Filiorum, quando non curauit dotem ſibi ſolui tempore ſuæ adminiſtrationis, ibi n. 391.
Extende, vt ibi n. 391.
Fallit, vt ibidem.
Et ſi debeantur Vxori, vel cuilibet alio, per plures perſonas, tunc Iudex poteſt cogere vnum-

tan-

tantum ad ſatisfactionem, cęteris tamen contribuentibus, vel modo vnum, modo alterum, vel poteſt agi contra plures in ſolidum, concl. 89. n.398. cum ſeqq. & vide n.581.

Declara, vt ibi nu.400. & 401. & ibi ratio aſſignatur.

Illorum fauor verſatur ſolum in futuris, ſed in præteritis ceſſat, ibi n.401.

Et non debent eſſe exigua, ſi dos ſit magna, ſed benè illi correſpondentia. ibi n.402.

Illa debentur Vxori vergente viro ad inopiam, dum de eius aſſecuratione tractatur, ne interim fame pereat, ibi n.403.

Item debentur Vxori relictę vſufructuariæ certarum rerum particularium, vltra vſumfructum earum, etiam exiſtentibus Filijs, ibi n.404.

Fallit quando Vxor eſſet relicta vſufructuaria omnium bonorum, quia tunc illud legatum reſoluitur in vim alimentorum tantum, exiſtentibus Filijs, ibidem.

Secus tamen eſſet, quando vſusfructus eſſet integer, plenus, & francus relictus, quia tunc in alimentis non reſoluitur, ibidem.

Alimenta ſola debentur Vxori, quæ fuit ſimpliciter relicta vſufructuaria, Domina, & Maſſaria, etiam ſi hęres extraneus eſſet inſtitutus, concl. 89. n. 405.

Item Vxori debentur, ſi fuit relicta vſufructuaria ad certum tempus, ibi n.406.

Vxori relicta, ſi vitam vidualem duxerit, ſemper ſunt ei præſtanda, dum in viduitate remanſerit, ibi n.407.

Vxori debentur, ſi à Marito fuiſſet facta promiſſio de reſtituenda dote, cum obligatione Camerali damnorum, & intereſſe, ibi n. 408.

Secus verò, ſi illa promiſſio non adeſſet, quia tunc per receptionem dotis illa remiſſa cenſentur, ibi n.409.

Et illa Vxori debita in caſu, quo ea fuit relicta vſufructuaria, ſunt pręſtanda, pro integro anno luctus, non autem vſquè in diem mortis Vxoris tantum, ſi intra illum moriatur, immò non exacta ad hæredes tranſmittit, licèt ea regulariter anticipatè ſoluantur, ibi n.410.

Vxori relicta, vti Dominę, & vſufructuariæ, tunc recipiuntur propria auctoritate, illa verò relicta in ſpecie ſunt recipienda de manu hæredis, ibidem.

Item alias differentias inter prædicta alimenta, vide ibidem.

Sed non debentur Vxori in bonis Mariti, niſi prius deducto ære alieno, ibi n. 411.

Item non debentur Vxori relictæ vſufructuarię, niſi prius fuerint deductę expenſæ pro Filijs, ibi n.412.

Viduæ danda cum eius operibus ſunt compenſanda, ſi tamen ſit apta nata ad laborandum, ibi n. 413.

Declara, vt ibi n.414.

Illa, quando ex promiſſione hominis veniunt præſtanda, tunc neq; obſequiales operæ debētur, niſi ex conuentione fuerint promiſſæ, ibi num. 415.

Veniunt etiā cōpenſanda cū operibus obſequialibus, & ſeruitijs leuibus factis per puellam potius ad delectamentum, & otij vitandi gratia, quàm ad compulſum eius, qui alimenta pręſtat, licèt tamen non pro eis Tutor ſalariū dare teneatur, ibi n.416.

Quando ſunt præſtanda vxori ex proprijs fructibus, ſi facta ex computatione alij fructus vxoris remaneant illi ſunt d. vxori reſtituendi, ibi n. 417.

Contrarium, ibi nu.418.

Concorda, vt ibi nu. 419. & ſub nu. 420. tribus modis declaratur.

Alimenta ſi cōtinuat recipere vxor poſt ſex mēſes à morte viri, ſibi præiudicat in intereſſe dotis, ibi n.421.

Vxori viduæ non debentur, quando ſecundo viro fuit nupta, ibi n.422.

Declara tamen, id eſſe verum, vt ibidem.

Alere, & recipere poteſt Vxor virum bannitum impunè, cum Vxor calamitates viri moderatè ferre teneatur, ibi n.194.

Extende, quòd id etiam facere poteſt amicus magnę amicitiæ, aliàs inofficioſum eſſet illum in neceſſitate deſerere, ibidem.

Alimenta tenetur pręſtare Auus Maternus ſuis Nepotibus, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminę, ex iuſta tamen cauſa, veluti paupertatis; alias ſecùs, ibi n. 423.

Extende tribus modis, vt ibi n.424. cum ſeqq.

Fallit tamen duobus modis, vt ibi n.426. & 427.

Debentur donatori à donatario, iuxtà quantitatem fructuum, & redditaum, non autem, iuxtà valorem bonorum donatorum, conclus. 89. num.429.

Extende tribus modis, vt ibi n.430. cum ſeqq.

Limita tamen, vt ibi n.433.

Illa præſtare debens, ex redditibus bonorum, ſi dicat dictos redditus non ſufficere, id vti fundamentum ſuę intentionis probare tenetur, ibi n.434.

Et in dubio nunquam eſt facienda interpretatio contra alimenta, quæ de ſui natura ſunt adeò fauorabilia, vt ea ſemper ſit capienda, quę minus, quàm fieri poſſit illis præiudicet, ibi num.435.

Et quando ſunt alicui relicta ex lucro pecuniæ, tunc ea debet ſtare penes hæredem, vel apud tertium deponi, ibi n.436.

Fallit, vt ibi d. n.436.

Illa à Socero Genero debētur non iure ſanguinis, ſed ob non ſolutam dotem, vt onera Matrimonij ſuſtinere poſſit, & debent eſſe doti correſpectiua, ibi n.437.

Extende, vt ibi n. 438.

Sunt præſtanda Patrono ex redditibus Iuris patronatus, quando ille ad Egeſtatem peruenerit, & Eccleſię ſuperſit, cum prius miniſtri Eccleſię ſint alendi, ibi n.439.

Extende pluribus modis, vt ibi n.440 cum ſeqq.

Itē declara pluribus modis, vt ibi n.448. cū ſeqq.

Item debentur ea per Eccleſiam Rectori, non obſtante præſcriptione decimarum, ibi n.440.

Et eorum ius eſt adeò in Patrono perſonalliſſimũ, vt propterea illud transferre, cedere, atq; donare ei non liceat, etiam ad fauorem Eccleſiæ, concl. 89. n. 444.

Et quæ dicantur congrua, quoad Clericos illos, qui renunciant beneficia, eſt arbitrarium Iudicis, concl. 89. n. 445.

Alimenta congrua niſi aliundè habeant Clerici, tunc beneficia, ad quæ ſunt ordinati alienare non poſſunt, nec etiam coram Papa. & ſi alienent incidunt in pœnam ſimonię, & ſuſpenſionis, ibi n. 446.

Et ad hoc, vt poſſit ea conſequi Patronus ab Eccleſia, eius paupertas, nõ debet eſſe magna, ſed ſufficit, vt non habeat quantum ad eius ſtatus condecentiam attinet, ibi n. 447.

Sed illa non debentur per Eccleſiam Patrono, ſi eius paupertas propria culpa cauſata fuit, ibi num. 448.

Extende quatuor modis, vt ibi n. 449. cum ſeqq.

Item ea non debẽtur Patrono ex redditibus iuriſpatronatus, niſi probauerit deſcendentiam à primò fundatore, ibi n. 453.

Et tunc ea probata dicitur, ſi ille ſit in poſſeſſione recipiendi candelam in die Purificatonis, iuxta mandatum fundatoris, ibidem.

Item pro illis ſufficit quaſi poſſeſſio alicuis iuris, quod alteri, quàm deſcendenti conuenire non poſſit, ibi n. 454.

Declara tamen, vt ibidem.

Item, vt illa poſſit conſequi patronus ex redditibus iuriſpatronatus, debet prius iuſtificari ſuperfluentia redditũum Eccleſiæ, & inopia ex parte petentis, ibi n. 455.

Sed non debentur per Eccleſiam Patrono, qui poſſet ſibi victum ex induſtria, ſine tamen eius dedecore, quęrere, ibi n. 456. & 457.

Alimenta tenetur Vaſallus præſtare Domino, quando eſſet pauper, & eum ab hoſtibus, vel carceribus redimere, & adiuuare tenetur; dũmodo tamen propria culpa in neceſſitate, & carceribus non ſe conſtituiſſet, ibi n. 458.

Sed illa non tenetur Dominus præſtare ſeruo, nec minus illius expenſis famulum grauiter infirmantem curare cogitur, ibi n. 459.

Declara, vt ibidem.

Debentur per creditorem debitori carcerato pauperi, quando nihil habeat, vndè ſe alere poſſit, ibi n. 460.

Et ſi non præſtentur per creditorem debitori pauperi carcerato, ille à carceribus eſt relaxandus, ibi n. 461.

Item ſunt præſtanda pauperibus carceratis in cauſa criminali, per Charitatem, ſiue Curiam ibi n. 462.

Debentur accuſato ſuper aliquibus bonis, interim pendente lite, ibi n. 463.

Non debentur per creditorem debitori carcerato, quandò ille ab aliquo eleemoſinis aleretur, ibi n. 464.

Alimenta, & expenſas tenentur ſoluere occiſori carcerato hæredes occiſi, quando tamen ipſi fuerunt actores in inquirendo, accuſando, & proceſſum fabricando, concl. 89. n. 465.

Sed ſi ea præſtiterit Commenſarienſis carcerato, eum à Iudice relaxatum, pro ipſis alimentis ac ſalario Cuſtodiæ, retinere non poteſt; licèt poſtea contra eum agere valeat pro conſecutione ſui crediti, ibi n. 466.

Contrarium de cõſuetudine ſeruatur, ibi n. 467.

Debentur etiam Iudeo ad inſtantiam Chriſtiani carcerato, ibi n. 468.

Ob eorum fauorem illa non veniunt in confiſcatione bonorum, & propterea debentur etiam reſtituto ad gratiam, ibi n. 469.

Contrarium tamen, vt ibi n. 470.

Eorum legatum non perditur capitis diminutione, ibi n. 471.

Et legatum alimentorum dicitur ſpecies reſpectu legati vſusfructus, & propterea legatũ vſusfructus plus continet, quàm illud alimentorum concl. 89. n. 472.

In alimentis non habet locum ius accreſcendi, ſicut in vſufructu, ibi n. 473.

Illa de manu hæredis ſunt percipienda; vſusfructús verò propria auctoritate percipitur, concluſ. 89. n. 474.

Debentur Tutori, vel Curatori ex Officio Iudicis, quando Tutor, vel Curator eſſet perſona pauper, aut illis debetur ſalarium, prout Iudici magis placuerit, concl. 89. n. 475. & ibi ratio aſſignatur.

Sunt per Tutorem præſtanda Pupillo, ſi litigare cõtingat ſuper ratione reddenda ſuæ adminiſtrationis, dum lis durat, ibi n. 476.

Declara, vt ibidem.

Et quando per Tutorem Pupillo debentur, ſi ea deneget, & citatus non compareat, nec ſui copiam faciat, poteſt allegari ſuſpectus, ibi num. 477.

Illa ſine ſalarium Tutori, vel Curatori amplius non debentur, ſi ei diuitię superuenerint, ibi n. 478. & ibi ratio aſſignatur.

Illa, quę Iudicis Officio debentur, eatenus durãt quatenus vnus egeat, & non aliàs, concl. 89. num. 478.

Sed in vim pacti debita ſuperuenientibus diuitiis, non ceſſant, ibi n. 480.

Illa ſunt de nouo præſtanda Tutori, ſi de nouo in eo neceſſitas ſuperueniat, ſiue ea à teſtatore ſint relicta, ſiue Iudicis Officio debeantur, ibi num. 479.

Non debentur Tutori, vel Curatori finita Tutela, vel cura, vel ſi ſuper redditione rationis litigaretur, ibi n. 481. & ibi ratio aſſignatur.

Non debentur Procuratori, ac negotiorum geſtori per Dominum, etiam ſi à parte conuẽta eſſent, ibi n. 482. & 483.

Fallit quoad expenſas, quia eas Procurator, ac negotiorũ geſtor repetere poteſt, ibi n. 484.

Si illa pendente lite, licèt cum cautione præſtita fuerint, tamen reſtitui non debent, quamuis in lite ſuper alimentis alicus ſuccumbat; ſecùs in illis per ſententiam præſtitis, quia ea in caſu reuocationis dictæ ſententię reſtituenda forent, ibi n. 485. & concl. 90. n. 25. cum ſeqq.

Ea

Ea tenetur præſtare Monaſterium Abbati ſuper eius electione litiganti, concl.89. n.486. & ibi ratio aſſignatur.

Item debētur per Monaſterium Monacho profeſſo, ibi n.487.

Et non extinguntur, ob profeſſionem, ſi alicui fuerint relicta, ibi n.488. & 505.

Contrarium, quando de contraria mente teſtatoris appareat, ibi n.489.

Et quando de ea apparere dicatur, vide ibidem.

Debentur per Monaſterium Abbatiſſæ, quando de eius electione diſputatur, & quæ iam à Monaſterio fuit eiecta, ibi n.490.

Illa, & ſumptus litis ſunt decernēda Monacho, & Seculari electo, licèt diſcorditer ad aliquod Officium, ſi ad illud iudicialiter admitti petat ibi n.491.

Item debentur Monacho, & Moniali eiectæ à Monaſterio, dum de eius electione diſputatur, concl.89. n.492.

Contrarium, ibi n.493.

Concorda, vt ibi n.494.

Item concorda, vt prima opinio procedat, quādo Monachus ſiue Monialis fuiſſet expulſa ſine cauſa, quia tunc recuperaret etiam omnia bona ua.ſecūdā verò, quādo cū cauſa, ibi n.495

Extende, quòd ea, & ſumptus litis debeantur Monacho litiganti cum Abbate, tàm in cauſa principali, quàm etiam in illa appellationis, concl.89. n.496.

Contrarium, quoad expenſas habetur, ibi n.497

Concorda, vt ibidem.

Illa, & expenſæ, quando ſunt præſtanda Monacho accuſanti Monaſterium, tunc debet tantum habere neceſſaria moderatè, & non vltra, concl.89. n.498.

Sed ſi ea Monacho denegentur, tunc Monaſteriū priuatur omni eo, quod dictus Monachus acquiſiuit, & Epiſcopus eo caſu poteſt illum ad aliud Monaſterium transferre, concl.89. n.499. & vide concl.1. n.79. in fine.

Et illa, & expenſę debentur Monacho eiecto, iuxtà qualitatem ſuæ perſonę, & redditnum Monaſterij, ibi n.500.

Declara tamen id eſſe verum; dummodo ille ſit in quaſi poſſeſſione ſui Monachatus, ibi n.501

Et pro huiuſmodi expenſis non competit Monacho actio formalis contra ſuum Prælatum, ſed ſolùm poteſt recurri per eum ad Superiorem, illius Officium implorando, ad exemplum ſerui contra Dominum, ibidem.

Sed ea non debentur Monacho ex propria cauſa Abbatem accuſanti, ibi n.502.

Item non debentur Monacho ſpoliato, quādo ille eſſet ad dignitatem in alio Monaſterio electus, ibi n.503.

Et quando ea non habeat à Monaſterio Filius Monachus eiectus, tunc reuiuiſcit naturalis obligatio Patris, ibi n.504.

Alimenta debētur beneficiato ab Ordinario, donec ei prouideatur, quādo admiſſit reſignationem in ſuis manibus, ab eo factam, & ille non habeat vndè ſe alat, concl.89. n.506.

Alimēta tenetur præſtare Clerico egenti ille, qui inſtigauit eum ad ſuſpiciendos ſacros Ordines, concl.89. n.507.

Item tenetur pręſtare Clerico egēti ille Epiſcopus, qui Sacros Ordines ei contulit, donec ſibi de cōgrua ſuſtētatione prouideatur, ibidem.

Extende primò, quòd imò Epiſcopus poteſt cogere Canonicos, etiam minima parte eorum contradicente, vt quilibet ſingulis annis pauperi Clerico ſtudenti in ſubſidium, aliquid pro eius alimentis conferat, ibi n.508.

Extende ſecundò, id præcipuè procedere, ſi in Vrbe ille Clericus Sacris literis operam nauaret, quia huiuſmodi cauſa vtilitatem publicam reſpicit, non ſolum illius particularis Eccleſię; verum etiam Vniuerſalis; dummodo tamen ille Clericus, ſit Originarius, ibidem,

Extende tertiò, quòd illa debētur Clerico, etiā aliundè habenti, quando illa petat ex fructibus, & diſtributionibus ad eū ſpectātibus, ibi n.509

Extende quarto, quòd debeantur etiam depoſito, & à beneficio ſuſpenſo, propter crimen; licèt ſecus ſit in voluntario cōtumace, ibi n.510

Debentur Epiſcopo, quando ſuccedit in Epiſcopatu, per hæredes prędeceſſoris, ſi fructus omnes per prędeceſſorem recollecti fuerunt, quia Epiſcopus de ſuo ſe alere nō tenetur, ibi n.511.

Debentur excommunicato, ſi periculum eſt, vt fame pereat, & eò magis, ſi excommunicatio, ſit nulla, quia tunc ea non ligat, ibi n.512.

Contrarium, vt ibi n.513.

Declara tamen hanc ſecundam opinionem eſſe veram, vt ibi n.514.

Etiam de bonis ſequeſtratis debentur, ſi alito aliud pro ſuis alimētis non remaneat, ibi n.515.

Debentur delinquenti de bonis ſequeſtratis, etiam ſi ſequeſtrum fuerit factum pro crimine, ſiue delicto in Inuentario reperto, concl.89. num.515. & 519.

Extende primò, quòd etiam ſequeſtrum poteſt ſperni, quando alendus non habet aliundè, vndè viuere poſſit, ibi n.516.

Extende ſecundò, id adeò eſſe verum, vt propterea, nedum alimenta, ſed etiam ſumptus litis de dictis bonis debeantur, nequis litem deſerere cogatur, ibi n.517.

Extēde tertio procedere, etiam ſi eſſet lata ſētentia pro ſequeſtrante, quia ea per appellationem ſuſpenditur, & eſt idem ac ſi lata non fuiſſet, ibi n.518.

Fallit tamen primo, quando bona ſequeſtrata eſſent parui momenti, ibi n.520.

Fallit ſecundò, quando detegeretur illa bona eſſe furtiua, ibi n.521. & ibi ratio aſſignatur.

Fallit tertio, quando Mercator, cui ſunt ſequeſtratę Merces haberet aliundè, quia ſolū reus pendēte Iudicio de illis in ſubſidium venit alēdus, ibi n.522.

Illa, & expēſas non tenetur præſtare reus conuentus actori litigāti Maioratum, vel Cappellę adminiſtrationem, ſiue Emphiteuſis renouationem, ex eo ſolum, quòd ille, ob inopiam litem proſequi non poſſet, ibi n.523.

 Con-

Contrarium venit dicendum de impetrantibus beneficium, quibus alimenta ſunt præſtanda, ibi n.524.
Alere ſe poteſt poſſeſſor Prebendę Eccleſiæ de fructibus illius, dum lis ſuper ea pendet, ibidem
Alimenta ſunt præſtanda, etiam ex bonis feudalibus, ibi n.525.
Extende id etiam procedere ad fauorem ſpurij, ibi n.526.
Declara tamen, quòd, tunc id, quod ſuperat cauſam alimentorum ad agnatos, vadit, ibidē.
Nec iſto caſu alimenta præſtanda veniunt, vltra fructus feudi, ibi n.527.
Alimenta, vt dentur ſpurio, non poteſt vendi Palatium magni Pretij, per quod nobilitas familie conſeruatur, ſub prætextu, quòd redditus eſſent pauci, ibi n.528. & ibi ratio aſſignatur.
Extende quòd nec etiam res magni valoris poteſt vendi pro alimentis dandis, exceptis tamē Filiis, ibi n.529.
Sed vt dentur Filiis poſſunt etiam in ſubſidium vendi res magni valoris, cum educatio Filiorū ſit de Iure naturæ, immò ea etiam ad beſtias ſpectat, ibi n.529.
Pauperi Religioſo, ſiue Iſtrud, nec non alteri incapaci debentur, quando eis ſunt relicta, licèt pro eorum conſecutione actio non detur, ſed Officium Iudicis imploratur, ibi n.530.
Debentur Prædicatori ab incolis illius loci, vbi Prædicat, 531.
Alimenta, ſiue dos præſtari debent Filiæ pauperi vnius ex Sociis omnium bonorum, ſiue ſimus in expreſſa, ſiue in tacita ſocietate, ibi n.532.
Et ſunt adeò fauorabilia, vt ex eorum legato falcidia non detrahatur, etiam ſi dodrantem excedat, ibi n.533.
Legata pluribus in eadem oratione, quando pariformiter, ſiue potius diformiter ſunt præſtanda, vide ibi n.558.
Fallit in legato pecuniæ ad alimenta, quia tunc illud falcidiæ ſubiaceret, ibi n.533.
Et pro illis ſi ſit legata alicui pecunia, licèt ea intelligatur, quoad proprietatem relicta, tamen ad honeſtum lucrum erit ponenda, ex quo legatarius ali poſſit, ſiue penes hęredem ſtare debet, ad hoc, vt ex ea creditum ſoluat, ad effectum prædictum, ibi n.534.
Pro illis datur actio perſonalis, etiam contra tertium, ibi n.535.
Extende idem procedere in penſionibus anniuerſariis, decimis, & tributis publicis, ibidem.
Subextende, quòd eorum fauore compenſatio ſuper eis non admittitur, ibi n.536.
Declara tamen, primo id procedere in futuris, ſecus in præteritis, quia eorū priuilegia operantur in futuris alimentis, non autem in præteritis, ibi n.537.
Declara ſecundo non procedere, veluti quando Pater bona Filij adminiſtraſſet, quia tunc alimenta per Patrem præſtita eſſent cum dictis fructibus compenſanda, ibi n.538.
Et licèt ſint difficilis probationis, tamen ad fauorem alere debentis, ex veriſimili eorum præſtatio probatur, concl.89. nu.539.
Sed hæc veriſimilitudo, ex quibus deprehendatur, vide ibi n.540.
Contrarium, nempè, quòd dubia probatio non ſufficiat, habetur, ibi n.541.
Ali ex aere nemo præſumitur, ibi n. 540.
Alimenta ſemper ab eo data cenſentur, qui ea præſtare tenebatur, concl.48. n.4. & concl.89. ſub nu.540.
Illorum præſtatio non poteſt per domeſticos probari, quando alij teſtes actu, vel habitu ibi interuenire potuerunt, concl.89. n.541.
Neq; eorum præſtationem probat ſcriptura priuata, ad fauorem ſcribentis, etiā ſi ea eſſet Tutoris, vel Curatoris, & preſertim, quando de magnis impenſis agitur, ibi n.541.
Extende quòd ſi aſſerat ſeruitor inſeruiens pro menſtruo ſalario perſonę nobiliſſime, & ditiſſime ſe pro Domino alendo impendiſſe ſcuta V.G. quinquaginta, ei non creditur, ibi n.542.
Illorum præſtatio benè probatur, ſi teſtes deponant aliquem pluries ad vnam menſam comedere vidiſſe, concl.89. n.543.
Et ſunt adeò priuilegiata, vt ſi fiat generalis reuocatio legatorum, illud alimentorum non includit, ibi n.544.
Ad eorum cauſam non extenduntur induciæ alicui debitori conceſſæ, ibi n.544.
Et ideò ſi ea velit adimere, ſpecifica expræſſio requiritur, quia illa in generali prouiſione nō comprehenduntur, ibi n.545. & 552.
Alimentorum legatum non comprehenditur in reductione omnium legatorum facta, per Teſtatorem V.G. ad tertiam partem, ibi n.546.
Et tale legatum non cenſetur ademptum, etiam ſi teſtator alia legata eidem legatario ademiſſet, ibi n.547.
Item non minuitur per clauſulam in fine diſpoſitionis poſitam, licèt ea regulariter ad omnia præcedentia referatur, ibi n.548.
Eorum præſcriptio ex ſpacio trium annorum inducitur ad alendi fauorem, etiam ſi legatum, & teſtamentum ſit nullum, ibi n.549.
Immò ſi eorum legatum ſit nullum, tamen hæres poteſt Officio Iudicis cōpelli, ad illud præſtandum, ibi n.550.
Et pro illis poteſt hæres conueniri, etiam intra tempus conficiendi Inuentarium, ibi n.551.
Declara tamen id procedere in alimentis futuris, non autem in præteritis, ibidem.
Et poſſunt legari cuicumquè perſonę, etiam ſi aliàs eſſet legati incapax, ibi n.552.
Illa recipere quis poteſt in aliquo loco, licèt in eo ſit prohibitus acquirere, ibidem.
Eorum prouiſio nunquam comprehenditur ſub generali exclusione, vt ibidem.
Et eorum præſtationem importāt illa verba (Io prometto di tener in Caſa Antonio, & trattarlo da Gentil'Huomo) concl.89. nu. 553. & ibi ratio aſſignatur.
Item eorum præſtationem importat illud verbum (prouidere) ſi tamen ab vno teſtatore fuerit prolatum, qui aliquo Iure ad alimenta tene-

tenebatur, aliâs protectionem, ac commendationem ſolùm importaret, ibi n.554.& 555.
Quid ſi fuerint adiecta verba illa (prout eis viſum fuerit? vide ibi n.556.
Et ea voluntariè oblata præſtari debent, etiam ſi alendus ad pinguiorem fortunam deuenerit; licèt ſecùs in alimentis Iudicis Officio, aut legis diſpoſitione debitis, ibi n.557.
Eorum appellatione veniunt cibaria, veſtitus, habitatio, & lectus, ibi n.558.
Amplia, vt ibidem.
Item veniunt, etiam Medicinæ, ad neceſſariam Corporis curam, concl.89. n.559. & ibi ratio aſſignatur.
Venit etiam equus, quando alendus non poteſt ire pedeſter, ibi n.560.
Et ratio eſt, quia in huiuſmodi alimentorum præſtatione debet haberi ratio ad qualitatem, & dignitatem, nec non de dubio euentu infirmitatis, ibidem.
Item veniunt quoquè ſumptus Studij, & omnia ad Studentis victum neceſſaria, concluſ. 89. num. 561.
Contrarium, quòd ſcilicèt in legato alimentorum non veniant expenſæ Studij legalis, nec Librorum, & ſimilium, ſed tantum illæ Studij Grammaticalis, ibi n.562.
Et quando debentur alicui Iure ſanguinis, tunc pro diſciplina alendi, debentur etiam ſalarium quoad Magiſtrum, & ſimilia; ſecùs ſi ea dietim alicui extraneo debeantur, quia tunc ſolus cibus debetur, & non ea omnia veniunt, ſine quibus commodè viuerè non poſſumus, ibi n.563
Igitur veniunt cibaria, habitatio, veſtitus, Medicinæ, & ſalarium Medici, niſi tamen eſſent magnæ impenſæ, circa Medicinas, quia tunc illæ non deberentur, ibi n.564.
Extende, vt ibi n.567.
Declara tamen, quòd prædicta veniunt appellatione alimentorum, quando ſumus in materia fauorabili, vt eſt in legato; at ſecus in odioſa obligatione, ibi n.565.
Extende, quòd eorum appellatione veniunt etiam alimenta pro famulo, ſi perſonæ qualitas id exigat, ibi n.566. & ibi ratio aſſignatur.
In ſumma veniunt ea omnia, ſine quibus, quis commodè viuere non poteſt, ibi n.567.
Et quando dantur pro vita, & militia, tunc debent eſſe opulentiora, & fauorabiliora legitima, quia non dantur ad menſurã legitimæ, nec ad valorem Patrimonij, ſed benè ad ratam fructuum, ibi n.568.
Et regulariter ſunt præſtanda in loco habitationis hæredis, ibi n.569.
Et illa quoad Vinum, Frumentum, & Oleum ſunt ſoluenda in proprijs ſpeciebus, quo verò ad alia in pecunia, ibi n.569.
Fallit tamen, vt ibi n.579. & ſeqq.
Et nedum ſunt præſtanda in loco habitationis hæredis, ſed etiam in propria illius domo, ibi num. 570.
Contrarium, ibi n.571.
Concorda, vt ibi n.572.
Sed illa non cogitur alendus recipere in domo hæredis, quando non eſſet expræſſum, vt ea in illa domo præſtari deberent; ſecùs ſi locus eſſet à teſtatore deſignatus, quia tunc ille eſt attendendus, ibi n.573.& ſeqq.
Sed Filius ex reuerentia Patris ea in eius domo recipere deber, n.574.
Alimentarius, & hæres, quando ſunt eiuſdem fori, debitor ire debet ad domum creditoris, niſi cęptum ſit pręſtari alimenta in vno loco, quia tunc in eodem eſſet perſeuerandum, ibi n.575.
Immò licèt ſint debita, & promiſſa in propria domo, tamen ex iuxtà cauſa extra eam dari debent, ibi n.577.
Et quæ nam dicatur iuſta cauſa, arbitrio Iudicis remittitur, ibidem.
Et iuſta cauſa inter cęteras ea eſt, quæ ex cauſa litium prouenit, cum litigantes ſemper quodammodo præſumantur inimici, ibi nu.577.
Extende id tantò magis procedere, quando ſuper eorum quantitate lis fuiſſet facta, ibi n.578
Et alimẽta licèt ſint pręſtãda in proprijs ſpeciebus, fallit tamen primo, quando illę ſpecies de facili non reperirentur, quia tunc poſſunt pręſtari in pecunia, ibi n.579.
Fallit ſecùdò, quoties Iudici videretur huiuſmodi alimenta in ſpeciebus conſiſtentia, velle ad pecuniam, conſideratis redditibus, & qualitatibus alendi, reducere, & taxare, ibi n.580.
Et quãdo pręſtatur in domo heredũ, ſi cõtingat eos inter ſe diuidere, & ſeorsũ habitare, tũc ea in domo vnius dari poterũt, prout Iudici videbitur, vel quòd vnus, vno tẽpore, alter altero alimẽta pręſter, ibi n.581.& vide n.338 & 339.
Illorum debitor, ſi vnam domum alendo aſſignauerit, poteſt poſtea variare, & alteram loco illius aſſignare, ibi nu 582.
Et in illis compræhenditur habitatio, tamquàm ſpecies in genere, ibi n.582.
Et quando pluribus debentur, ſi illi circa modum ea percipiendi diſcordarent, Iudex in hoc ex Officio procedere poterit, veluti diligens Pater familias faceret, ibi n.583.
Imò ſi à Patre taxata ſint, & illa Iudex indecentia cognoſcat, tunc ipſe poterit ea moderare, licèt tamen taxatio à Patre facta in dubio pię ſumatur iuſta, ibidem.
Alimentorũ legatũ nõ eſt multiplicabile, & ſi bis alicui legentur, ſemel tantũ debẽtur, ibi n.584.
Extende id procedere etiam, ſi eſſemus in perſona, quę ratione duplicis Officij alimenta geminata prætenderet, ibi n.585.
Limita tamen, quinq; modis id non procedere, vt ibi n.586. cum ſeqq.
Illorum præſtationem licèt importet legatum vſuſfructus vxori relictum, id tamen fallit, quãdo Maritus ei alimenta ſpecialiter, & poſtea Dominium, & vſumfructum reliquiſſet, quia tunc vxor vltra victum habebit etiam vſumfructum, ibi n.589.
Extende idem procedere, vt ibidem.
Et Vxori relicta, licèt intelligantur de ea Vxore tempore teſtamenti; Nihilominus eorum fauore

fauore, ſi illa moriatur, intelliguntur alteri, etiam poſteriori legata, ibi n.590.

Declara, vt ibi num. 590. & ibi ratio aſſignatur.

Alimentorum fauore, quando poſſit fieri alienatio de re alienari prohibita, vide in Verbo Alienatio, & in concl.84. n.231.

Illa veniunt compenſanda cum operibus minoris ætatem ſeptem annorum excedentis, concluſ.69. n.21.

Alimenta relicta ad vitam taxantur, vſq; ad tempus triginta annorum, ſi tamen alendus infra illam ætatem extet; ſecùs autem in habitatione relicta, quia ea debet æſtimari, vſquè ad quindecim annos, præſtita tamen cautione ſi plus viueret eorum creditor, de ſoluendo ei illud plus, concl.69. n. 2.& 3.

Alimenta præſtans animalibus omnibus creditoribus ſuper ipſis animalibus eſt præferendus, concl. 108. n.38. & concl. 119. n.35.

ALIMENTA, & ſumptus litis, vt alicui ſubminiſtrentur, duo ſunt probanda; nempè Paupertatis qualitas, & boni Iuris præſumptio, concl.90. n.1.

Declara, quòd ea paupertas ſit probanda non in genere, ſed in ſpecie, reſpectu rei, de qua agitur, ac ſuſtentationis litis, concl.90. n.2.

Illa non poteſt prætendere, qui habet Patrem diuitem, & ille cui non eſt indecorum proprijs manibus laborare, ibi n.3.

Debentur licèt non agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſed ad res particulares tantum, concluſ.90. n.4.

Imò etiam poſt conteſtatam litem, & in omni parte Iudicij, peti poſſunt, ſiue in petitorio, ſiue in poſſeſſorio agatur, ibi n.5. & 15.

Et debentur, nedum in cauſa appellationis, ſed etiam donec lis prorſus fuerit terminata, ibi num.5.

Et pendente Iudicio non currunt vllæ induciæ in illis præſtandis à Patre, veluti nec etiam teſtium reprobatio admittitur, ſi Filius in quaſi poſſeſſione filiationis exiſtens alimenta à d. Patre petat, & Pater neget eum eſſe Filium; licèt ſecùs, ſi ille nullam quaſi poſſeſſionem haberet, ibidem.

Et ad hoc, vt debeantur, duo ſunt neceſſaria, primo, quòd de re fructifera, vel pretio æſtimabili agatur; ſecundò, quòd illa præſtare debens, ſit diues, vel quòd ſaltem non egeat, concluſ. 90. num.6.

Et vt Filio debeantur, opus eſt, vt ſaltem ſemiplena probatio præcedat, quòd ille ſit Filius, ibi num.7.

Item, vt debeantur præſumptio boni Iuris non debet eſſe leuis, ibidem.

Et pro ea præſumptione multum facit habere ſententiam pro ſe, etiam ſi poſtea fuerit ab ea appellatum, ibi n.8.

Extende, quòd imò dicta boni Iuris præſumptio non eliditur ex ſententia reuocatoria primę, ſi tamen illa prima fuerit indè per tertiam confirmata, ibi n.9.

Et ſubminiſtrari debent à die petitionis eorum, & interim cauſa negotij principalis ſuſpēditur, donec ſuper illis finis litis habeatur, concl.90. num.10.

Contrarium, ibi n.11.

Concorda, vt ibidem n.12.

Alimenta taxata non debentur non habenti bonum ius, niſi à die reſcripti, concluſ. 99. num.13.

Et bonum ius non habere, quando quis dicatur, vide ibidem. remiſſiuè.

Et debita, ob litem peti poſſunt ab initio anni, ibi num.14.

Contrarium, ibi nu.15. & prius n.5.

Et debent præſtari parti, quę docuerit de paupertate, antequàm dicta pars in cauſa matrimoniali (verbi gratia) extra prouinciam in ſecundà, vel tertia inſtantia trahatur, concl.90. num.19.

Et etiam, quòd ſint illiquida, tamen pars, aut debet offerre cautionem de ſoluendo, aut de illis depoſitum facere, ibi n. 17.

Et non ſemper eodem modo decernuntur, ſed iuxtà qualitatem perſonæ, & rei de qua lis pēdet, arbitrio iudicantium, concl.90. n.18.

Fallit in alimentis ab ea pręſtare debente oblatis, quia tunc oblatio attenditur, non autem qualitas redditūum, & perſonę, neq; eo caſu ad arbitrium Iudicis recurritur, concluſ. 90. num.19.

Et quando ſunt à Iudice decernenda, tunc ille poteſt capere informationem à teſtibus nondum publicatis, ibi n.20.

Diuerſimodè à Rota taxata reperiuntur, & aliquando ad ſummam Ducatorum 50. interdum ad centum cum facultate addendi, & minuendi, iuxtà qualitatem futurę probationis, & aliquando fuerunt conceſſa, ad certum tempus, quod poſtea ex cauſa fuit prorrogatum, & deniq; ad quartam partem redditus illius rei, de qua agitur, ibi nu.21.

Et poſtquam ſunt deſtinata ea exhibenda ſunt, vſq; ad finem litis, & ſic nedum in prima, verum etiam in vltima inſtantia debentur, concl. 90. num. 22.

Et illis decretis ſunt etiam decernendę litis expenſę, tanquàm ſeparatæ ab illis, concluſ. 90. num. 24.

Fallit tamen, ſi in libello omnia ſimul petita fuere, quia tunc ſententia lata ſuper alimentis, etiam ſumptus litis continentur, concl.90. num. 23. & 24.

Et quę lite pendente decreta, & data fuerunt, non reſtituuntur in caſu ſuccumbentię, nec imputantur in ſortem, ibi n.35.

Fallit tamen primò, ſi is, qui ea præſtit in ſuo codice rationum declaret ea eſſe repetenda, ibi num. 26.

Fallit ſecundò, quando fuit data fideiuſſio, ſiue facta promiſſio de illis reſtituendis in dictum euentum, licèt regulariter talis fideiuſſio non ſit præſtanda, ibi n.27.

Ea cum fructibus tamen cōpenſantur, ſi litigans

cui ea fuerunt decreta, per modum prouiſionis victoriam obtinuerit, ibi n.28.& n.29. ratio aſſignatur.
Debentur Filio, qui hæreditatem Paternam petit, quamuis ille nullam ſententiam pro ſe obtinuerit; licèt ſecùs ſit in Filia, quæ validè hæreditati Paternæ renunciaſſet, concluſ.90. num.28.
Alimenta per modum prouiſionis non debentur vſufructuariæ, cum ex vſufructu legato poſſit ſibi alimenta parare, concl.90. n.30.
Amplia id multò magis procedere, ſi vſufructuaria non præſtiterit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, concluſ. 90. num. 31.
Declara tamen id procedere, ſi nulla interuenerit mora hæredis in ſolutione dotis; aliàs ſecùs, ibi n.31. & 32.
Alimenta, & vſufructus, quando debentur, tunc alimenta pro quantitate redditum, non autẽ bonorum præſtanda veniunt. ibi n.33.
Si ſit relictus fundus ſpurio pro alimentis, ille tenetur cauere non de reſtituendo alimenta, ſed fundum datum poſt eius mortem, niſi adeſſet pactum, quòd ad eius hæredes fundus tranſiret, quia tunc reſtituendus non veniret, ibi n.34.
Illa conſanguineo, vel alteri præſtita, quando donata, vel animo repetendi data, cenſeantur vide concl.90. ſub n.34. remiſſiuè.
Et illa nedum debentur Filijs viuente Patre, ſed etiam eo mortuo poſſunt Filij ſuper eius bonis alimenta, & ſumptus litis petere, concluſ. 90. num.35.
Extende id procedere, tàm in legitimis, & naturalibus, quàm etiam in illegitimis, concl.90. num. 36.
Item debentur in bonis Patris Filiæ maritatæ, illius dotem petenti, habito reſpectu ad dotem quæ fuit petita, ibi n.37.
Extende id procedere, etiam ſi non fuerit doctum, per eam de illius paupertate, cum Pater in dubio ſemper Filiã alere teneatur, concluſ. 90. num.38.
Fallit ſi illa haberet virum diuitem, vel aliundè, vnde viuere poſſet, ibi n.39.
Debentur Fratri contra alium Fratrem, ſuper hæreditatis petitione litiganti, concluſ.90. num. 40.
Alimenta vitæ, & Militiæ ſunt præſtanda à Fratre primogenito Fratri ſecundogenito de fructibus feudi, deductis tamen oneribus, & impẽſis, ibi n. 41.
Intellige tamen, vt ſint deducendæ illæ expenſæ, quę gratia fructuum fiunt, & non aliæ, ibidem.
Item illa, & expenſæ ſunt præſtandæ per Fratrem Sorori, lite ſuper dote pendente, concl. 90. num. 42.
Sunt etiam ſubminiſtranda Vxori per Maritum lite pendente ſuper reſtitutione dotis, & alimentis, ibi n.43.
Extende primò idem procedere, quando Maritus eam à domo ei eiceiſſet, ſecùs ſi propria voluntate ab eo receſſiſſet, ibi n. 44.
Extende ſecundò, quando Vxor ſub nomine viri fuiſſet accuſata, ibi n.45.
Debentur per Accuſatorem accuſato, dum illud iudicium pendet, ibi n.45.
Sed ſi petantur vigore commiſſionis, tunc à die præſentationis reſcripti præſtanda veniunt, ibi ſub nu.43.
Alimenta præſtita, fuiſſe per vnum coniecturæ, & leues probationes ſufficiunt, concluſ. 89.
ALIVD pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, concl.91. n.1. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Solutio, & in Verbo Creditor.
Contrarium, ibi n. 4.
Concorda, vt ibi n.5.
Item aliud pro alio creditori inuito debitore ſolui non poteſt, ibi nu. 6.
Aliud pro alio retineri non poteſt, concluſ. 91. num. 7.
Inuito creditore ſolui non poteſt, quando in obligatione eſſet appoſitum iuramẽtum, cum illud obliget praciſè ad factum, & eius efficacia, etiam ad hæredes tranſeat, concluſ. 91. num.9. & 31.
Extende duobus modis procedere, vt ibi num. 10. & 11.
Contrarium, vt ibi n. 12.
Concorda, vt ibi n.13.
Solui non poteſt adiecto ſolutioni, concluſ. 91. num. 16.
Item ſolui non poteſt in cauſa dotis, concl. 91. num. 17.
Limita tamen, vt ibi num.18. cum ſeqq. & vide in Verbo Solutio.
Et quando inuito creditori ſolui poſſit, ſi melior conditio offeratur, vide ibi n.19. cum ſeqq.
Aliud pro alio inuito creditore ſoluere poteſt hæres debitoris, qui hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij adiuit, ibi n.25.
Extende id eò magis procedere, quando in hæreditate pecunia non extaret, & id ex Inuentario appareret, ibi n.26.
Contrariu n, vt ibi n.27.
Sed tenendo hanc ſecundam opinionem, extẽde eam quatuor modis procedere, vt ibi n.28. & ſeqq.
Sed aliud pro alio inuito creditore ſolui poteſt, quando eſſemus in nominibus debitorum, quia ea hæres exigere non tenetur, ſed poteſt illa in ſolutum creditoribus aſſignare, ibi num. 32.
Item ſolui poteſt, quando ſpecies monetæ debitæ amplius non reperiatur, quia tunc rectè illius æſtimatio ſolui poteſt, ibi n.33.
Sed aliud pro alio, ſi creditori ſolui contingat, tunc ſoluens ipſo Iure liberatur; ſecùs autem ſi ſolueret alteri de conſenſu creditoris, quia tunc liberatur ſoluens ope exceptionis, concluſ. 91.nu.36.
ALIVS, alia, aliud Pronomen eſt comprehenſiuum ſimilium, & etiam diuerſorum ab expreſſis, concl.92. n.1.

Et eſt dictio relatiua, & præparatiua præcedentium, ibi n.2.

Item eſt dicto relatiua, repræſentatiua eiuſdem qualitatis, ibi n.3.

Declara tamen, quòd iſta dictio, Alius, non ſẽper implicat omnimodam qualitatem, concl. 92. num. 4.

Solum ſimilia, & paria, non autem diſſimilia, nec maiora, aut alterius naturæ includit, ibi num.5.

Excludit expræſſa, & ommiſſa includit, concluſ. 92. n.6.

Eſt dictio, quæ ſemper ponitur cõparatiuè, non autem contrariè, ibi n.10.

Venit reſtrictiuè, non autem ampliatiuè, concluſ.92. n.11.

Eſt dictio, quæ propriè ſumpta diuerſitatem ſignificat, in ſuppoſito, ſed identitatem in ſubſtantia, ibi n.2.

Dictio aliquando ſimilia non repetit, ibi n.14. & ibi exempla adducuntur.

Aliquis, & aliquid, vti dictiones Vniuerſales omnia compræhendunt, & etiam ad quid minimum referuntur, ita vt ſufficiat eas aliquo modo, vel in aliqua parte verificari, concl.92. num. 7.

Aliquo modo, eſt dictio Vniuerſalis, quę compręhendit caſus, res, & perſonas, quæ aliàs non includerentur, ibi n.8.

Aliquis dictio, licèt ſit concepta in numero ſingulari, tamen eſt apta compræhendere plures & ſic numero plurali æquipollet, concluſ.92. num. 9.

ALLODIALIS res ea dicitur, quæ aliundè, niſi à Deo reçognoſcitur, & allodium dicitur quaſi aliundè non recognitum, concluſ. 93. num. 1.

Allodium dicitur ius purum, & liberum, & eſt illius, qui illud poſſidet, ibi n.2.

Illud nomen à Barbaris originem habuit, & pro reliquijs apud nos conſeruatur, concluſ. 93. num. 3.

Allodialis in dubio sẽper pręſumitur res potius, quàm feudalis, & Emphiteutica, ibi n.4. & ibi ratio aſſignatur.

Allodialis, & libera præſumitur res, non autem feudalis, & Emphiteutica, licèt ſit ſita in territorio alicuius, veluti Romani Pontificis, ibi num. 6.

Contrarium, vt ibi n.7.

Concorda, vt ibi nu.8.

Sed declara ſecundam opinionem, vt ibi n.9.

Allodialia bona poſſunt facillimè tranſire in naturam feudalium, per ſimplicem oblationem, & recognitionem, ibi n.10. & 12.

Contrarium tenent alij, ibidem.

Allodialem rem facere feudalem olim poterant ſolum viri in magna auctoritate conſtituti, hodie verò id omnibus, etiam ruſticis eſt permiſſum, ibi nu.12.

Allodialia bona, quæ cum Caſtro, ſeu feudo poſſidebantur non cenſentur conceſſa, conceſſo Caſtro, ſeu feudo cum ſuis pertinẽtijs, ibi n.13.

Contrarium, ibi num. 14.

Extende hanc ſecundam opinionem, quatuor modis procedere, vt ibi n.15. cum ſeqq.

Allodialis præſumitur res, quæ vti burgenſatica per 30. annos fuiſſet poſſeſſa, ſi de hoc conſtaret, ibi ſub n.19.

Allodialis in tantum præſumitur quęlibet res in dubio, vt obid ex huiuſmodi pręſumptione Filia debeat manuteneri contra agnatos in poſſeſſione feudi, niſi præſumptiones in contrarium vrgerent, ibi n.20.

Sed allodij pręſumptio, ex quibus coniecturis tollatur, vide ibi n.20.

Allodialis poteſt eſſe vna res, licèt ſit cõceſſa cum præſtatione Iuramenti fidelitatis, concluſ. 93. num. 21.

Sed Allodiale nihil reperitur in Francia, concl. 93. nu.22.

Allodialis non præſumitur aliqua res, quando in contrarium pręſumptiones concurrerent, ad ita non credendum, ibi n.23.

Allodialis rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter. concl. 87. n.127. concl.111. ſub nu. 29. & concl.133. ſub n.13.

ALLVVIO eſt latens incrementum, quod creſcit paulatim, & decreſcit, ita vt videre non poſſimus, quantum quoquo momento temporis illud adijciatur, concl.94. n.1.

In alluuione fit incerta poſſeſſio; nam quod mihi hodie adiectum eſt, quandoq; ad Priorem Dominum reddit, ibi nu.2.

Alluuione quicquid acquiritur, illius efficitur, qui prædia cohęrentia habet, concl. 94. nu. 3. & concl.98. n.20.

Illius augumentum ipſo iure fit vicini, etiam abſentis, & abſq; appręhenſione; licèt alueus in totum ſit derelictus, quod tamen ſecus eſt, in Inſula, quoad poſſeſſionem, ibi n. 4.

Et eſt de natura fundi, & propterea appręhendens poſſeſſionem partis alicuius fundi, cenſetur etiam appræhendere poſſeſſionem totius, etiam illius, quod per alluuionem creuit, veluti etiam eiecto à poſſeſſione fundi competit Publiciana, etiam pro incremento, per alluuionem, ibi n.5.

Alluuione acquiſitum, quando quis teneatur Priori Domino reſtituere, vide concl.94.n.6. cum ſeqq.

Et quid in alueo, vide ibi num. 8. & concl. 68. num.21.

Illius augumentum ſpectat ad Emptorem cum pacto redimendi, ſi medio tempore fuit acquiſitum, ibi n.9. & 22.

Contrarium, ibi nu.10. & ſub nu. 15. circa medium.

Concorda, vt ibi n.11.

Prima tamen opinio, ea diſtinctione non attenta, magis placet auctori, ibi n.12.

Et ea, ſiue facto hominis, ſiue à natura proueniat, ſiue incrementum ſit latens, ſiue patens; nihilominus nullo modo ad venditorem, cum pacto redimendi ſpectat, ſed ei in hoc ſuccurritur, vt ipſe poſſit totum predium, etiam

cum

cum augumento redimere, ſoluto tamen emptori pretio acquiſitæ alluuionis, concl. 94. nu. 14. & n. 15. vbi ratio aſſignatur.
Et pars prædicta dicitur, ibi ſub n. 10.
Declara tamen, vt ibi ſub n. 15.
Illius ius non habet locum in feudalibus, quia acceſſiones bonorum feudalium non fiunt feudales, niſi curſus triginta annorũ fuerit lapſus, & intra illud tempus feudatarius huiuſmodi bona ſemper tanquam talia poſſiderit, ibi n. 17.
Extende iſtud ius non habere locum in Iuriſdictionalibus, quia Iuriſdictio eſt introducta de publico, & alluuio iura publica non intrat ibi n. 18.
Fallit tamen in Inſulis naturalibus, & accidentalibus, quæ ſunt Principis, & quæ ei parimodo per alluuionem, quoad iuriſdictionem acquiruntur, ibi n. 19.
Et ſi quid ea mediãte accreſcat Inſulæ meę, verſus vicinum, ita vt magis vicino proxima efficiatur; nihilominus dicta Inſula vnà cum alluuione durat eſſe mea, ibi n. 20.
Non habet locum in paludibus, ſtagnis, & in lacubus priuatis, ſicuti nec in priuato flumine, quia licèt creſcant, & decreſcant; nihilominus acquiſitio, quæ ex eis prouenit non accreſcit illis, qui prædia cohærentia habent, ſecùs in publicis, ibi n. 21. & 22.
Et lacus, quando priuatus, vel publicus dicatur, vide ibi n. 22.
Non habet locum in agris priuatis; at ſecùs in publicis, ibi n. 25.
Item non habet locum in agris limitatis, niſi id eſſet præſcriptum decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, ibi n. 27.
Item non habet locum in Diœceſibus limitatis Epiſcoporum, quoad iuriſdictionem, quo verò ad commodum priuatum dicitur Imperij, & iuriſdictionis temporalis, ibi n. 27.
Illius incrementum, quomodo probetur, & ad eum probandum, quomodo teſtes deponere debeant, vide ibi nu. 28. cum ſeqq.
Et illius ius, & Agriculturæ factum, quando cõtrouertitur, ad agricolas recurri ſolet, concl. 94. n. 30. in fine.
ALPHONSVS Rex Aragoniæ adoptatus à Ioanna Regina Siciliæ, quare poſtea fuerit exheredatus, vide concl. 58. n. 25.
ALTARE dicitur lapis continens ſigillum, quia quando conſecratur fit vnum foramẽ paruum in menſa lapidea, & poſt illius conſecrationem clauditur paruo, & quadrato, vel rotundo lapide, qui lapis vocatur ſigillum, & cõſecrationem denotat, concl. 95. n. 1.
Quando conſecratur in foramine menſæ lapideæ apponuntur Reliquię alicuius Sancti, & nomen Epiſcopi conſecrantis, & nomen Sancti in cuius honorẽ conſecratur, & quando cõſecratur, ſi deficiant Reliquię, tunc an poſſit apponi Corpus Chriſti, vide cõcl. 95. n. 1. & 3.
Et illud in quo, nec Corpus Chriſti, nec Reliquię alicuius Martyris extant, venit demoliendum, ibi n. 2.
Cur non conſecretur, niſi incluſis Martyrum Reliquijs, vide ibi n. 2. remiſſiuè.
Et dicitur quaſi Alta ara, & ſignificat locum illum, in quo ſacrificium fit Deo Cœli, concl. 95. num 4.
Apud Antiquos Ethnicos, ab Altitudine dicebatur, & in eo fiebãt ſacrificia Dijs ſuperis, quos ſibi effingebant; Aræ verò erant illę, ſuper quibus ſacrificabant Dijs terreſtribus, concl. 95. num. 4.
Debet eſſe lapideum, ibi nu. 5. vbi ad id plures rationes aſſignantur, & nu. 25.
Illud verò portatile, quod videlicet portatur de loco, ad locum, eſt paruus lapis in ſe continens foramen cum conſecratione, & ſigno ſuppoſito, ibi n. 6.
Et portatile non exſecratur, niſi illud ſigillum continens conſecrationem remoueatur, illud verò ſtatile, quod ſcilicèt ſtat firmum in loco, exſecratur, quando locus cõſecrationis violatur, vel etiam quando moueatur menſa, ſeù lapis conſecratus, ibi n. 6.
Portatile poteſt habere Epiſcopus peregrinãs, & cum eo celebrare, ibi nu. 7.
Extende idem procedere in Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, qui habent licentiam celebrandi cum Altari viatico, etiam ſine licentia Epiſcopi, ſi tamen, ſine præiuditio Parochialis Eccleſiæ id fiat, concl. 95. n. 8.
Contrarium tamen habetur, ibid. & n. 9.
Concorda, vt ibi nu. 10.
Et illud, in quo Epiſcopus celebrauit Miſſam, non poteſt illo die pro celebratione deſeruire, niſi de Epiſcopi licentia, vel ex cauſa neceſſitatis, concl 95. num. 11. Plura vide in Verbo Miſſa, & in Verbo Celebrare.
Portatile, ſeu viaticum, quando poſſit portari, & in eo celebrari in loco non conſecrato nec auctoritate Epiſcopi erecto, vide ibi ſub n. 16. cum ſeqq.
Et maius in vna Eccleſia habet eundem titulũ, quem habet Eccleſia principalis, conclu. 95. num. 20.
Altariſtæ ſi vocentur in aliqua diſpoſitione, qui alicui Altari in ſeruire debeant, potius intelliguntur Presbiteri, quàm ſimplices Clerici, ibi n. 21. & ibi ratio aſſignatur.
Altare per conſtructionem, dotationem, & fondationem erigi poteſt, & his tribus modis Ius patronatus Altaris acquiritur, niſi tamẽ eſſet portatile, ibi n. 22.
Et illud, ſiue Cappella, ſi erigeretur in aliqua Eccleſia, ſine licentia Epiſcopi, tunc erigens veniret puniendus; licèt illud aliquando erigi poſſit in corpore alicuius Eccleſiæ, illius Rectore inuito, concl. 95. n. 22.
Et ſemper præſumitur conſtructum ab eo, ad cuius commodum, & vtilitatem tenebit illa conſtructio. Item cenſetur conſtructum ab eo, cui mandatum fuit datum ad conſtruendum, ibi n. 23.
Item præſumitur erectum in titulum benefici, ſi id oſtendatur ex illius vltimo ſtatu, ibidem.

Ad Altare vnum poſſunt inſtitui plura beneficia, ſub diuerſis tamen inuocationibus, concl.95. num. 24.

Illi inſeruiens de Altari viuere debet, concl.95. num. 25.

Altaria quomodo conſecrentur ad hoc, vt illis rectè inſeruire, & ex eis fructus legitimè percipere, quis poſſit, vide concl.95. n.25. & per tot. vbi multa alia in hac materia prçter hic ad notata inuenies.

Altare vnum non eſt diſcooperiendum, & aliud cooperiatur, concl.86. n.168.

ALTERNATIVA aut, ſiue, & vel, eſt eius naturæ, vt ſufficiat alteram partem eſſe veram concl.96. n.1.

Qnandoq; fauore Filiorum copulatinè intelligitur, ibi nu.2.

Et negatinè concepta neutram partem extare requirit, ibi n.3.

Alternatiuarum vna pars aliam declarat, & præſertim, quando vnico contextu verborum cōcipitur, ibi n.4.

Alternatiua obligatio non vitiatur, quando vna pars eſt impoſſibilis, ibi nu.5.

Quando eſt poſita inter ſummas diſpares, tunc Maior habetur pro non adiecta, concluſ. 96. num. 6.

Et alternatiua probatio, quam teſtes in eorum examine deponunt, non ſufficit, vbi probatio præciſa eſt neceſſaria, ibi ſub n.6.

Semper ſolet poni inter æqualia, aut parum diſtantia, ibi n.7.

Eſt ſolita poni inter æqualia, vel parum diſtantia in dubio, quando ſcilicèt vnum ex alternatis eſſet illiquidum, & declarationem egeret, ſecùs autem, quando eſſet certum, & taxatum, ibi n.13.

Et illa, ſeu diſiunctiua, licèt aliquando ponatur inter diuerſa, tamen arguit ſimilitudinem, & conformitatem, ibi n.8.

Quando eſt poſita inter genus, & ſpeciem, tunc exponitur pro ideſt, videlicèt, nempè, & ſimilibus, quę dictiones, nedum declarant, ſed etiā reſtringunt, ibi n.9.

Et illarum, qnando vna pars eſt licita, altera verò illicita, tunc diſpoſitio reſoluitur in ſimplicem licitam, & vtilem promiſſionem, concl. 96. ſnb n.9.

Poſita inter perſonas, inter quas affectio cadit in coniunctam reſoluitur, ordine ſucceſſionis ſeruato, ibi n.10.

Contrarium tamen habetur, ibi n.11.

Amplia hanc ſecundam opinionem procedere, etiam ſi clauſula codicillaris fuerit appoſita, quæ non operatur fideicommiſſum, qnando conſtat teſtatorem, ex illa alternatiua voluiſſe grauare in defectum primi nominati, non autē primum vocatum, ibi n.12.

In alternatiuis ſemper electio eſt debitoris, ibi num.14.

Declara tamen primò id non procedere, quādo alternatiua ad fauorem creditoris eſſet poſita, ibi n. 15.

Item declara alijs modis, vt ibi n.16. cum ſeqq. & vide in Verbo Debitor.

Quando eſt poſita in ſtipulationibus ſemper interpretatur, ſecundum veriſimilem mentem ſtipulantis, ibi n.16.

In alternatiuis bonorum, rerum, & perſonarū, nec non loci, & temporis electio eſt debitoris, & minus oneroſum in obligatione venit, ibi num.23. & 24.

Sed contrarium in alternatiua loci, vt ibi num. 25.

In alternatiuis electio dicitur debitoris, quando vtrumq; eſt in obligatione, & ſolutione; ſecùs quando vnum eſt in obligatione, aliud verò ad cautelam, ibi n.26.

Quando eſt poſita inter duas ſpecies, tunc vtrumq; alternatum eſt in obligatione, concl. 96. n.27.

Alternatiua exigendi eſt in electione agentis, ſed ſoluendi eſt debitoris, ibi n.28.

Sed non datur in his, quæ ſunt ſtricti Iuris, ibi num.29.

ALTERNATIVÆ conceſſio dicitur quaſi contractus, & permutatio menſium in gratiam Ordinarij innenta, concl.97. n.1.

Non eſt prouiſio de aliquo beneficio, ſed facultas prouidēdi, cum remotione obſtaculi, concluſ.97. n.1.

Illius conceſſio habet in ventre clauſulam, dummodo beneficia aliàs reſeruata, vel affecta non fuerint, concl.97. ſub. n.2.

Et in illius conceſſione ſolet apponi clauſula, quòd Ordinarius renunciet quatuor menſibus ſibi per regulam conceſſis, & ſic ea acceptata, quoad ſex menſes confert, in alijs verò cōferre non poterit, ibi n.2.

Et illius acceptatio eſt mentis, & voluntatis declaratio, & ideò etiam ſi ſit facta ab excommunicato tenet, ibi n.3.

Et dicta acceptatio debet fieri per litteras patentes manu propria ipſius Epiſcopi ſignatas, & ſuo ſigillo munitas, cum alijs requiſitis, vt ibidem.

Fallit tamen, ſi Datarius eam alio modo, & nō ſeruata omnino forma admitteret, quia tunc valeret, non obſtante forma acceptationis, & decreto irritans, ibi n.4. & 5.

Et dicta acceptatio ſcripturam requirit, & de illius reſeruatione non ſufficit taliter qualiter docere, ſed debet eſſe clara, & euidens probatio, ibi n 6.

Non ſuffragatur ordinario, ante expeditionem litterarum, ibi n.7.

Quando eſt conceſſa, & recognita operatur, quòd ſi Papa moriatur in medio menſis deſinat eſſe Apoſtoliens, & Ordinarius efficiatur, ſi tamen conceſſio, & recognitio ſit facta in Dataria, ibi n.8.

Fallit tamen in menſe, qui eſſet Apoſtolicus, vigore regulæ octauæ, quia ſi in medio illins menſis alteratiua acceptetur, non obid efficitur, qnoad reſſiduum, Ordinarij, concluſ.97. num.9.

Illius

Illius conceſſio intelligitur de menſe integrali, non autem de ſingulis illius diebus, & illius verſus incipit à principio menſis habilis, concl. 97. num.9.

Et menſis quomodo hic computetur, & intelligatur, vide ibi n.10. & in Verbo Menſis.

Non impeditur ex eo, quia collatio fieri debeat, cum approbatione, & teſtimonio alicuius, quia ob id non deſinit eſſe libera, concluſ. 97. num.11.

Habet locum etiam in Parrochialibus, licèt pro parte Epiſcopi earum collatio dicatur libera, ibi ſub n.12. & 13.

Et remanet omne obſtaculum inductum, ex reſeruatione octo menſium, concl. 97. num.14. & 18.

Nullum ius tribuit ordinarijs de nouo, ſed eſt tantum obſtaculi remotio, ibi n.15.

Et non comprehenditur ſub regula reuocatoria indultorum, ſed de ea in ſpecie derogatio requiritur, ibidem.

Illam poteſt acceptare Epiſcopus, etiam ſi illi fuerit conceſſum indultum à Papa, ſine vlla reſtrictione ad certos menſes, & ſimul vigore, illius indulti gaudere priuilegio omnium menſium, in ipſo indulto contentorum, concl.97. nu.16. & 43.

Habens illam Epiſcopus, ſi vacet beneficium in ſuo menſe, ab alio impetrari non poteſt, niſi Papa derogaret alternatiuę, quia Decretum irritans in alternatiua appoſitum ligat ipſum Papam, ibi n.17.

Contrarium, quòd ſcilicèt, illud Decretum non liget Papam, & quòd eius prouiſioni, non obſtet, nec illius derogatio ſit neceſſaria, vide ibi n.18. & ſeqq. vbi ratio aſſignatur.

Concorda, quòd prima opinio procedat, quádo eſſemus in gratia præuentiua, quæ ſcilicèt vacationem præuenit; ſecundá verò, quando Papa vult cum Ordinario concurrere, concl. 97. nu. 21.

Illius derogatio requiritur in gratia præuentiua, quia beneficia poſſunt vacare, tàm in menſe alternato, quàm in non alternato, ſed in dubio non eſt præſumendum Papam Ordinario præiudicare voluiſſe, ibi n.22.

Sed talis derogatio non requiritur, quando Papa vult concurrere cum Ordinario, quia tunc ille optimè ſcit, quòd Ordinario præiudicat, ibidem.

Illi præiudicare non poteſt Papa, quando in ea adſit clauſula, etiã per nos, &c. alias inconueniés eſſet, quòd Princeps, qui leges in ſcrinio pectoris habet, eas obſeruare teneretur, quia licèt Princeps ſit ſolutus legibus, tamen ſecundum leges viuere profitetur, concluſ. 97. num. 23.

Contrarium, ibi n. 24.

Concorda, vt ibi n. 25.

Illius vigore, quando electio Pœnitentiarij, & collatio Præbendę ſpectet ad Papam, vel ad Epiſcopum, & Capitulum, vide ibi n. 28.

Iſta alternatiua menſium conceditur Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis; ſecus autem Capitulis, Archidiaconis, & alijs inferioribus Collatoribus, quibus ex priuilegio, vel conſuetudine ius conferendi ſit conceſſum, ibi num.29.

Declara tamen, vt ibi n. 30. cum ſeqq.

Extende, quòd etiam Cardinalibus concedatur ſed cum diſtinctione, vt ibi n. 29.

Sed conceſſa Epiſcopo prodeſt etiam Capitulo in illius beneficijs, ad collationem vtriuſque ſpectantibus, ibi ſub n. 30.

Et illam, quando poſſit acceptare Epiſcopus in vnico Capitulo, vide concl.97. ſub n. 30.

Non conceditur Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis in illis beneficijs, quę ad eorum liberam collationem non ſpectant, concluſ. 97. num.31.

Non competit Vicarijs Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui habent poteſtatem conferendi quæcumq; beneficia, etiam liberæ collationis in menſibus illorum vacantia, ibi n. 32. & ibi ratio aſſignatur.

Contrarium, ibi n. 33.

Extende hanc ſecundam opinionem procedere vt ibi n. 34.

Reſtringe tamen, vt ibi n. 35.

Item non conceditur Abbati, cum ſit de illis inferioribus collatoribus, quibus dicta alternatiua concedi non ſolet, ibi n. 36.

Extende id in tantum eſſe verum, vt propterea poſſeſſio capta à prouiſo ab Abbate, ſit infecta, & nullius momenti, non ſit manutenibilis, ibi n. 37.

Non intrat in beneficijs ſimultaneę collationis, ibi n. 38.

Extende, & declara, vt ibi n. 39. cum ſeqq.

Non tollit reſeruationes, & affectiones, quibus beneficia antea erant reſeruata, vel affecta, ibi num. 42.

Non habet locum, nec Epiſcopo ſuffragatur, quando de tempore vacationis beneficij, ille in ſua Diœceſi non commoratur, concluſ.97. num. 45.

Extende primò id procedere etiam, ſi abſentia eſſe animo redeundi, ibi n. 46. cum ſeqq.

Extende ſecundò, etiam ſi abſentia eſſet recreationis gratia, ibi n. 49.

Contrarium, ibi n. 50. & 51.

Prima opinio tamen eſt verior, ibi nu. 52. & ibi ratio aſſignatur.

Solum conceditur ijs, qui animo, & corpore adſunt, & ideo ſi animus, vel corpus abiit, tũc ius cõferendi ſtatim cum Sede Apoſtolica conſolidatur, ibi n. 48.

Et illa Epiſcopus non gaudet, niſi per integrum menſem adſit, ibi n. 52. & 61. cum ſeqq.

Extende id procedere non ſolum in Epiſcopis, ſed etiam in Cardinalibus, ibi n. 53.

Et vt poſſit quis ea gaudere, eſt adeò neceſſaria reſidentia, vt ſi Epiſcopus de Ordinario, & vt plurimum in ſuo Epiſcopatu non reſideat, ſed ſolum ad tale, & quale tempus, & non animo permanendi, iſto caſu, nec etiam alternatiua

gauderet

gauderet de beneficiis tunc vacantibus, dum reſidebat, ibi n.54.
Extende, quòd nec iſto caſu prætenſionis ſtuſ- tionis alternatiuę, erit ſtandum aſſertioni Epi- ſcopi circa animum reſidendi, ibi n.55.
Illa non gaudet Epiſcopus abſens à Diœceſi, etiam ſi abeſſet ex cauſa neceſſaria; nedum ſuæ Eccleſiæ, ſed etiam Sedis Apoſtolicæ, ibi n.56. & ibi ratio aſſignatur.
Sed benè competit Epiſcopo, qui tẽpore vaca- tionis beneficij eſſet in loco exẽpto, ibi n.58.
Declara tamen, vt ibi n.59. & 60.
Illa non gaudet Epiſcopus, ſi abfuerit in princi- pio menſis alternati, ſed poſtea in eodem mẽ- ſe redeat, & beneficium vacet, ibi n.61. & ibi ſub n.62. ratio aſſignatur.
Extende idem procedere, quando Epiſcopus fuerit præſens in principio menſis, & tempore vacationis, ſed per medium tempus diſceſſe- rit, etiam ex cauſa honeſtiſſima, concluſ.97. num.63.
Alternatiuam Epiſcopi allegans non tenetur pro- bare illius reſidentiam, ſed ſufficit ſolùm de il- lius acceptatione docere, quia tunc onus pro- bandi non reſidentiam venienti aduerſus alter- natiuam incumbit, ibi n.65.
Contrarium, ibi n.66. & ſeqq.
Illius acceptatio pluribus modis probari po- teſt, veluti ex proteſtatione facta; Item per teſtes deponentes Epiſcopum in menſe alter- nato contuliſſe; Item per alteram prouiſionẽ vigore eiuſdem alternatiuæ factam, concl.97. num.69.
Probatur etiam ex aliqua narratiua Papæ, cui in facto proprio plenè eſt credendum, concl. 97. n.70.
Sed talis acceptatio Romæ ſatis probatur fac- ta per fidem alicuius Notarij, quòd reperiatur in libro Datariæ, cui creditur, cum ad dictum librum facilis ſit recurſus, ibi n.71.
Et dicta acceptatione non probata, ſi benefi- cium in menſe alternato vacans, erit ab Epi- ſcopo collatum, illius collatio non erit legiti- mè facta, ibi n.72.
Illa autem ab Epiſcopo non acceptata eius colla- tio non competit, niſi pro quatuor menſibus; nempè Martij, Iunij, Septembris, & Decem- bris, ſed ea acceptata alijs ſex menſibus con- ferti ibi n.73.
Si ab Epiſcopo recuſetur, amplius non reuiuiſcit ſed extincta cenſetur, ibi n.74.
Secus ſi eam amitteret Epiſcopus, per contra- uentionem, & violationem; quia tunc eam ex gratia ſpeciali à Papa rehabere poteſt, ibi num.75.
Reſtringe tamen id procedere, ſi ſcienter id Or- dinarius egerit, ſecus ſi ignoranter, concl.97. num.76.
Item eam non amittit Epiſcopus, ſi ſe intromiſit in prouiſione beneficiorum reſeruatorum, ob ignorantiam reſeruationis ex errore facti pro- uenientem, quia tunc excuſatur, licèt ſecus, ſi ignorantia proueniret ex errore iuris, ibidem.
Neq; illius eam amittit Epiſcopus, ſi ſe intro- miſit in prouiſione litigioſi beneficij, ſi tamen id fiat ob ignorantiam facti; aliàs ſecus, concl 97. num.77.
Secus autem, ſi per indultum obtentum, quia tunc in omnibus menſibus conferre poſſit, ibi nu.78. & ibi ratio aſſignatur.
Extende id procedere etiam, quoad illos qua- tuor menſes, ſibi ante alternatiuę acceptatio- nem competentes, ibidem.
Declara tamen, quòd eam poſſit rehabere re- currendo ad Papam, vel eius Datarium, con- cluſ.97. n.78.
Et ea ſemel acceptata non eſt amplius locus pœnitentiæ, niſi Papa renunciationem acce- ptaſſet, ibi n.79.
ALVEVS dicitur venter, & lectus fluminis, ſecundum naturalem, & conſuetum aquæ cur- ſum, qui eſt publicus, prout flumen, concl.98. num.1.
In illo vti loco publico non poſſunt fieri plan- tationes, vel quid ſimile, ibi n.8.
Fallit tamen primo, quando non officeretur, neq; publico, neq; priuato vſui; ſecundò ſi flu- men eſſet priuatum, ibi n.9.
Illius vſus eſt permiſſus, quando flumen eſt pri- uatum; dummodo tamen aquarum curſus in aliorum præiudicium non impediatur, concl. 98. ſub n.9.
Sed eo mutato ob id ius arrendamenti gabellæ rum non augetur, ibi n.10.
Item eo mutato iuriſdictio mutata non cẽſetur; ſecus ſi in priuatis, ibi n.11. & 22.
Et licèt ab eo aqua recedat, nihilominus alueus remanet, niſi fuerit mutata prorſus illius for- ma, & adeò per longum tempus aqua receſſe- rit, vt amplius redire non conſueuerit, concl. 98. n.13.
Quando remanet exſiccatus, & derelictus, tunc ille ſpectat ad confinantes, quorum vnuſquiſq; ratam conſequitur, prout eſt ſuæ poſſeſſionis frons, & tecta, ibi n.15.
Et in hoc, ſi partes diſcordent, Iudex cum Archi tectis ad effectum concordandi ad locum acce det, ibi n.16.
Et ſiue facto hominis, ſiue caſu mutetur per ha- bentes prædia vicina vendicatur, concluſ. 98. num.18.
Mutatus, & exſiccatus ad confinãtes æqualiter ſpectat, ſi fuerit mutatus in totum, ſecus ſi ab vna parte tantum, quia tunc cedit illius, qui magis prædium cohærens habet, concluſ.98. num.19.
Contrarium tamen, quòd ſcilicet Alueo Padi derelicto ille fiat Principis, vel eorum, qui eum occuparunt, & poſſeſſionem apprehenderunt, non autem eorum, qui prædia cohærentia ha- bent, ibi n.20.
Concorda, vt ibi nu.22.
Alueus fluminis, quando agrum alicuius occupat an eo recedente ille ager ſit Priori Domino reſtituendus, vide concluſ. 94. num.6. cum ſeqq.

Sed

Sed quando in totum, & ex obrupto mutatur, dicitur facere vti Tirannus, & ſine cauſæ cognitione, & eo caſu non dicitur conſtitui conſine ex nouo alueo, ſed benè conſtitueretur, ſi id morę alluuionis fieret, concl. 98. ſub n. 22.

Illius mutatiò fieri non poteſt, niſi ſuadẽte magna cauſa vtilitatis, vel alia neceſſitate publica vrgente, ibi n. 23.

Mutari poteſt, quando quis enorme damnum pateretur, muniendo aggeres, & defenſiones Ripę, & tunc illa deuerſio alibi, quàm pręcedenti æſtate fluebat, fieri poteſt, ibi n. 24.

Et magis in æſtate, quàm in hieme conſiderari poteſt, quia in hieme aqua creſcit, cum non ſit permanens, ibi n. 25.

Et ſi vt conſideretur, an ſit derelictus, nec ne, id in hieme conſiderari debet, concl. 98. n. 26.

AMARE magis ſolemus eas res, quas cum duriori labore acquirimus, concl. 195. nu. 8. & concl. 107. n. 16.

AMBASCIATORES illi dicuntur, qui pro eorum Principe, vel ſua Republica ambaſciatas alteri Principi exponunt, concluſ. 99. num. 1.

Et quo modo in exponendo eorum ambaſciatã ſe gerere debeant, vide ibi n. 4.

Regulariter probantur tales, per viam literarum; licèt etiam ſine literis, quando perſona ſit nobilis, ibi n. 1.

Et illi, ſeu legati non poſſunt eorum Officio durante ea facere, per quæ ab eorum exercitio, aliquo modo impediri, vel diuerti poſſent, & ſi ſecus ab eis fiat, pœna ſunt afficiendi, concl. 99. num. 2.

Debent eſſe grati Principi, & ab eodem dilecti, ibi nu. 3.

Litigare, & libellum conuentionale dare prohibentur, ibi n. 4.

Et etiam pro amico conſulere non poſſunt, ſi tamen id auiditate pecuniæ fiat; alias ſecus, ibi num. 5.

Extende prædicta multò magis procedere, ſi extaret ſtatutum, vt eſt Ianuæ, quod nullus Rector, Officialis, Poteſtas, & Conſul poſſint premium, ſiue gratiam accipere, concluſ. 99. num. 6.

Contrarium tamen habetur, ibi n. 7.

Concorda, vt ibidem.

Eorum Officio durante, poſſunt hæreditatem ſibi delatam adire, concl. 99. nu. 8. & ibi ratio aſſignatur.

Non prohibentur eorum Officio durante, ſupplicare Principi, vt aliquam gratiam obtineant, ibi n. 10.

Non prohibentur ſibi à Principe donata acquirere, dummodo tamen eorum contemplatione, non autem ſui Principis donata fuerint, quia tunc nõ eorum Principi, ſed ſibi acquiſita cenſentur, ibi n. 11.

Illis, non autem eorum Principes in dubio contemplati cenſentur, & propterea ſibi, & non Principi donata acquirunt, concl. 99. num. 12.

Extende id multò magis procedere, quãdo rerum donatarum valor potius adæquetur qualitati Ambaſciatoris, quàm illi Principis; veluti ſi donentur veſtes, vel pecunia, vel quid ſimile, concl. 99. n. 13. & ibi, ac n. ſeq. ratio aſſignatur.

Habent ius reuocandi domum, ita vt in loco, vbi ſunt Ambaſciatores conueniri non poſſint, ibi nu. 17.

Non poſſunt cogi ad conteſtandam litem, nec ad iurandum, ibi n. 18.

Declara tamen, quòd poſſunt cogi ad conſtituendum in loco Ambaſciatæ vnum Procuratorem, qui tamen non poteſt conueniri, niſi poſtquàm Ambaſciator ad eius Patriam fuerit reuerſus, ibidem.

Eorum Priuilegium, licèt poſt expletam ambaſciatam amplius non duret; nihilominus illis, ac eius famulis non denegatur beneficium, ne conueniantur, etiam in redditu, concluſ. 99. num. 19.

Contrarium, ibi nu. 20.

Eorum Priuilegia extẽduntur, etiã ad res, quas illi, ac eorum famuli vehunt, vt ſunt equi, veſtes, & alia neceſſaria, nõ autem ad alias res, concl. 99. num. 25.

Reſtringe tamen non procedere in contractibus tempore legationis celebratis, quia dum ibi cõtrahunt, Priuilegium amittunt, vndè pro illis conueniri poſſunt, ibi n. 26.

Illi, & legati debent eſſe ſecuri eundo, ſtando, & redeũdo pro ambaſciata, & contra eos, nec repreſaliæ, nequè executiones fieri poſſunt, etiam ſub prætextu, quòd eſſent ex Principe, ſiue ex Populo inimico, concl. 99. n. 27. & nu. 28. ratio aſſignatur.

Ambaſciator ſi fuerit derobatus, dum in Ambaſciata extat, eidem omnia damna reſtituenda veniunt, ibi n. 29.

AMBIGVITAS alicuius actus declaratur, ex his, quę fuerunt dicta in contractu, concl. 48. n. 37.

Ambiguum, quando aliquid dicatur, vide concl. 48. num. 37.

AMICITIA eſt mens eadem in duobus pluribus vè interſe inuicem ad aliquod obeundum, concl. 100. n. 1.

Nihil maius amicitia, nihilquè iucundius inter omnes res, quas ad beatè viuendum ſapientia comparauit, ibidem.

Et ea eſt, aut propter bonum dellectabile, aut propter vtile, aut propter honeſtum, concl. 100. nu. 2.

Ea propter bonum vtile in ſenibus fieri videtur, qui non, quod eſt delectabile, ſed tãtum, quod eſt vtile curant, ibidem.

Illa propter bonum delectabile fit inter iuuenes, qui non, quod eſt vtile, ſed quod eſt delectabile curant, iuxtà illud Trahit ſua quemq; voluptas, vt ibidem.

Ea bonorum honeſtorum permanens, ac ſtabilis eſt; cęterę verò fragiles, ibi ſub n. 2.

Amicos plures debet ſibi facere vir bonus, vel ſaltem nullos facere inimicos, ibi n. 3.

Et ea bonorum honeſtorum adeò inter amicos pollet, vt propterea illa verè ſanguinis coniunctioni æquiparari poſſit, concl. 100. nu. 4. & 19. & prius concl. 89. n. 194. & 239.

Quando eſt magna non ſolum comparatur, verum etiam, quandoq; præfertur ſanguinis coniunctioni, & fraternitati, ibi n. 5.

Facit, vt vnus ſit cuſtos animi alterius, & conſiliarius intimus, & alter ergo, & vna anima, ibidem.

Operatur coniecturam, qualis fuerit voluntas teſtatoris, ibi ſub n. 5.

Inducit ſcientiam geſtorum amici, ita vt facultas iurandi conceſſa defuncto, transeat in hęredem amicum intimum, concl. 100. ſub nu. 5. & ibi ratio aſſignatur.

Intimis amicis ſecreta committuntur, & illorum conſilia in negotijs adhibentur, ibi ſub num. 5.

Et apud Philoſophos fuit in tanta æſtimatione, vt inter eos aliquando contingerit dubitari, an quis amici cauſa deberet contra Patriam ſentire, vel fidem deſerere, ibi n. 6.

Et quando eſt honeſta, eſt præferenda opibus, honoribus, & poteſtatibus, ibi ſub n. 6.

Et probabilis ea dicitur, quæ honeſtatem tuetur, & ideo non ſolet præferri honeſtati, ſed eam ſequi, concl. 100. ſub n. 6.

Amico, vel eius Filio alimenta præſtans donaſſe præſumitur, ita vt amplius ea repetere non poſſit, concl. 89. n. 239. & concl. 100. n. 7.

Declara tamen id procedere, dummodo primò expenſæ ſint factæ in perſona, non autem in rebus, vt ſunt illæ alimentorū, ſecundò, quòd illa perſona alita ſit non leuis, ſed magnæ amicitiæ; tertio, quòd expenſæ in alimentis ſint modicę, & non magnæ; quarto quòd alimēta præſtans non ſit pauper; alias non animo donādi, ſed repetēdi præſtita pręſumūtur, ibi n. 8

Amici illi dicuntur ex quibus; eſt vnum velle, & vnum nolle, ibi ſub n. 7.

Et fauore vnius amici non debet pauper in ſui præiudicium liberalis exiſtere, ibi ſub n. 8.

Amici homicidæ illum ad locum ſuū aſſociātes, quando, & quomodo ſint puniendi, vide concluſ. 175. n 4. cum ſeqq.

Ad amicos magnos trahuntur ea, quæ de conſāguineis ſunt diſpoſita, concl. 100. n. 9.

Amicus poteſt eligere ſepulturam pro amico, veluti Pater pro Filio, ſi tamen id à conſuetudine admitteretur, ibi n. 10.

Magno, & inueterato amico cōpetit ius accuſandi ſuper nece amici defuncti etiam ad excluſionem hæredis ſcripti, licèt non ad eam conſanguineorum, ibi n. 11.

Et quando vni liceat pro alio amico vitam ponere, vide ibi n. 12.

Et donatio facta amico non reuocatur ex diſpoſitione l. ſi vnquam C. de reuocan. donat. vt ibi num. 13.

Declara tamen vt ibidem, remiſſiuè.

Amico ſi ſit relictum legatum in eo intelligitur clauſula codicillaris, & debetur etiam ex teſtamento minus ſolemni, concl. 100. n. 14.

Immo ſi ſit relictum legatum amico, & talis legatarius ſit Rectoralicuius Eccleſiæ, illud contemplatione amicitiæ, non autem Eccleſiæ relictum cenſetur, ibi n. 15.

Et talis verè non eſt, qui pro amico mentitur, vnde Adagium ait, Amicus, Plato, & Amicus ſocrates, ſed tamē magis amica veritas, ibi n. 16. & 17.

Amicus pro amico teſtis idoneus eſſe non poteſt, ibi nu. 16.

Limita tamen non procedere in quatuor caſibus, vt ibi n. 18. cum ſeqq.

Extende, & ſubextende prædictas limitationes, vt ibi n. 21.

Amicitia, vt aliquem à teſtificando repellat, debet eſſe immoderata, ibi n. 22. & 24.

Sed ordinaria, & communis aliquem à teſtificando non repellit, ibi n. 23.

Illius cauſas debet cōſiderare Iudex, ad cognoſcendum, an ea ſit talis, quæ à teſtificando repellat ibi ſub n. 23. & ſeqq.

Et illa, quę eſt apta ad repellendum teſtem, eadē erit potens ad recuſandum Iudicem, ibi n. 24.

Amicus turpis, ac inhoneſtę amicitię, & ob bonum delectabile à teſtificando repellitur, concluſ. 100 n. 25.

Amicitia quomodo probetur, vide ibi nu 26. & 38. remiſſiuè.

Sed probatur per duos teſtes deponentes intertales eſſe idem velle, & idem nolle, ibi ſub num. 26.

Amicum ſe eſſe partis ſi confiteatur teſtis, non obid taliter dicitur probata amicitia, vt illius depoſitionem inualidam reddat, cum debeat, intelligi de amicitia charitatiua, non autem de carnali, ibi n. 27.

Extende id procedere, etiam ſi teſtis dixiſſet ſe eſſe amicum talis, & quòd pro eo vitam exponeret, quia non per hoc ſequitur, quòd ipſe eſſet perditurus animam, deponendo falſum, cum anima ſit precioſior corpore, ibi n. 28.

Contrarium, vt ibi n. 29.

Amici leues non dicuntur propriè amici, concl. 100. ſub n. 29.

Amicitia arguitur ex ſalutatione, & aſſidua conuerſatione, ex qua etiam amicus de geſtis alterius amici informatus præſumitur, concluſ. 100. nu. 30.

Arguitur etiam, ſi aliquis fuiſſet electus ad aliquid peragendum pro eo, cum ex hoc magna confidentia præſumatur, ibi n. 32.

Arguitur ob hæreditatem, & legata alicui relicta, ibi n. 33.

Et ſi probetur in præteritum inter duos extitiſſe, etiam ad præſens extare præſumitur, ibi n. 34

Fallit ſi inimicitiam inter eos ſuperueniſſe probetur, ibi n. 35.

Sed illam allegans eam probare tenetur, concl. 100. n. 36.

Declara tamen id procedere, vt ibidem.

Ob amicitiam non ſolum repelluntur à teſtificādo viri, ſed etiam mulieres, ibi n. 37.

Et

Sed ad hoc, vt probetur, quomodo articuli ſint formandi, vide ibi n.38. remiſſiuè.

Amicus poteſt acquirere amico abſenti; dũmodo poſtea acquiſitionis ratificatio ſequatur, concl.9. nu.20.

Vnus alterum amicum bannitum licitè recipere, & alere poteſt, cum inofficioſum ſit amicũ in neceſſitate deſerere, ſi tamen amicitia ſit magna, concl.89. n.194.

AMISSIO feudi ex eiſdem cauſis fieri ſolet, ex quibus poteſt Filius à Patre exheredari, & donator ſuam donationem inter viuos reuocare, vel ſimilibus, & maioribus, concl.101. n.1.

Plura vide in Verbo Feudum, & in Verbo Vaſallus, & in dicta concl.101.

AMISSIO Priuilegij, quando, & ex quibus cauſis inducatur, vide in Verbo Priuilegium, & in concl.103.

AMISSIO rei non præſumitur, vndè illam allegans, tamquàm quid facti eam probare tenetur, concl.104. n.1.

Amiſſa dicitur res, quando facta diligenti inquiſitione non reperitur, ſi tamen illæ diligentiæ fuerint factæ auctoritate Iudicis, & non aliàs, ibi nu. 2.

Allegans amiſſionem rei eam probare non ſufficit, niſi etiam probet illam, abſq; eius culpa eueniſſe, aliàs pœnam non euitabit, ibi n.3.

Sed in amiſſione rei, vel ſcripturę præſumitur culpam præceſſiſſe, niſi eam non interueniſſe probetur, ibi n.4.

Illius pœna eſt refectio damnorum, & intereſſe ibi ſub n.4.

Amiſſa non præſumitur ſcriptura in aliquo Officio producta, ſed potius à Notario dolo, & culpa occultata cenſetur, quando eam ex Officio cuſtodire tenebatur, ibi n.5.

Amiſſio ſcripturæ ad hoc, vt excuſet plenè, & concludenter, & aliter, quàm per iuramentum eſt probāda, ſi amittens ad cuſtodiam tenebatur, aliàs ſecus, concl.104. n.7. & 8. concl.61. nu.7. cum. ſeqq.

Amittens ſcripturas, ſi ad illarum cuſtodiam ex Officio, vel alia obligatione non tenebatur, tunc medio iuramento amiſſionem probando excuſatur, concl.104. n.8.

Extende id multò magis procedere, quando cum iuramento, etiam alia adminicula concurrant, ibi n.9.

Extēde 2. quòd amittens librum, vel ſcripturam ſi ad cuſtodiam non tenebatur, medio iuramēto excuſatur, cum mitius ſemper agatur cum non obligato, quàm cum obligato, ibi n. 10.

Et ſcripturas amittens excuſatur, ſi factis diligentijs apud eum non inuenitur, ſi tamen cuſtodire non eſſet obligatus; ſecus ſi eſſemus in Notario, Mercatore, & ſimilibus, ibi num.11.

Rerum, vel ſcripturarum amiſſio facta ex excidio Vrbis, eo ipſo, quòd eſt probatum ſaccomannum, tunc ea ex coniecturis admittitur, ibi num. 12.

Et illa actorũ ex incendio cauſata maximam excuſationem affert parti, & præſumptionem ſolemnitatum pro eis inducit, ibi n. 13. & 18.

Scripturam amittens ſimplici iuramento non excuſatur, ſi agatur de magno præiudicio; ſecus ſi de modico, concl.104. n.14. & ibi ratio aſſignatur.

Declara, vt ibidem.

Sed talis amiſſio ſcripturę, quando non à Notario, ſed à tertio fuiſſet allegata, tunc per aſſertionem Notarij probari poteſt, ibi n.15.

Et ſemper in amiſſis id, quòd deficit adeſſe pręſumitur, ibi n.16.

Amiſſio actorum tollit iniuſtitiam ſententiæ, quę ex illis conſtare reperitur, ibi n.18.

Et probata amiſſione vnius ſcripturę, quę fuerit in alia ſcriptura enunciata, pro ea præſumitur, ibi n.19.

Et talis amiſſio quomodo probetur, ad hoc, vt vim Inſtrumenti habentis executionem paratam habeat, vide ibi n.20.

Amiſſæ quādo fuerit ſcripturæ, ſi reperiatur vnus teſtis, qui illius tenorem probet, ex eius dicto ſemiplena probatio reſultat, ibi n. 21.

Amiſſo protocollo inſtitutio hæredis probatur, per duos teſtes de illius tenore deponentes, ibi num. 22.

Rei, vel ſcripturę amiſſio, vt probetur prius illius exiſtētia, & identitas manifeſtis rationibus eſt probāda, ibi n.23. cū ſeq. & vide c. 99.n.40

Amiſſio Inſtrumenti non probatur, donec imbreuiatura Notarij exiſtit, quia ea dicitur Originale, & ſic ex ea illud haberi poteſt, ibi n.27.

Plura vide in Verbo Acta, & cõcl. 51.n.53 & ſeq.

Amiſſę rei æſtimationem tenetur præſtare mulio, vel Procaccius, cui fuit conſignata capſa ſigillata, ſi eam diſſigillatā reddidit, cõcl. 99.n.32.

Et illius rei valor, quādo conſignātis, vel deponētis iuramēto probetur, vide ibi n.32. & ſeq.

Amiſſio lucri in ſpe radicati damnum inferre dicitur, concl.50. n.35.

AMISSVM in ludo repeti poteſt, ſi ille qui amiſit ad ludendum fuit ab altero tractus, ſecus ſi ille qui perdidit fuit ipſe, qui traxit, cõcl. 102.n.1.

Contrarium, vt ibi nu. 2. & ſub nu.3. aſſignatur ratio.

Non transfertur in vincentem, ſi amittens eſſet Filiusfamilias, ibi n.4.

Item in vincentem non transfertur, ſi amittens ſuorum bonorum liberam adminiſtrationem non haberet, veluti, quia eſſet ſeruus, vel Monachus, ibi n.5.

Eſt repetendum, ſi fraus, & dolus lucrantis interuenerit, puta ludendo cum taxillis, vel cartis falſis, ibi n.6.

Sed quòd ea pecunia, ſit pauperibus eroganda quando turpitudo ex vtraq; parte verſetur, ibi num.7.

Amiſſam pecuniam in ludo, ſi vincens nō habuerit, neq; pro illa conſequenda actio datur, ibi n.8. & ibi ratio aſſignatur.

Amiſſum per Filium, vel Seruum in ludo, illud Pater, vel Dominus repetere poteſt, ibi n. 9.

Extende idem habere locum in Tutore, Cura-

tore, Monaſterio, vxore, Marito, & ſimilibus, ibi num. 10.

Pecunia amiſſa in ludo poteſt, etiam repeti aduerſus Patrem, & Dominum eorum, qui vicerunt, ſi tamen eam ſaluam habeant, vel ex ea ſint ſacti locupletiores, ibi n. 11.

Amiſſa bona per Patrem in ludó poſſunt Filij, vſq; ad eorum legitimam reuocare, ibi n. 12.

Declara tamen id procedere, vt ibi n. 12. & 13. & ibi ratio aſſignatur.

Sed quid ſi legitimam minuat amiſſum in ludo, vide concl. 102. ſub n. 13 remiſſiuè.

Et ſi victus recuperare illud non curet, victor tamen reſtituere tenetur in foro conſcientiæ, vel pauperibus erogare, ibi n. 14.

Declara tamen, vt ibidem, & prius, nu. 1.

Nõ poteſt perdens ſine peccato amiſſum in ludo, etiam ſponte ſolutum, ibi n. 15.

Imò poteſt perdens propria auctoritate illud accipere, & furari, ibi n. 16. Intellige tamen in ludo prohibito.

Illud tenentur reſtituere in foro conſcientiæ Officiales, & Domini terrarum, ſi in eorum locis ludos non prohibeant, ibi n. 17.

Sed amiſſum in ludo permiſſo amplius repeti non poteſt, etiam ſi in magna quantitate conſiſteret, ibi n. 18.

Extende id in tantum procedere, vt iura diſponentia, quòd plus vno ſcuto non perdatur, abrogata fuerint, ibi n. 19.

AMOR eſt quædam animi cõcupiſcientia, quę celerem ingreſſum, tardum verò egreſſum habet, concl. 105. n. 1.

Vocatur ſpecies furoris, concl. 74. n. 22. concl. 100. ſub n. 25. & concl. 105. ſub n. 1.

Ignorantur quid ſit, vnde veniat, & quomodo ingreſſum faciat, ibi ſub n. 1.

Nunquam penitus ex oſſibus eijcitur, vt ibid.

In quo differat à beneuolentia in proximum, vide ibi ſub n. 1. in fine remiſſiuè.

Illius cauſa, ria delicta remanſerunt impunita, vt ibi nu. 2.

Amoris cauſa, licèt aliquid ſit tollerandum, non tamen illud eſt permittendum, quòd in aliam delicti ſpeciem tranſire videretur, ibi ſub n. 2.

Amore delinquens mitiori pœna punitur, ibi n. 3.

Ex continua conuerſatione probatur, ibi n. 4.

Item per famam probatur, maximè, quando perſona amata eſſet talis venuſtatis, quæ oculos omnium in ſe cõuertere poſſet, ibi ſub n. 4.

Impudicus amantem à reſuſicando pro amata repellit, concl. 100. ſub n. 25. & concl. 105. n. 9.

Amans facilè pro amata mentitur, immò omne fas, & nephas pro ea committeret, concl. 100 ſub n. 25. & concl. 105. n. 9.

Amor puellarum rectum Iudicium ſubuertere ſolet, concl. 100. ſub n. 25.

Amantis caro in alieno corpore viuit, &c. concl. 105. ſub n. 9.

Pudicus amor, qui ſolet verſari inter cõiunctos; veluti ille Patris erga Filios ſolet afferre argumentũ ad filiationẽ probandã, ibi num. 10.

Et quãdo eſt reciprocus ſolet afferre magnum ſignum copulæ, concl. 105. nu. 11.

Ille qui debetur parentibus in quo conſiſtat, vide ibi n. 12. remiſſiuè.

Ille viri erga vxorem depræhenditur ex diuturna coniunctione; ixtà illud Non amatur incognitum, ſed ex conuictu oritur mutuus amor, ibi n. 13.

Et ex videndo naſcitur, oculi enim præcipuè ſunt ad amandum illices, & in illis ſedes peculiaris amoris eſt, ibi ſub n. 13.

Amabile dicitur omne, quod eſt pulchrum, ibi ſub nu. 13.

Amoris potiſſimum remedium abſentia eſſe ſolet; iuxtà illud Amor fugiendo fugatur, ibi ſub n. 13.

Filialis oritur à natura, & ab educatione, concluſ. 105. n. 14.

Ille Patris, & Matris, tàm erga Filios primi, quàm ſecundi matrimonij ęqualis eſſe debet, ibi n. 15.

Et ex inſtinctu naturæ deſcendit, ſed non aſcendit, concl. 42. nu. 354. & ſub nu. ſeq. pluros aſſignantur rationes, & concl. 174. ſub n. 28.

Declara tamen id eſſe verum, quoad ordinem dilectionis tantum, ſecus autem, quoad effectum obligationis, concl. 73. nu. 39. & concluſ. 105. n. 16. concl. 89. n. 208. & 212.

Item declara id magis procedere in deſcendẽtibus, ex maſculis, quàm in illis ex fœminis, concl. 73. n. 38.

Contrarium licèt dicant multi, vt ibi n. 38.

Et licèt ſemper præſumatur inter Patrem, & Filium; Mater tamen Filium amare non præſumitur, concl. 105. n. 17.

Contrarium, ibi n. 18. vbi pulchrè rationes aſſignantur, Item in concl. 107. nu. 16.

Amare eas res magis ſolemus, quas cum duriori labore acquirimus, concl. 42. n. 356. concl. 89. n. 210 & concl. 105. n. 18. & concl. 107. n. 16.

Sed quis magis præſumitur amare Patriam, quã Filios, concl. 105. nu. 19.

Amor non ceſſat diſſoluta affinitate, quia ſemper Prioris dilectionis reliquiæ remanere ſolent, concl. 76. n. 9.

Amor, & Dominium non capit duos, concl. 42. num. 499.

Amore magis ligatur ille, qui ob amorem à Iudice in vindictam punitur, concl. 105. n. 8.

Item Iudex, qui amore caſtigat plus amore ligatur, ibidem.

Et nullus eſt amor, qui vincat Paternum affectum, concl. 105. n. 14.

AMPLEXVS, oſcula, & receptio munerum non faciunt ſponſalia de futuro in matrimonium, de pręſenti tranſire, concl. 115. n. 7.

ANGARIA, & Perangaria dicuntur impoſitiones inſolitæ, quæ ſunt Principi ſeruatæ, prout ſubditos compellere ad conducenda Frumenta, Ligna, Paleas, Stramina, & ſimilia, concluſ. 106. n. 1.

Angariæ dicuntur ea onera, quæ cum pecunia fiunt; Perangarię verò ſine, concl. 106. n. 2.

Angariæ, & Perangarię, licèt à ſubditis ſupportentur, id tamen metu reuerentiali, & non

ſpontè

ſpontè factum cenſetur, cuius enim metus cauſa durante nullum ius Baroni acquiritur, concl. 106. ſub num. 1.

Et illarum impoſitio ſoli ſupremo Principi; non autem Caſtrorum Dominis competit, ibi n. 5.

Et dicta onera non poſſunt niſi per immemorabile tempus aduerſus ſubditos præſcribi, ibi num. 6.

Angarij non dicuntur Vaſalli Baronum, qui venerunt ad habitandum in aliquam terram Regiam, ſi illi ad dandum camirlingum obligentur, ibi n. 8.

Contrarium, ibi n. 9.

ANIMA eſt ſubſtantia creata inuiſibilis, incorporea, immortalis Deo ſimillima, imaginem nullam habens, niſi Creatoris ſui, concl. 107. num. 1.

Et dum corpus viuificat anima eſt, dum vult animus eſt, dum ſcit mens eſt, dum recolit memoria eſt, dum rectum iudicat ratio eſt, dum ſpirat ſpiritus eſt, dum aliquid ſentit ſenſus eſt, ibi num. 2.

Illorum regimen eſt cunctis rebus, & corporibus præcioſius, ibi n. 3. & concl. 100. n. 28.

Animæ ſalus eſt præcioſior omnibus rebus, ibi num. 4.

Et eſt magis coniuncta omnibus conſanguineis & amicis, concl. 107. n. 5.

Anima, qua viuimus eſt incomparabiliter longe melior terrena ſubſtantia, quam poſſidemus, concl. 139. ſub n. 36.

Animam ſi ob amicos negligamus, nec etiam corpus ſaluare poterimus, quia non anima pro corpore, ſed corpus pro anima creatum eſt, & qui quod primum eſt negligit, quod verò inferius eſt extollit, vtrumq; corrumpit, ibi n. 6.

Pro illa ſi ſit relictum feudum illud legatum, quoad æſtimationem valebit, etiam ſi rem eſſe feudalem teſtator ignoraſſet, ibi n. 7.

Illius fauore diſpoſitio ſemper eſt amplianda, ibi n. 8.

Extende id procedere, etiam ſi ſimus in pœnalibus, & odioſis, ibi n. 9.

De illius ſalute quando diſputatur non eſt curandum de apicibus iuris, ibi n. 10.

Item illius fauore ſententia eſt exequenda non obſtante appellatione, ibi n. 11.

Eam magis expetit Deus, quàm ſacrificium ipſum, concl. 107. n. 12.

Animarum curam habens iuriſdictioni Ordinarij ſubeſt; quamuis aliàs eſſet exemptus, ibi nu. 13. & 15.

Earum cura regulariter eſt Monachis interdicta, ibi n. 14.

Declara tamen, vt ibidem.

Et dictam curam habens adminiſtrationem maiorem habere dicitur, & ideò incedendo cæteris præfertur, ibi n. 16.

Et talis cura tantò precioſior dicitur, quanto eſt periculoſior, concl. 107. num. 16.

Animarum cura non eſt vllo modo inexperto danda, ibi n. 17.

Et nemo illius idoneus præſumitur, niſi prius examinetur, & pro tali probetur, ibi n. 17.

Et talis cura numquam cenſetur annexa beneficio, quod perſonalem reſidentiam non requirit, ibi n. 18.

Poteſt eſſe abſq; Parrochialitate, ibi n. 19.

Animarum periculo imminente plura conceduntur, quę aliàs non concederentur, ibi ſub n. 4.

Animę affectus qui ſint, Vndè dicti, quomodo generentur, & plura alia in materia, vide ibi nu. 20. remiſſiuè.

Et illius duæ ſunt partes, Superior, & Inferior, ſed quę dicatur Superior, & quę Inferior, vide ibi n. 21.

Illius ſalus non eſt omittenda, ob quoduis ſcandalum euitandum, concl. 1. num. 118.

Eius ſaluti ſemper conſulendum venit, concl. 89 num. 327.

Animam alterius nemo illaqueare poteſt, concluſ. 2. n. 77. concl. 11. n. 77. & concl. 78. n. 101.

ANIMALIA ad æſtimationem dari, atq; locari poſſunt, ſiue locentur ſingula animalia, ſiue armentum, aut præcodium in genere, concl. 108. n. 1.

Animalium appellatione quæ veniant, vide concluſ. 108. in fine.

Animaliū ſocietas fieri ſolet de maioribus, ibi n. 2

Animalium maiorum appellatione hic intelligitur de Equis, Bobus, Aſinis, Bubalis, & ſimilibus; minorum verò dę Ouibus, Porcis, Capris, & ſimilibus, ibi ſub n. 2.

Eorum ſocietatibus communicantur fœtus animalium, Lac, Butirum, Lana, Pelles, & alij fructus illius generis; Item impenſę, & damna, quæ circa animalia veniunt, ibi ſub nu. 2.

Animalium ſocietas ſi ſit de maioribus ad quinquennium, ſi verò de minoribus ad triennium fieri ſolet, ibi ſub n. 2.

Et æſtimata in locationem poſſunt dari, etiam cum pacto, quòd in eadem bonitate, vel qualitate reſtituantur, ibi nu. 3.

Sed ſi moriantur id cedit in damnum illius, qui ea reſtituere tenetur, quamuis illa æſtimatio emptitionem non faciat, ibi ſub n. 3.

Contrarium, vt ibi n. 4.

Concorda, vt ibi 6.

Sed tenendo primam opinionem, cōductor caſum probare debet, & coram Domino iuramentum deferre, ibi n. 7.

Item concorda, vt ibi n. 8.

Eorum mors ſufficit, ſi probetur per coniecturas, ibi n. 9.

Declara tamen id eſſe verū in animalibus gregatim; at ſecùs in alijs, ibi nu. 10. & ſub nu 11. ratio aſſignatur.

Et animal, quādo dicatur mortuū, ex eo, quia in vēditione erat morboſū, vide ibi n. 12. remiſſ.

Et quæ actio ſit intendenda pro illius reſtitutione, vide ibi nu. 13. remiſſiuè, & in Verbo Actio redhibitoria.

Et talis ſocietas poteſt conſtitui cū pacto, quòd capitale ex fœtibus reintegretur, & quòd illud finita ſocietate reſtituatur, ibi n. 14. & 15.

Contrarium, ibi n. 19.

Concorda, vt ibidem, n. 20. & vide in Verbo Pactum.

Sed illorum contractus, tàm locationis, quàm etiam alterius generis, quomodo ſit celebrandus, ad hoc, vt ſuſtineatur in foro fori, & in illo animæ, vide concl. 108. ſub n. 20.

Illa ad collacticum, ſeu ad iuuaticum ſub certo redditu, ſiue cenſu dari poſſunt, concl. 108. num. 21.

Fallit ſi darentur ad collacticum, & æſtimationem inſimul, quia pactum illud eſſet vſura, cum duæ cauſæ lucratiuæ ſimul, & ſemel circa vnam, & eandem rem cõcurrere non poſſint, ibi n. 22.

Et quando dantur ad ſocidam, ſiue ad æſtimationem, licèt in Paſtorem fuerit tranſlatum Dominium animalis æſtimati; nihilominus Dominus vtilitatem animalis habens tenetur ad periculum de illius interitu in communi, ſiue morte naturali, ſiue culpa Paſtoris illud mori contingat, ibi n. 23.

Animal morboſum datum, ſi intra tertium diem, poſt conſignationem obierit, ex morbo præcedenti, non autem alterius culpa obijſſe præſumitur, ibi n. 24.

Item animal, veluti Ouis ſi fuerit per Lupum rapta, vel per alium furto ſubtracta, Paſtor ad emendam tenetur, niſi ipſe caſum probaret, & illius culpam excluderet, ibi n. 25.

Animalium ſocietate finita, in facienda diuiſione Dominus, ſiue Paſtor apponit pretium, alter verò optionem habet, ibi n. 26.

Et illa pro Frumento ex longinquis partibus tempore penuriæ vehendo, cõcedere illorum Domini cogi poſſunt concl. 111. n. 10.

Et ſi fuerint pluribus locata cum pacto, quòd in eadem bonitate, & qualitate reſtituantur, licèt ſint diuidua, tamen reſpectu ſolutionis dicuntur indiuidua, ita vt ſinguli in ſolidum ad eorum reſtitutionem teneantur, concl. 108. num. 27.

Non recipiunt diuiſionem, niſi in pretio, ibi n. 28. Sed quomodo id procedat, vide ibidem.

Eorum decimæ ſoluuntur, quando tamen lacte abundant, at ſecùs ſi eo indigerent, concl. 108 num. 30.

Et quãdo illa in aliquo Caſali paſcua recipiunt, vel ibi commorantur, tunc eorum pretia ſunt Domino Caſalis hippothecata, ita vt omnibus creditoribus præferatur, concluſ. 108. num. 31.

Reſtringe tamen, id procedere pro penſione illius anni, non autem pro futuris in præiudicium anteriorum, ibi n. 30.

Pro expenſis à ſtabulario, ſiue ab alio illis factis, & pro cuſtodia adeò ſunt eis obligata, & hippothecata, vt quibuſcunquè anterioribus præferantur, concl. 108. nu. 38. & concl. 119. num. 35.

Damnum dantia in terris meis poſſum retinere donec eorum Dominos ſciam, nec tunc reſtituere teneor, niſi prius cautione præſtita de reficiendo damnum, ibi n. 41.

Alicuius eſſe per ſtigmata probatur, quia res illius cenſentur, cuius ſigno ſunt ſignatæ, ibi n. 42 & concl. 144. n. 11. & 41.

Contrarium, ibi n. 43.

Si damnum dederint, non poſſunt ob illud eorum Domini retineri, ibi n. 44.

Illa damnum dantia, quando agitur de ſoluenda fida, & diffida, cum cautione non relaxantur, niſi prius ſoluta diffida, concluſ. 108. num. 45.

Contrarium eſſet, vt ibi n. 46.

Damnum dantia ſi fuerint capta, præſtita cautione reſtitui debent, maximè, quando creditum eſſet modicum, ne expenſæ abſorbeant capitale, ibi n. 47.

Quando ſunt pro aliquo credito ſequeſtrata, expenſæ pro illis alendis per creditorem fieri debent, ibi ſub n. 47.

Illa Clericorum ſi alicui dãnum dederint, tunc Cuſtodes Laici cum ipſis accuſari poſſunt, & de eo tenentur, ibi n. 51.

Si paſcua ſumpſerint per vnam diem, & noctem per tranſitum, eorum Dominus ipſa paſcua ſoluere tenetur, ſed non tenetur ad pœnas banni contra paſcentes publicati, ſi eius ignorantia extet, vel illud inualidum reperiretur, concl. 108. n. 53.

Plura, vide in Verbo Damnum.

Animal ferum ſi à Venatore in alieno territorio capiatur, ſi erit V. G. aper, tunc Venator tenetur tradere Domino caput; ſi verò ceruus tenetur ei dare patulam, ibi n. 58.

Contrarium, vt ibi n. 59.

Animal veluti Canis de ſui natura mordens, ſi non fuerit à Domino ligatus, & aliquem vulnerauerit, tunc Dominus illius de culpa tenetur, ibi nu. 61.

Animalia ipſa, quæ aliquem hominem, vel puerum vulnerauerint, vel interfecerint ſolẽt aliquando, ob facti memoriam puniri, concl. 108 n. 62. & in n. 63. affertur iocosè exemplum de vno Barone, qui contra vnam felim, quæ ipsũ momorderat proceſſum Iudicialiter fabricari fecit, & auditis ſepius Procuratore, & Aduocato felis, & illo Fiſcali in contradictorio Iudicio, nec nõ lata ſententia poſtea eam furcis ſuſpendere fecit, ibi n. 63.

Animalia inſtinctu quodam naturali quærunt victum Filijs, ſed non è contra; nempè Filij, Parentibus, concl. 42. num. 356. & concluſ. 89. num. 206.

Et in materia animalium, quæ damna dant quòmodo ſit procedendum, & multa alia in hac materia vide concl. 108. per totam.

ANIMVS eſt Celeſtis, & ex Altiſſimo Domicilio quaſi demerſus in terrã locũ Diuinæ naturæ, æternitatiq; contrarium, concl. 109. n. 1.

Animorum nulla in terris origo inueniri poteſt, concl. 109. ſub n. 1. & ibi ratio aſſignatur.

Animus in mente retentus nil operatur, ibidem.

Eſt impræſcrutabilis, & ideò indicijs, & coniecturis probari debet concl. 109. ſub n. 2.

Nunquam præſumitur, niſi probetur, ibi n. 3.

Poteſt cognoſci à priori, & à poſteriori; ſcilicèt aut ex verbis præcedentibus, aut ex factis ſubſequentibus, ibi ſub n.3. & 14.

Circa præcedentia colligitur ex ſubſequētibus tàm in Reſcripto Papæ, quàm etiam in Verbis Articulorum, ibi n.4.

In antedictis, & geſtis dignoſcitur, concl. 109. num. 5.

Sufficit, quòd ex quibuſcumquè verbis colligi poſſit, ibi n.6.

Et qualis fuerit ab euentu dignoſcitur, concluſ. 109. nu.7.

Talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe debet, ibi n.7.

Non redeundi præſumitur in eo, qui nunquam rediijt, ibi n.9.

Ex modo, & qualitate procedendi dignoſcitur ibi n.10. concl.135. ſub n.65.

Animus, & intentio diſtingunt maleficia, concl. 40. nu.35. & concl.109. ſub nu.10. concl.150. ſub. n.13. & 15.

Et eſt adeò difficilis probationis, vt in his, quæ in animo reſident potius iuratæ aſſertioni, quàm factis in contrarium indicantibus ſit ſtādum, concl.109. n.11.

Animus alicuius declarari non poteſt, niſi per perſonam ſpecialiter deputatam, concl.109. nu.13. & 18.

Ille acquirentis, cui ſcilicet, quis voluerit acquirere ex præcedentibus, & ſubſequentibus dignoſcitur, concl.109. n.14.

Vbi non concurrit, poſſeſſio non acquiritur, concl.108. ſub num.14. & 19. & ibi ratio aſſignatur.

Ex animo poſſeſſionis retentio dignoſcitur, & retinuiſſe quis præſumitur, vbi ſe pro ſpoliato non habuiſſe conſtat, ibi n.16.

Animum continuandi poſſeſſionem habens, etiā ſi prius non poſſidebat, nihilominus id nouam acquiſitionem inducit, ibi n.17.

Etiam ex actu nullo cognoſci poteſt, concl.109 num.19.

Fraudulētus, vt excludatur ab his, quæ ſequuntur maximè dignoſcitur, ibi n.20.

Rectum, & ab occultando alienum præſumitur habuiſſe hæres, ſi proteſtatus fuerit de addendo in Inuentario quod omniſſum apparebit, cum ad notitiam peruenerit, & curauerit bona omnia deſcribi, diligentiamq; pro omnibus inueniendis fecerit, concl. 109. ſub num.20.

Illum calumniandi in lite, quem habuiſſe dignoſcitur, ſi iuraſſet de ſtando vnicæ ſententiæ, & poſtea tres conformes contra ſe reportare curauerit; Item ſi non obſtante re iudicata cauſam reſtitutionis in integrum committi obtinuit, quæ poſtea deſerta remanſit, concl. 109. n.21.

Illius declaratio, quandocumq; fieri poteſt, etiam abſente parte, & quocumq; loco, etiam extra iudicium, ibi n.22.

Limita pluribus modis, vt ibi num. 23. cum ſeqq.

Sed talis declaratio eſt facienda ante, vel poſt actum incontinenti, & ante illius conſummationem, quando de præiudicio tertij ageretur, & maximè ſi præſumptio contra declarantem vrgeret, ibi n.23.

Præcedere debet, non autem ſequi in actu, qui aditionem hæreditatis importat, quia in materia hæreditatis animus qualis fuerit maximè ex Inuentario dignoſcitur, concl. 109. num.24.

Talis declaratio ab eo, qui fuit deputatus ad emendum cenſum, poſt ipſam emptionem in præiudicium emptoris fieri non poteſt, concluſ.109. n.25.

Non eſt facienda in materia mutandæ poſſeſſionis, niſi noua, vel nouus titulus ſuperueniret, ibi n.26.

Animum, & voluntatem poſſidendi, ſi quis habuerit vti hæres, ſi poſtea vti creditor incipere poſſidere vellet, nec de eius voluntatis mutatione conſtaret, tunc id in conſideratione non habetur, ibi ſub nu 26.

Et qualitas animi alicuius, vt probetur teſtes, per actus exteriores, quos in eo viderint teſtificari poſſunt, ibi n.31.

Animus alicuius in occidendo ex gladij, loci, ac vulneris qualitate dignoſci poterit, concl.109 num. 31. & vide etiam in Verbo Aggreſſor, & concl.80.n.6.& 7.

Nocendi in dubio non præſumitur, concluſ.62. num. 80.

Malus, ſiue bonus quomodo dignoſcatur in aliquo, vide concl.40. n.35.

Sed tàm in ſcriptis, quàm in voce dignoſcitur, concl.109. n.42.

Animus, ſeu ea, quę ex illo pendent, vt verè cognoſcantur non ſolum actus, & verba ſunt inſpicienda; ſed etiam tempus, occaſio, cauſa, perſonarum qualitas, & omnia alia, quæ acciderint, ſunt attendenda, concluſ. 109. num.31.

Et animus illius, qui accipit ſemper plus operatur, quàm animus illius, qui tradit; licèt id in Verberibus fallat, ibi n.32.

Animum ſemper præſumitur habere Pater capiendi bonum conſilium pro Filio; licèt id fallat, quando damnum Filij in aliquo contractu euidens appareret, ibi n.33.

Animo compenſandi donatio facta præſumitur, ſi donans rem donatam ſoluere tenebatur, ibi n.34. & ibi ratio aſſignatur.

Animus renunciandi nunquam in dubio præſumitur, ſed verbis claris, & expreſſis eſt probandus, ibi n.35.

Item ille iniuriandi, & nocendi in dubio non præſumitur, ibi n.36.

Contrarium, ibi n.37.

Concorda, vt ibi n.38.

Item declara, vt ibi num. 39. & ſeqq. & vide in Verbo Iniuria.

ANNATÆ de iure Diuino debentur, vel ſaltem ex iure Diuino ſcripto originem trahunt, concl.110. n.1. & 2.

Aut ſoluuntur Capitulis, aut Cameræ Apoſtolicę, ſed iſtę differunt ab illis, tàm reſpectu facti, quàm ratione Iuris, ibi n.1.
Quæ ſoluuntur Capitulis non in pecunia, ſed in proprijs fructibus ſoluuntur, & illos Capitula propria auctoritate percipere valent, & non vnius anni tantum, ſed anni totius cum dimidio, ibi ſub n.1.
Quæ debentur Camerę Apoſtolicæ in pecunia conſiſtunt, & regulantur à valore in impetratione expreſſo, licèt valorem vnius anni non excedant, ibi ſub n.1.
Quæ verò debentur Capitulis titulo merè lucratiuo percipiuntur, & à iure communi exorbitant, quia beneficia ſine diminutione de iure ſunt conferenda, ibi ſub n.1.
Quę ſoluuntur Camerę Apoſtolicę dicuntur venire ex cauſa oneroſa, ob illud præiudicium, quod eidem Camerę reſultat, propter vniones, quæ de beneficijs fiunt, ibi n.1.
Illæ Papæ debentur tamquàm ſtipendium in ſubſidium Miniſtrorum, quorum opera ſua Sanctitas vtitur, & omni vitio ſimonię carent, ibi num.2.
Sed illas exigendi ius Capitulo Competens nō eſt exprimendum in vnione fienda, quando ſit incertum, & conditionale, ibi n.3.
Fallit tamen tribus modis, vt ibi nu.4. & ſeqq.
Non ſoluuntur de beneficijs, ſequuta eorum vnione, vel ſuppreſſione, concl. 110. nu.7.
Sed quomodo id procedat, vide ibidem.
Illius priuilegium non compræhendit caſum, in quo amplius beneficium non vacat, concl.110 ſub num.7.
Dimidia ſolui debet ex iure Patronatus, quod pro dimidia parte eſſet quæſitum ex beneficijs vnitis, ſiue ex fructibus, ibi num. 8.
Et an ex beneficijs permutatis ſoluantur, vide concl.110. n.9. remiſſiuè.
Annata eſt ſoluenda de beneficio taxato, iuxta illud, quod in libris Cancellariæ reperitur, ibi num. 10.
Non ſoluitur, quando literę ſub narratiua intruſionis expediuntur, ſed benè ſit obligatio de illa, poſt poſſeſſionem adeptam, ſoluenda, ibi n.11.
Illius ſolutio, vt euitetur, ſi ſit appoſita narratiua intruſionis in literis, ſeu quòd quis ſine legitimo titulo beneficiū detineat, tunc dicta narratiua iuſtificatione non eget, concl. 110. num.12.
Non tamen ſoluuntur, ob adminiſtrationem Cappellaniarum, & Hoſpitalium, ibi n.13. & ibi ratio aſſignatur.
Ius exigendi annatas de neceſſitate non includit illud exigendi quindennia, cum ea non ſint accidētia inſeparabilia à Iure annatarum, ibi n.14.
Sed earum loco quomodo fuerint ſubrogata Quindennia, vide ibi n.15.
Annatæ, & deportus quando ſint prohibitæ, vide ibi n.17.
ANNONA propriè dicitur de re frumentaria; licèt promiſcuè de quouis alimentorum genere prædicetur, concl. 111. n.1.
Iſtud nomen pro omni eo, quod in annum ad alimonia prouiſum eſt, vſurpatur, & ideò hęc ciuilis annona vocatur, concl. 111. n.2.
Item illa panis ciuilis vocatur, ibi num.3.
Vt conſeruetur, & ne in ſubditorum detrimētum carior fiat, debent Principes edicta facere, ne frumenta cetereq; fruges extrahantur, ibi n.4.
Extende pluribus modis, vt ibi nu.5. cum ſeqq. & vide in Verbo Edicta, & in Verbo Frumētum, & in Verbo Penuria.
Et aliquomodo corruptam, fractam, vitiatam, infectam, vel pollutam vendentes arbitrio Iudicantis puniri debent, ibi n.15.
Declara tamen id eſſe verum de granis, & bladis ad aliquem priuatum ſpectantibus, quæ ei nullo modo corrumpere, aut inficere licebit, ſecùs de granis ad publicum ſpectantibus, ibi num.16. & 18.
Et ideo Præfecti curare debent, ne nouum Frumentum conſumatur donec vetus ſupereſt, ne poſtea Frumentum vetus corruptum, cum nouo commiſcere, & inter Ciues diſtribuere opus ſit, concl.111. n.19.
Sed quòd nec blada publica, ſit vllo modo corrumpenda, ne peſtilentialis morbus generetur, ſed potiùs tempore penuriæ, tàm Diuites quàm pauperes ad ſubueniendum huic neceſſitati ſint pro modo facultatum collectandi, ibi n.17.
Annona, & cęterę merces corruptæ, vel cum corruptis admixtæ, aut proijciendæ ſunt, aut concremandæ, ibi nu.18.
Illius appellatione continetur Panis, Farina, Vinum, Acetum, Lardum, Carnes, Paleę, Fenum, & omnia vſualia, quæ ad pondus, vel menſuram venduntur, ibi num.21.
Eam carius emens, vt alijs carius vendat Monopolium committere dicitur, concluſ. 111. num.24.
Et quæ ſit talis delicti pœna, vide ibidem, & in Verbo Monopolium.
Illa emere in magna quantitate non niſi cauponibus, & hoſpitibus permiſſum eſt, concl. 111.num.25.
Annonæ, ac aliarum mercium acerbiſſimus venditor, & vexator Dardanarius à Dardano Mago contumelioſè appellatur, concl.111. num.43.
Eam tempore egeſtatis ad Vrbem deferentes, ab omnibus oneribus, etiam Patrimonialibus & ſolutione pedagij immunes eſſe debent, ibi num. 45.
Item eam armigeri aſportantes Villis, & Vrbibus non ſunt deprędandi, ſed potius ad id alliciendi, vt ſeditiones euitentur, quæ à famē incitari ſolent, ibi num.46. & 47.
Annonam pro Ciuitate conducentes, quomodo illam recipere, & conſeruare debeant, vide ibi n.48. remiſſiuè.
Illius fauore in his, quæ eius vtilitatem reſpiciūt teſtis

teſtis, etiam inhabilis admittitur, & multò magis illis de Vniuerſitate erit credendum, cum depoſitio talis non pro particulari, ſed pro communi intereſſe annonæ facta præſumatur, ibi n. 49.

Pecunia frumentaria nullam moram ſolutionis recipit, ſed incontinenti eſt ſoluenda, nec depoſitarius poteſt illam in proprium vſum conuertere, ſed illam promptam tenere debet, vt ad Cōmunitatis ſolum nutum illicò reſtituere poſſit, ibi n. 50. & 51.

Annonam publicam vſurpantes, etiam ſi ſint Iudices, vel Officiales pœna vltimi ſupplicij ſunt afficiendi, ibi n. 52.

Annonarum, ac aliarum rerum comeſtibilium aſtimatio, ex loco fori publici, ad effectum eorum valorem ſciendi, ſumi debet, concluſ. 89. num. 82.

ANNOTATIO eſt ſcriptura priuata ſine teſtibus ad creditoris memoriam facta, concl. 112. num. 1.

Non probat, niſi adminiculis adiuuetur, ne materia falſum fabricandi detur, ibi nu. 2. & 3.

Et ipſa adminicula, niſi aliundè deſumantur, quā ex ipſa annotatione, non ſuffragantur, concl. 112. n. 4.

Limita tamen, vt ibi num. 5. & in Verbo Adminicula.

Earum liber ſi in aliquo reperiatur erroneus, vel aliquid in eo reperiretur omiſſum, illius fides in reliquis ſuſpecta redditur, concluſ 112. num. 6.

Extende id procedere, etiam ſi fuiſſet declaratum velle ſtare annotationibus illius libri, ibi n. 7. & ibi ratio ratio aſſignatur.

Item extende procedere etiam, ſi in libro fuiſſet erratum citra dolum, ibi n. 8.

Annotatio probat, quando eſt ſcripta à perſona proba, & legali, ibi n. 9.

Et probat, quando pro ea maxima veriſimilitudo concurreret, ibi n 10.

Extende id eò magis procedere, quādo ſcribēs eſſet mortuus, quia mors ſcripturis fidem augere ſolet, ibi n. 11.

ANNVI redditus inter immobilia ponuntur, quando tamen ad longum tempus conſtituti fuere, concl. 113. nu. 1.

Contrarium, quòd ſcilicèt nec inter mobilia, nec inter immobilia connumerentur, ſed tertiam ſpeciem de per ſe conſtituant, ibi n. 2. & n. 3. ratio aſſignatur.

Non poſſunt propriè tangi, & palpari, nec de loco ad locum moueri, aut loco circumſcribi ſicut mobilia, & immobilia, concluſ. 113. num. 3.

Et dicti annui redditus, ſeu tertia ſpecies bonorum ex eis conſtituta, nihil aliud eſt, quàm ius, ſiue actio ad eos exigendum, concluſ. 113. num. 4. & 9.

Illi, & ſic iura, & actiones appellatione omniū bonorum non veniunt, ibi n. 5.

In legato mobilium, vel in eo mobilium, & immobilium non veniunt, concluſ. 113. num. 6.

Item in legato bonorum præſentium, & futurorum mobilium non veniunt, concl. 113. num. 7.

Sed quando ſunt neceſſariò inter mobilia, vel inter immobilia computandi, tunc inter immobilia connumerantur, concluſ. 113. num. 8 & 12.

Secus ad effectum collectandi, quia tunc ſub tertia ſpecie remanent, ibi n. 9.

Quando percipiuntur ex certis fundis, tunc inter immobilia ponuntur; ſecus quando ex redditibus generalibus, ibi nu. 10.

Et quando actione reali, vel mixtà debentur, tunc inter immobilia computantur; concl. 113. num. 11.

Et huiuſmodi actiones dicuntur eſſe de loco, vbi eſt perſona creditoris, quia oſſibus illius, ob illud ius exactionis affixæ dicuntur, concl 113 num 13.

Et an ſint de bonis Ciuitatis, in qua ſunt conſtituti, vel eius, vbi eſt facienda exactio, ſiue factum Inſtrumentum, & contractus, vide ibi num. 14.

Tàm reſpectu dantis, quàm recipientis inter immobilia numerantur, ibi n. 15.

Quando inter immobilia reputantur, & ſint Ciuitatis, vel alicuius Eccleſię in eorum alienatione hędem ſolemnitates requirantur, quę in ea immobilium ſunt neceſſariæ, concl. 113. num. 16.

Annua præſtatio, quādo eſt fundata ſuper fructibus bonorum alicuius Vniuerſitatis, tunc licitè vendi poteſt, ibi n. 17.

Illos obtinens à ſatiſdatione excuſatur, veluti immobilia poſſidens, ibi n. 18.

Ab annuis præſtationibus excluditur vxor, quando ſtatutum eam ad bonorum mobilium ſucceſſionem admittit ibi nu. 19.

Annuus redditus, quando ſoluitur ex pecunia ad honeſtum lucrum depoſitata, tunc ea res immobilis dicitur, ibi n. 22.

Et illi in publicatione veniunt, quādo bona immobilia publicantur, ibi n. 25.

Pro annuis redditibus illud interdictum vti poſſidetis ſuffragatur, quod pro tenendis rebus immobilibus datur, ibi nu. 26.

Quando ſunt ad vitam tantùm vſufructui ſunt ſimiles, ita vt eos emens vſumfructum emiſſe cenſeatur, ibi n. 27.

Quando ſunt perpetui inter immobilia reputātur, ibi n. 28.

Annuum redditum manutenere promittēs, illum futuris temporibus exigibilem præſtare cogitur, ibi n. 28.

Quando aliquis dictos reditus de propria pecunia ſoluere promiſit, tunc illi non ſolum bona deſignata, ſed etiam totum Patrimonium promittentis concernere dicuntur, concl. 113 num. 29.

Annui redditus quando relinqui poſſint Fratribus minoribus, vide ibi ſupra ſub n. 1.

Et

Et quando ſunt deſignati ſuper ſeudo cum promiſſione ſoluendi de propria pecunia, tunc omnes hæredes actione perſonali, etiam re perempta eos ſoluere tenentur, concluſ. 113. num. 30.

Et quandò annuæ præſtationes denegãtur, tunc pro eis poſſeſſorium competit, ibidem.

Sed quando eſſent perſonales, tunc datur Officium Iudicis, & ſi conſtaret de bono Iure, vtile interdictum quoq; daretur, ibi n. 30.

Illæ quomodo, & quanto tempore præſcribantur, vide ibi n. 31. cum ſeqq.

Annua ſtipulatio dicitur vna tantum, annuum verò legatum plura legata continere dicitur, ibi ſub n. 35.

Annuum legatum pro ſequentibus annuis poſt primum conditionale dicitur, & ſic ante actionem natam præſcriptio induci non poteſt; ſecùs in annuis ſtipulationibus, in quibus à principio pro omnibus annis, tàm pro ſorte, quàm pro vſuris agi poteſt, ibi n. 37.

Et legatum debetur in principio cuiuslibet anni, quia ius ipſius in momento quæritur, ibi num. 38.

Annui redditus acceſſiones Ciuiles dicuntur, ſed principaliter, & non acceſſoriè debentur, & ad inſtar penſionis iudicantur, ibi n. 39.

Et illorum emptio, licèt omni iure ſit permiſſa, tamen illi, tamquàm fructus Ciuiles pendere, non dicuntur, quia non ſunt de corpore, veluti ſunt fructus naturales, ibi n. 40.

Et ſi non ſint exacti tempore mortis vſufructuarij, etiam ſi ſint maturi, & debiti, non tamen ad eius hęredes, ſed ad proprietarium ſpectabunt, ibi num. 43.

Contrarium, ibi n. 44.

Concorda prout in n. 45.

Annuę pręſtationes, quando dubitatur, an ſint ſolutę, tunc ex cauſa Cenſus, & non Canonis factæ præſumuntur, ibi n. 46.

Fallit ſi in recognitione fuiſſet facta mentio de Dominio, & in alienatione fuiſſet requiſitus conſenſus Domini, vel ei laudemium ſolutum fuiſſet, ibi n. 47.

Annui redditus inter immobilia reputantur, quãdo nondum ſunt ceſſi; ſecùs verò, ſi ceſſi fuerint, quia tunc mobilibus æquiparantur, & pro fructibus ſeparatis habentur, concl. 113. num. 45.

Sed quando ſunt partim ceſſi, & partim non, tũc de ijs pro rata temporis eſt iudicandum, concluſ. 113. ſub n. 45.

ANNVLLATIO Principalis contractus regulariter omnia ab eo dependentia corruere facit, concl. 114. nu. 1. & in concl. 169. ſub nu. 16. & ibi multa notanda in hac materia.

Annullato principali cõtractu annullatur quoq; iuramentum, & obligatio Cameralis, ſi ſuper eo fuerint appoſita, quia ea ſequuntur naturã actus, ſuper quo interponuntur, concl. 114. ſub num. 1.

Amplia primò id procedere, nedum in contractu minoris, ſed etiam alterius perſonæ, ibi n. 2.

Amplia ſecundò procedere, nedum in contractu cenſus, ſed etiam cuiuſuis alterius naturæ, ibi num. 3.

Declara tamen pluribus modis, vt ibi n. 4. vſq; ad 15. & vide in Verbo Fideiuſſor, & in Verbo Obligatio.

Annullatio actus non dicitur pœna, concluſ. 114. num. 15.

Contrarium, vt ibi n. 16.

Annullatio ille actus non dicitur, qui pœnam cõtinet, quando fit in fauorem Eccleſiæ, concl. 114. nu. 1.

Annullatio actus, quando eſt pœna, tunc error, incertitudo, nec non cauſa colorata ab ea, excuſat, ibi n. 17.

Et an id procedat etiam, quãdo adeſſet Decretum irritans, vide ibi n. 18. & ſeqq.

Annullatio actus, aut fit in odium perſonæ, aut in fauorem, aut propter formam, vel ſolemnitatem ad vtilitatem publicam introductam, & in primò caſu dicitur pœna, ſecus in ſecundò, & in tertiò, concl. 114. nu. 20. & vide etiam in concl. 48. n. 81.

ANNVLI datio ſpontè facta eſt actus notus, & vulgare ſignum ad faciendum matrimonium præſumi, prout ex fumo arguitur ignis, niſi cõtrarium probetur, concl. 115. n. 1.

Annulus datus in Eccleſia facit arguere matrimonium; datus verò in domo coram parentibus facit præſumi ſponſalia de futuro, concluſ. 115. num. 2.

Illius immiſſio matrimonium probat, quando conſuetudo extat, vt ſolum in matrimonio cõtracto detur, ibi n. 3.

Eius traditio eſt ſignum æquiuocum, & ad plura tẽdere poteſt, & ſic cũ amoris cauſa ſequi poſſit, nõ autem animo matrimonium cõtrahendi, ideò matrimonium non probat, ibi n. 4.

Ille in digito annulari in ſignum amoris ponitur, quia in eo eſt vena ſanguinis, quæ vſq; ad cor peruenit, ibi ſub n. 2.

Eius immiſſio non fuit adinuẽta ad ſubſtantiam matrimonij, ſed in ſignum mutuæ dilectionis, vt coniugum corda amoris pignore iungantur, ibi n. 5.

Illius geſtatio per mulierem matrimonium non infert, ſi non probetur, quòd præſente, & patiente prætenſo viro fuerit ab ea portatus, ibi num. 6.

Et ille ſponſæ datus dum deſponſatur illi donatus cenſetur, ita vt mortuo Marito illius hęredibus non ſit reſtituendus, ibi n. 12. vbi ratio aſſignatur.

Fallit quando conſtaret maritum dictum annulum non donaſſe; Et quid in dubio ſit iudicandum, vide ibi n. 13.

Sed quid ſit, cur in manu ſiniſtra geſtetur, & à quo fuerit inuentus, vide concl. 115. n. 16. remiſſiuè.

Item quare detur Abbatis, & Prælatis Eccleſiæ, & quid ſignificet, vide concl. 115. ſub num. 16.

Plura, vide in Verbo Matrimonium.

Annuli aliud genus requiritur in iure Canonico, & eſt ille, qui in celebrando geſtatur à Prælatis, & qui ſint, vide ibi in fine.

ANNVS diebus, & Menſibus conſtat, & eodem die, quo incipit finitur, & reuoluitur, concluſ. 116. n. 1.

In duodecim Menſes diuiditur, veluti hæreditas in duodecim vncias, ibi n. 2.

Quomodo intelligatur in pacto de retrouendendo intra quatuor Annos, vide in Verbum Pactum, & concl. 116. ſub n. 2.

Sed diuerſimodè computatur, & in Romana Curia, Italia, Hiſpania, Aragonia, Catalonia, Datia, & Vaſcouia incipit currere à Die Natiuitatis Domini, nempè 25. Decembris, non autem à Circumciſione, ibi n. 3.

In Anglia, Francia, & Germania, incipit currere à die Incarnationis ſcilicèt 25. Martii, concluſ. 116. n. 4.

Sed illum quomodo computent Piſani, vide ibi n. 5.

Ille Domini, licèt de conſuetudine incipiat à Natiuitate illius, Inſtrumentum tamen non vitiatur, ſi annus ab Incarnatione apponatur, ibi n. 6.

Quoad recollectionem fructuum Menſe Septēbris currere incipit, & in ſimili Menſe finitur, ibi nu. 7.

Quando fit illius mentio regulariter de perfecto intelligitur, ibi ſub n. 2. & 8. & vide etiam concl. 3. nu. 14.

Sed quādo ſumus in fauorabilibus ſufficit, quòd ſit incohatus ad hoc, vt perfectus dicatur, ſi verò ſimus in odioſis illum eſſe impletum oportet, ibi n. 9.

Perfectus eſſe debet, quando de eo fit mentio per genetiuum caſum, ibi ſub n. 10.

Quid ſi ei addantur dictio per, ad, poſt, vel vſquè, vide concl. 116. nu. 11. cum ſeqq. & in Verbo Dictio.

Magis propriè dicitur, quando eſt perfectus, quamuis eſſet imperfectus, ibi n. 16.

Vigeſſimus quintus, niſi ſit perfectus, quis verè maior non reputatur, ibi ſub n. 16.

Item ſeptuageſimus, niſi ſit perfectus, quis maior ſeptuaginta annorum non dicitur, concluſ. 116. n. 17.

Inceptus in diſpoſitione ſtatutaria, ſiue præſcriptionum pro completo non habetur, concl. 116. n. 18.

Ille probationis adeò integer, & continuus intra clauſtra eſſe debet, & non interpollatus, vt nec etiam Priuilegium in contrarium ſuffragetur, ibi n. 19.

Neq; illi renūciari poteſt, ſiue quis ex voto fuerit Religionem ingreſſus, ſiue profeſſus in vna ad aliam, etiam laxiorem Apoſtolica auctoritate tranſire velit, ibi n. 20.

Contrarium, ibi n. 21. vbi ratio aſſignatur.

Dari ſolet prouiſo de beneficio Curato ad faciendum ſe ad ſacros Ordines promoueri, & talis annus ei impedito non currit, concl. 116. nu. 23. & 24.

Et reſpectu illius, qui tenetur promoueri, ratione beneficij à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis currere incipit, ibi n. 27.

Declara tamen, quòd ſi ille fuiſſet priuatus tanquam non promotus, & poſtea obtineret prouideri de nouo, dummodo intra annum promoueretur, tunc incipit à die datæ nouæ prouiſionis, ibidem.

Etiam ignoranti currit in actione iniuriarum Prætoria, ibi n. 29.

Et ille præſcriptus Vaſallo ad ſuſcipiendam inueſtituram non currit dum ſuper feudo cōtrouerſia fiat, ibi n. 30.

Petendi inueſtituram ſolùm à die ſcientiæ computatur, ibi n. 31.

In materia Iuris congrui, ſtante fideicommiſſo, pro quo obtinenda derogatio veniebat, à die obtenti Breuis, & illius exhibitionis in actis currere incipit, ibi n. 32.

Non incipit currere ante implementum, ſed à die ſecuti implementi, ibi n. 33.

Sufficit quòd ſit incohatus ſi in diſpoſitione tēpus eſſet in ablatiuo caſu poſitum, concl. 116 num. 34.

Illius perfectio nō eſt neceſſaria, quando adeſſet dictio in, intra, vel iuxtà annum, ibi n. 35. & nu. 36. ratio aſſignatur.

Et quādo eſt aliquid faciendum in anno certo, tunc illud in quacunq; anni parte fieri ſufficit, ibi n. 37.

Dies illius vltima pro perfecta habetur, concl. 116. n. 38.

Declara tamen id eſſe verum in materia fauorabili; ſecus autem in odioſa, quia tunc de momento ad momentum fit computatio, nec ſufficit diem eſſe cœptum, niſi omnino ſit perfectus, ibi n. 39.

Illius, vel diei defectus non attenditur, ſi contra eum, qui ſcripſit, agatur, ibi n. 40.

Ciuiliter loquēdo non ad momenta temporis, ſed ad dies tantùm attenditur, licèt ſecus ſit in materia beneficiorum, ibi n. 41.

Anni, biennij, vel triennij, quando fit mentio, tunc intelligitur de primo, concluſ. 116. num. 42.

Anni Sancti Decretum prohibens augmentum, domorum, & hippothecarum, etiam ad Granaria extenditur, concl. 127. n. 2.

ANNOTOMIA fieri ſolet, vt Medicorum experientia in curandis Corporibus magis acquiratur, & elucceſcat, concl. 117. n. 2.

Vt fiat Corpus ſepulti exhumari poteſt, concl. 117. nu. 1.

Declara tamen id eſſe verum, quando cadauer eſſet alicuius puniti; alias ſecus, concl. 117. num. 3.

ANTAPOCA dicitur illud ſcriptum, quo debitor teſtatur ſe redditum illius anni Domino perſoluiſſe, concl. 125. n. 3.

ANTECESSORVM appellatione illi continentur, qui multis antimedijs quam patribus intercedentibus præceſſerunt, concl. 149. n. 3.

ANTEFATVM dicitur lucrum dotis à Græca voce

voce Antiferna, quod contradotem ſignificat, concl.118. n.1.
Et nullum debetur, ſi nulla dotis, ſiue expreſſa ſiue tacita conſtitutio præcedat, concl.118. num.2.
Olim loco arrharum dabatur; hodie verò in detrimentum amiſſæ deflorationis,& in meritum pudicitiæ, quæ verum ornamentum mulierum dicitur, ibi n.3.
Pro eo poſt alienari res alienari prohibita,ſicut pro dote, ibi n.4.
Et illud adeò cum dote conformatur, vt ſicut mulier velleiano iuuatur obligando ſe pro dote, ita etiam pro antefato, ibi n. 5.
Si illud tamē promittat Mater Vxoribus Filiorum minus obligatur, quàm ſi dotem viris filiarum promitteret,ibi n.6.
Illius, vel dotis conditio deterior fieri non poteſt,& pactum, per quòd dotis,vel antefati cōditio fiat deterior, nullius momenti erit, concluſ.118. n.7. & 8.
Antefatum, vel dotem poteſt petere vxor, licèt pactum de non petendo fuerit factum, concl. 118. nu.9.
Fallit ſi illud pactum eſſet iuramento firmatum, ibi nu.10.
Illius cauſa differtur ſicut,& illa dotis,dum cauſa Matrimonij in Curia Epiſcopali tractatur. ibi num.11.
Illius vſuræ veluti non debentur, ita nec etiam illæ dotis, ibi n.12.
Contrarium, ibi n.13.
Eius tamen intereſſe aliqualiter minus, quàm de dote ſoluitur, ibi n. 14.
Et illud ſic debetur ad rationem quinque pro centenario, vt ibidem.
Illud vxori, ob moram in reſtituenda dote debetur, ſi ea ſit pauper, vel paſſa fuerit intereſſe, vel eſſet ſolita negotiari; aliàs ſecus, concl.118 ſub n.14.
Lucratur mulier, etiam quādo Maritus eidem dilationem ad ſoluendam dotem dedit, concluſ.118. n.15.
Extende idem procedere, etiam ſi pendente dilatione Maritus moriatur, concluſ. 118. num.16.
Item illud lucratur mulier, etiam, ſi nondum dies ſolutionis dotis aduenerit, concl. 118. num. 17.
Lucratur mulier dote promiſſa, licèt etiam in termino non ſoluta, concl.118. num. 18. vbi ratio aſſignatur.
Contrarium, vt ibi n.19.
Lucratur mulier, quando Maritus confeſſus fuiſſet recepiſſe dotem, & poſtea contractus mutui fuiſſet celebratus, ibi n.20.
Sed in caſu mutui facti Maritus intereſſe antefati petere non poſſet, ibi n.21.
Lucratur mulier, etiam ſi dilatio ſoluendi dotem non mulieri, ſed extraneo eſſet data, ibi num.22.
Contrarium, ibi n.23.
Lucratur vxor, quando Maritus potuit exigere dotem, & eam non exegit, niſi tamen Pater in culpa fuiſſet,quominus dotem eius Genero, ob impotentiam ſoluiſſet, concluſ.118. num.24.
Vxori debetur etiam, ſi promiſſum non fuiſſet, ibi n.25.
Contrarium, ibi n.26.
Illud penes Matrem reſtat, ſi ea fideiubeat de vtendo, & fruendo ſalua rerum ſubſtantia, & ſic manu ſua huiuſmodi vſumfructum capiet, ibi nu.27.
Illius promiſſio retrotrahitur,quoad Dominiū, ita vt creditoribus præiudicare dicatur, concluſ.118. n.28.
A dote differt, & inter dotem, & antefatum inæqualitas tolleratur, ibi n.29.
Pro eo non competit mulieri prælatio,quæ pro dote competere ſolet, ibi num.29.
Contrarium, ibi n.30. vbi ratio aſſignatur.
Concorda, vt ibi n.32.
Illud, & dos adeò ad paria iudicātur, vt diſpoſitum in vno, in alio quoq; procedere debeat, ibi num.30.
Non titulo lucratiuo, ſed oneroſo illud mulier in premium amiſſę virginitatis conſequi dicitur, ibidem.
Sed talis opinio non placet Auctori, ibi nu.33. cum ſeqq. & ibi ratio aſſignatur.
Antefatum mulieribus tribuitur in prēmium futurę procreationis filiorum, propter dolores, quos Mater, ob eos gignendos patitur, concluſ.118. n.33.
Sed cum illud videatur eſſe quid lucratiuum, id circò prælationem,veluti dos non meretur ibi n.34.
Et mulieri non debetur, niſi matrimonium ſit conſumatum, ibi n.35.
Et id eò magis procederet, ſi id ex pactis dotalibus colligeretur, ibi n.36.
Contrarium, vt ibi n.38.
Sine dote eſſe non poteſt, ibi n.37.
Illud Pater Filijs, etiam non hæredibus reſeruare tenetur, ibi n.39.
Extende idem in Matre procedere, ibi n.42.
Sed de eo quomodo poſſint parentes diſponere, vide ibi n.40.
Illud poteſt petere Filius in re, per Patrem alienata, licèt illius hæres non eſſet, concl. 118. num.41.
Item illud conſequi debent Filij, licèt non ſint hæredes Patris, vel Matris, quando Parentes ad ſecunda vota conuolarent, concluſ. 118. num.43.
Conſequuntur etiam Filiæ, licèt fuerint à ſtatuto ob exiſtentiā maſculorum excluſæ, in odiū parentum ad ſecunda vota tranſeuntium, ibi num.44.
In illius ſucceſſione Soror vterina proximioribus præfertur, ibi n.45.
Et illud nedum defertur ad Filias, ſed etiam ad Filiarum Filios, ibi n.56.
Filij tam primi, quàm ſecundi matrimonij illud cōſequuntur, etiā ſi non ſint hęredes, ibi n.47.

Con-

Contrarium, num.48.
Concorda prout in nu.49.
Illud, ac dotis augmentum, quod fuit mulieri ex bonis fideicommiſſarijs aſſignatum amplius ad vocatos in fideicommiſſo non reuertitur, ſed vxore mortua ad illius Filios ſpectabit, ibi num.50.
Debetur Filijs, etiam ſi hæreditati Paternæ renunciaſſent, ibi n.51.
Sed Filijs ingratis, in odium ingratitudinis non debetur, ibi n.52.
Illius vſumfructum tantùm lucratur vxor, & eo finito tenetur reſtituere cui de iure, & ſic ad fauorem Filiorum conſolidatur, concluſ. 118. num.53.
In eo Filij ſuccedunt Matri tãquàm Filij, ſed in Regno Neapolis ſuccedunt tamquam hæredes Patris, ibi n.54.
Illud ſuperlucratur mulier, tàm reſpectu vſusfructus, quàm etiam proprietatis, ſi liberi non extant, ibi n.55.
Poteſt mulier illud petere, & ſic variare, licèt prius illius vſumfructum elegerit, ibi n.56.
Illius æſtimatio, ac liquidatio, quomodo ſit facienda, ſi Matre defuncta, ne illius æſtimationem liquidatam onus illud ſoluendi in hæreditate remaneat, vide concluſ.118. num,57. remiſſiuè.
In illius reſtitutione etiam vſuræ, ob moram hæredum debentur, ibi n.58.
Declara tamen, vt ibidem.
ANTERIORES creditores hippothecarij Regulariter poſterioribus, tàm pro ſorte, quàm pro fructibus in ſolutione præferũtur, ex regula qui prior eſt in tempore potior dicitur in Iure, concl.119. n.1.
Contrarium, vt ibi n.3.
Poſterioribus præferuntur, nedum in expræſſa hippotheca, ſed etiam in tacita, ibi n.3.
Et tales præfecũtur poſteriorioribus; nedum ſi anterioritas ſit ex tempore; verum etiam, ex cauſa, vt puta, ſi ex eius pecunia res fuiſſet empta, ibi n.4.
Anterior creditor poſteriori præfertur, tàm ſi hippotheca ſit conditionalis, quàm pura, etiã ſi nouata ſit obligatio, ſed cum pignorum repetitione, ibi n.5.
Eſt poſteriori præferendus, tàm pro fructibus, quàm pro ſorte, quando fructus, ſiue vſuræ fuerunt promiſſæ ab eo, qui ad ſortem tenetur, & qui rem tàm pro vſuris, quàm pro ſote hippothecare poterat; alias ſecùs, concluſ. 119. num.6.
Poſteriori præfertur in bonis poſt obligationẽ vtriuſq; acquiſitis, ibi n.7.
Venditori quoque in ipſamet re vendita præfertur, niſi tamen in contractu fuiſſet reſeruata ſpecialis hippotheca, vel Generalis cum iuramento, quæ vim ſpecialis obtinet, ibi n.8.
Anterioribus creditoribus conductoris non præfertur locator domus ad habitandum; at ſecùs ſi ad conſeruandas merces, ibi num.9. & vide etiam concl.108. n.37.
Illis non præfertur locator in fructibus rei locatæ, licèt in eis tacitam hippothecam habeat ibi nu.10.
Fallit ſi illi fructus eſſent ſati à locatore, vel eſſent natura es, ibi n.11.
Contrarium, vt ibi n.12. & 13.
Anterior creditor pecuniam poſteriori ſolutam auocare poteſt, etiam ſi eam poſterior bona fide conſumpſerit, ibi n.14.
Contrarium, ibi n.15.
Declara tamen ſecundam opinionem procedere, vt ibi nu. 7. cum ſeqq.
Citatus ad docendum de iure ſuæ anterioritatis ſi illud non oſtendit ius pignoris amittit, concluſ.119. nu.21.
Declara tamen, vt ibidem.
Pecuniam poſteriori ſolutam, etiam conſumptam auocare poteſt, ſi creditores omnes parem diligentiam in exigendo adhibuere, & tamen poſteriori fuerit gratificatum, ſiue quando ſolutio fieret per decoctum, concluſ. 119. num.22.
Anterior poſſeſſio ſemper manutenenda venit, niſi poſterior ſit auctoritate Iudicis capta, ib num.23.
Et talis dicitur, vbi in illius adeptione hora appoſita eſſet, qui alteri poſſeſſioni eadem die, ſine horæ appoſitione adoptæ, præfertur, concluſ.119. n.23.
Anterioritas vnius creditoris, quando eſt ſolùm vnius horæ, tunc ambo per æs, & libram pro rata concurrere debent, ibi n.25.
Anterioribus creditoribus præfertur mutuans pro aliqua re emenda, ſuper ipſa re empta, ibi num.26.
Declara tamen id procedere, ſi ipſe mutuans, ſibi ſuper eadem re hippothecam reſeruaſſet, aliàs ſecùs, ibi n.27.
Præfertur omnibus mutuans pecuniam alicui, qui ſtatim deceſſit, ſuper ipſa pecunia mutuata, ibi n.28.
Et illis tacitam, vel expræſſam hippothecam habentibus, quando mulier pro dote, & eius augmento præferatur, vide in Verbo Mulier, & in concl.118. n.28. cum ſeqq.& concl.119, num.29. cum ſeqq.
Sed illis, etiã expræſſam hippothecam habentibus funeris impenſa eſt præferenda, concluſ. 119. n.33.& vide etiam in Verbo Impenſa.
Extende idem procedere in impenſa vltimæ infirmitatis, ibi n.34.
Item præfertur cuſtos animalium, vel hoſpes, qui eis alimenta dedit, concl.108. num.38. & concl.119. nu.35.
Præferuntur qui impenſas in cuſtodienda, reficienda, reſtauranda, vel reaptanda aliqua re, fecerunt, concl.109. num. 40. & concl. 119. num.36.
Et ad hoc, vt id locum habeat, quæ requiſita concurrere debeant, vide ibi n.37.
Præferuntur pro eorum mercede Procurator, & Sollicitator, concl.119. nu. 38.& ibi ratio aſſignatur.

Item pro ſua mercede eſt illis præferendus negotiorum geſtor hæreditatis iacentis, concl. 119. nu. 39.
Illis præfertur deponens in re depoſita, concl. 119. nu. 40.
Fallit in Baucherijs noſtri temporis, qui eum non dicãtur verè depoſitarij; igitur in eis iſtud Priuilegium prælationis ceſſat, ibi n. 41.
Fallit ſecundò, vt ſcilicèt creditor ex cauſa depoſiti creditori in cauſa funerum non ſit præferendus, ibi n. 42.
Anteriori creditori præfertur creditor commẽdatarij, qui in ſubſidium prælationem ſuper fructibus commendę habet, ibi n. 43.
Illi poſterior præfertur, quando quantitas anteriori debita non eſſet liquida; illa verò poſterioris eſſet liquida, ibi n. 44.
Item poſterior præfertur, ſi clauſulam conſtituti pro ſe habeat, ibi n. 45.
Poſterior pręfertur, quando ius anterioritatis eſſet per delegationem extinctum, concl. 119. num. 46.
Pręfertur illi Fiſcus, ſicut etiam ille poteſt hipothecaria ſolutum poſteriori repetere, concl. 119. nu. 47.
Præfertur anteriori poſterior, qui eſt aliquo modo priuilegiatus, ibi n. 48.
Anterior poſteriori pręfertur de ęquitate, ſed nõ de rigore, ibi n. 49.
Anterioritatis, & hippothecę ius in contractu ſecundò loco facto amittitur, ita vt quis de priori poſterior fiat, niſi ſibi illud exprę́ſsè reſeruauerit, ibi n. 50.
Anteriori creditori, ſi ſecundus ſoluat in illius locum non ſubintrat, niſi expręſſa conuentio adſit, vel pecunia cum hac conditione ſoluatur, ibi n. 51. & 52.
Contrarium tamen, vt ibi nu. 53.
Concorda, vt ibi n. 54. cum pluribus ſeqq.
Illius ius, quando controuertitur, tunc ille sẽper eſt pręferendus, qui prius poſſeſſionem accepit, quamuis poſtea illam amittat, non autem, qui fuit in poſſeſſione poſterior; licèt de tempore controuerſię poſſideret, ibi n. 61.
Anterioritatis qualitas ſufficit: vt adfuerit eo tẽpore, quo diſpoſitio effectum recipit, licèt poſtea ceſſet, ibi n. 61.
ANTIDATÆ ſuſpicio non tollitur, ſi ſcriptura non recognoſcatur per teſtes, qui in ea ſe ſubſcripſere, concl. 123. nu. 37.
Illius ſuſpicio ceſſat veritate comperta, quę ex Sententia in rem iudicatam tranſacta oritur, ibi n. 56.
Item tollitur, quãdo apoca eſt coniecturis adminiculata, concl. 123. n. 57. & 65.
Illius ſuſpicioue ceſſante ille creditor pręfertur qui ſcripturę priuatę innititur, concluſ. 123. num. 65.
Et quando ea ceſſare dicatur, vide ibidem.
Et non tàm viget in publicis ſcripturis, veluti in priuatis, ibi ſub n. 74.
Antidata annullat ſcripturam etiam ſi ſit facta in apoca priuatã, ibi n. 41.
ANTIPAPA, & adhęrentes eius dicuntur excommunicati, concl. 87. n. 78. in fine.
Declara tamen, vt ibidem, & vide in Verbo Schiſmaticus.
ANTIQVITAS temporis omnia ſolemniter à p incipio fuiſſe geſta pręſumere facit, concl. 51. n. 11. & concl. 120. n. 1.
Fallit ſi ex facie Inſtrumenti appareret ſolemnitatem non interueniſſe, vel quando Princeps, ſiue alter intereſſe habens notitiam habere non potuiſſet, concl. 120. n. 2.
Antiqua res dicitur, quando ſexaginta, vel ſeptuaginta annos excedit, nec ad hoc tempus litis eſt ſubducendum, ibi n. 3.
Antiquum dicitur tempus ſexaginta annorum in materia probationis faciendę, per teſtes in antiquis, ibi n. 4. & 8.
Illud non probant teſtes, quando deponunt per dictionem citra, abſquè copula, ibi num. 5.
Antiqua, vt dicatur Sententia tempus quadraginta annorum ſufficit ibi n. 6.
Licèt quãdo dicatur antiqua Sententia ſit arbitrarium Iudici, ibi n. 7. & concl. 133. n. 3.
In omni materia dicitur antiquum, quod curſum nonaginta, vel centum annorum excedit, ibi n. ſub 7. & 9.
Item tale dicitur tempus, quod per plures generationes tranſijt, ibi n. 10.
Antiquę ſcripturę quando immemorabilem probent, vide concl. 120. nu. 12. & Plura vide in Verbo Immemorabile.
Antiquitas temporis, cum adminiculis iuncta probationem mandati iuuat, ibi num. 20.
Extende id eò magis procedere, quando lata ſit Sententia pro habente mãdatum defectuoſum, ibidem.
Declara tamen id eſſe verum in iudicialibus, & quando ſolemnitas intrinſeca eſt in Inſtrumẽto enunciata, ibi n. 21.
Tempus antiquum facit, quòd in Sententia pręſumatur citatio, maximè ſi enunciatio ſaltem in genere concurrat, quòd ritè, & rectè proceſſum fuerit, ibi n. 22.
Extende id procedere, etiam in pręiudicium tertij, ibi n. 23.
Declara tamen, quòd illa pręſumptio, quę pro Sententia ex antiquo tempore oritur facile per contradictionem eliditur, concluſ. 120. nu. 24. & 54.
Ob antiquitatem temporis in alienatione depoſitum non pręſumitur, ibi n. 25.
Declara tamen id non eſſe verum, ſi ex Inſtrumento de contrario appareret, ibi n. 26.
In antiquis probatio, per teſtes de publica voce, & fama ſufficit, ibi n. 27.
In antiquis teſtes de publica voce, & fama concurrentibus adminiculis plenè probant, etiam ad effectum grauis pręiudicij, concluſ. 120. n. 28.
Item teſtis vnicus adminiculum facit in antiquis, ibi n. 29.
In antiquis teſtes inter alios examinati ſemiplenam probationem inducunt, ibi n. 30.

An-

Antiquæ probationes, vt corroborentur, & confirmentur, etiam poſt didicita teſtificata, teſtes admittuntur, concl. 120. n. 31.
In iudicio antiquo teſtes examinati per modum iurium probant, abſq; totius proceſſus exhibitione, ibi n. 32.
Fallit quando aliquid in contrarium probatæ famæ adeſſet, quod eam debilitaret, ibi nu. 33.
In antiquis probatio per famam ſupplet probationem requiſitam de viſu, ſi viſus metam annorum attingere non poſſit, ibi n. 34.
Inſtrumenta continentia Verba enunciatiua, vim publicæ vocis, & famæ habent in antiquis ibi nu. 35.
Antiquiſſimæ enunciatiuæ cõmunem hominum opinionem probant, ibi n. 36.
In antiquis fama cum longiſſima poſſeſſione, præſentandi in Iure patronatus illud probat, ibi nu. 38.
Antiqua melius per ſcripturas, quàm per teſtes probantur, ibi n. 39. & concl. 123. n. 110.
Vltra centum annos teſtes de auditu, & famæ publica, pro plenis probationibus admittuntur, concl. 120. n. 41. vbi ratio aſſignatur.
Teſtibus, & Inſtrumētis antiquis plus fidei adhibetur, quàm modernis, maximè in controuerſia antiqua, ibi n. 42.
Antiquis Inſtrumentis lux veritatis aſſiſtit, concl. 120. ſub n. 42.
In probatione rei antiquæ, etiam teſtes inter alios examinati probant, ſi eſſent mortui, & ſic, quando amplius repeti non poſſent, ſi tamen in actis de alijs concernentibus validitatem examinis appareret, ibi n. 43.
Extende id procedere, etiam ſi teſtes mortui eſſent nulliter examinati, ibi nu. 44.
Teſtis de auditu benè probat in antiquis, licèt Regulariter non probet, ibi n. 46.
In antiquis leuiores probationes ſufficiunt, ibi num. 47.
In antiquis ſcientia eſt difficilis probationis, & propterea leuiores probationes ſufficiunt, ibidem.
Parentela leuioribus probationibus eſt contētꝫ ta in antiquis, ibi ibi n. 48.
Extende, vt ibi n. 49. & 50. & vide in Verbo Parentela.
Ex materia antiqua ſpacium centum annorum excedente, præſumptio poſſeſſionis reſultat, ibi n. 51.
Secus in ſpacio minori centum annorum, quia illud præſumptionem Sententiæ non admittit, ibi num. 52.
In materia ſcripturarum ſecundum ſtilum Rotę tempus antiquum non dicitur, niſi ſit centum annorum, vt ibidem, & concl. 123. n. 107.
Sententiæ antiquæ vltra triginta annos, etiam ſine proceſſu probant, ibi n. 53.
Contrarium, ibi n. 54. & prius, n. 24.
Concorda, vt ibidem, n. 55.
Sed titulum benè probant, ibi n. 56.
Antiquiſſima poſſeſſio titulū præſumere facit, ibi num. 54
Inſtrumentum antiquum ſi ſit centum annorum recognitione non indiget; aliàs ſecùs, concl. 120. n. 58. 68. & 69. & concl. 123. n. 107.
Et tale Inſtrumentum exemplatum, & tranſumptatum probat, acſi Originale eſſet, ne propter vetuſtatem pereat; dummodo tamen exemplatio fuerit authoritate Iudicis facta, ibi nu. 59.
Imò Notariatus probationem non requirit, ibi num. 60. & 66.
In antiquis qualitas Notariatus, & auctoritas Iudicis, cum citatione partis in Inſtrumento tranſumpto præſumitur, ibi nu. 61.
Extende id, quod ſuit dictum de antiquitate, procedere etiam in longitudine, ob quam Notariatum probare non eſt neceſſe, concl. 120. nu. 62.
Inſtrumēti antiquitatem ſola data non probat, veluti neq; ſola antiquitas illud in ſubſtantialibus defendit, ſi nomine, & ſubſcriptione Notarij careret, ſed aliqua adminicula concurrere debent, ibi n. 63. & 64.
Et ratio eſt, quia poteſt eſſe, quòd ſcripturæ modernæ ſub antiqua data fierent, ibi d. n. 63.
Scriptura, ſi ex oculari inſpectione antiqua appareat, & Inſtrumenti legalis, ac publici faciem habeat, tunc ea abſquè alijs adminiculis probat, ibi nu. 65. & 67.
Inſtrumentum, ſi eſſet 70. vel 80. annorum, tunc ſcrupuloſa recognitione non indigeret, ſed ſolùm adminicula ſufficerent, ibi nu. 79.
Scriptura vltra centum annos, licèt ſit priuata; tamen recognitione non indiget, ibi nu. 70. & concl. 123. nn. 107.
Litteræ Originales antiquæ, ſi ex inſpectione appareant authenticę probant, licèt ſigillum perierit, n. 71.
Vt dicatur Inſtrumentum antiquum tempus litis eſt ſubducendum, ſi ſuper ipſo Inſtrumento fundamentum totius cauſæ conſiſtat; ſecus ſi incidenter in progreſſu litis illud ſit productum, ibi num. 72. cum ſeqq. & vide in Verbo Tempus.
Antiqua monumenta, Inſignia, & Arma probationem nobilitatis inducunt, ibi n. 78.
Antiquæ inſcriptioni in aliqua Eccleſia poſitę valdè deferendum eſt ſuper veritate eorum, quæ in ea continentur, ibi n. 79.
Scriptura in lapide alicuius monumenti inſculpta fidem facit in antiquis, concl. 120. n. 80. & concl. 123. nu. 98.
Antiquiſſimus ſtatus bonorum bonam fidem præſumi facit, ibi nu. 81.
Ex antiquitate, ſeu diuturnitate temporis, ac rationibus ſepius inter Adminiſtratorem, & Dominum calculatis, debitum remiſſum cenſetur, ibi n. 80.
Aſſertiones, & enunciatiuę duę antiquę, quę ſint ſupra hominum memoriam plenè probant, ibi nu. 83.
Declara, vt ibi n. 84. cum ſeqq. & in V. Enunciat.
Antiquitas operatur, vt probationi imperfectę ſit ſtandum, ibi n. 103.

Antiquior Religio alijs eiuſdem cōditionis præfertur, ibi nu.104.
Item Antiquior in Congregationibus præfertur, ibi n.105.
Fallit tamen, ſi adſit Epiſcopus, ibi nu.105. & vide in Verbo Epiſcopus.
Antiquiori debet definitio reſeruari quamuis Iunior primò votare debeat, ibi num. 106.
Doctor antiquior, qui ſcilicèt prius lauream Doctoratus accepit alijs præfertur, etiam ſi illi prius fuiſſent licentiati, ibi n.120.
Declara tamen, quòd non ſemper antiquior Doctor præfertur ratione creationis, ſed ſæpe etiam ratione loci eſt conſideratio habenda, ibi n.108. & in Verbo Doctor,
In adeptione dignitatum antiquiores cęteris ſunt preferendi, ibi n.109.
Antiquioribus de domo, & generatione, cū proprij nominis expræſſione vocatis, ad qualitatem antiquitatis adeò reſpectus habetur, vt ſucceſſore mortuo ſemper antiquior præferatur, ibi n.110.
Et quomodo, quis probetur antiquior, vide, ibi num.49.
Antiquiorum appellatione venit ille, qui ſit natu maior, ibi n.111
Extende id procedere, etiam ſi alius ſit proximior, ibi n.112. & ibi ratio aſſignatur.
Antiquitatis qualitas à teſtatore cōſiderata facit vt proximitas non ſit attendenda, vt ibidem.
Subſtitutio facta in antiquiores, ad duos primos antiquiores tantū non reſtringitur, ſed illis exclusis ad alios duos ſequentes deuoluitur, ibi num.113.
Idem operatur antiquitas, quod Imperator cum cauſa, ibi n.114.
Antiqua quaſi poſſeſsio arguit præſumptionem, quem iam fuiſse promotum, ibi n.115.
Antiquitas temporis poſſeſſionem iuſtam præſumere facit, ibi n.116. & concl.93. ſub n 19.
Et facit præſumere Beneplacitum Apoſtolicum, in alienatione rei Eccleſiaſticę interueniſſe, ibi n.11. Plura vide in Verbo Tempus.
Illi maximè ſtandum eſt in materia Paſcuum, confinium, Aquarum, Molendinorum, & Pontium, ibi n.124. & concl.123. n.109.
Ob antiquitatem temporis Vniuerſitas legitimè congregata cenſetur, ibi n.129.
Antiquior poſſeſſor ratione ſuę poſſeſſionis, tamquam meliori Iure ſuffultus eſt reſtituibilis, adeò vt ſpolium ſecundum commiſsum veniat purgandum, ibi n.130.
Illi eſt concedēda manutentio, cum Iunior clādeſtinè poſſidere præſumatur, ibi n.131.
Decla tamen, vt ibi ſub n.132. & vide in Verbo Anterior.
Antiquior prouiſus alijs, etiam eodem die prouiſis præferendus venit, ibi n.133.
Antiquitas temporis facit præſumi citationem in tranſumptatione interueniſſe, concl.120. n.61 & 137.
Ex ea nomen rei mutatum præſumitur, concl. 120. n.138.
In cauſam antiquiorem cedere ſolet ſolutio à debitore facta, ibi n.140.
Et vt dicatur vnum debitum altero antiquius, non dies creationis illius, ſed dies ſolutionis attendenda venit, ibi n.141.
Antiquitas poſſeſsionis non eſt in conſideratione habenda, quādo in Iudicio Spolij verſamur, concl.120.nu.142.
Declarā tamen, vt ibi nu.143. & vide in Verbo Spolium.
Illa tamen non prodeſt, quoad ſubſtātiam actus, ſed ſolum, quoad ſolemnitatem extrinſecam formalem, quam interueniſse antiquitas temporis præſumere facit, concl.120.n.144. concl. 51.nu.51 r.
Ex antiqua patientia titulus, aut illius ſubſtātia, non præſumitur, ibi 120.nu.145.
Ex antiquitate temporis aditio hereditatis nō præſumitur; at ſecus ſi illius ſubſtantiā præſupponatur, quia tunc illam ſolemniter factam fuiſſe eſt eredendum, ibi 120.nu.146.
Ex antiquitate temporis conditio purificata nō præſumitur, nec quòd quis ſolemniter poſſederit, ibi nu.147.
Declara tamen, vt ibidem.
APERIENS Literas alterius pœna falſi punitur, concl.121. n.1.
Fallit duobus modis, vt ibi n.3. & 4.
Aperiens, & vid ns litteras ſibi ad alium portandas pœna ſtellionatus Iudicis arbitrio, & extraordinariè punitur; trādens verò eas legendas aduerſario dantis pęna falſi eſt puniēdus, ibi nu.5.
At ſecus ſi ex rationabili cauſa fiat; veluti ad detegendas proditiones, vel ſi litteræ Vaſſallorum per ſuperiores eorum, aut per Patres illæ Filiorum, vel per Maritum illæ vxoris aperiātur, quia tunc talis aperiens non eſt puniēdus, neque moraliter peccat, concl.121.nu.6.
APERITIO oris eſt neceſſaria, quando ſuper aliquo negorio eſt factus motus proprius Prīcipis, qui audientiam partibus denegat, & Iudici facultatem aliter iudicandi tollit, per clauſulam ſublata omni audientia, &c. concl. 122. n.1 & vide late in Verbo Clauſula Sublata.
Et quando conceditur, ſolum remouet obſtaculum illius clauſulę ſublata, & dat facultatem gratiam impugnandi; non autem illam tollit, nec partem ad narrarorum iuſtificationem aſtringit, nec virtus derogationis tollitur, ibi, nu.2. & 3.
Ea conceſſa gratia, de qua agitur, ad terminos Iuris, per allegantem illius nullitatem reduci debet, ibi nu.2. & 3.
Licèt ſecus eſſet, ſi Princeps per viam declarationis proceſſit, ibidē n.4. vbi ratio aſſignatur.
Non eſt concedenda, quando Princeps pleniſſimè de negotio informatus, & ex certa ſcientia gratiam alicui conceſſit, ibi nu.50.
Extende vt ibi n.6. & 7. & vide in Verbo Gratia.
Illa non obſtante ſi adſit clauſula (ſublata) iuncta vnà cum ea (Et quòd de obreptione, & ſubreptione dari non poſſit) tunc omnem audientiam

tiam Iudicis tollit, concl. 122. n. 8. & ſeqq. & vide in Verbo Clauſula.

Per Signaturam Sanctiſſimi eſt obtinẽda, vt de intentionis defectu in gratia Principis dari poſſit, ibi n. 17.

Eam concedere non poteſt Signatura Iuſtitiæ, nec illius Præfectus, ibi n. 18.

Non eſt neceſſaria, vbi aliqua defenſio, ex capite bonæ fidei cauſatę, ex errore facti, ſiue ex errore Iuris, cum eo facti admixto, cõpetere poteſt, ibi n. 19.

Solùm impugnandi gratiam dat facultatem, ſed alios effectus non elidit, ſiue gratia motu proprio, ſiue ad inſtantiam partis emanauerit, ibi n. 21.

APICES iuris non ſunt curandi, vbi de ſalute animarum tractatur, concl. 107. nu. 10.

APOCA dicitur cautio ſolutæ, vel datæ pecunię, qua creditor ſe à debitore pecuniam accepiſſe teſtatur, concl. 123. n. 1.

Ab acceptilatione differt, quia per acceptilationem omninò liberatio contingit; licèt pecunia non ſit ſoluta; Apoca veò id non operatur, niſi ea ſoluta, ibi n. 2.

Apocæ opponitur antapoca cautio, qua debitor apocam recipiens creditori ſe perſoluiſſe teſtatur, concluſ. 123. num. 3. & vide in Verbo Antapoca.

Apoca ſine cauſa, die, & Conſule probat iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis l. 1. c. 83. concluſ. 123. ſub n. 24.

Et priuata illa dicitur, quando de rogitu Notarij non conſtat, ibi n. 4.

Priuata valdè differt à publica, concluſ. 123. num. 5.

Priuata pro ſcribente non probat, concl. 123. num. 5.

Priuata, nedum contra ſcribentem probat, ſed etiam contra illius hæredes; licèt ſit ſine teſtibus ſcripta, ibi n. 6.

Ex priuata, quando quis arreſtari, vel ſuſpectus iurari poſſit, vide concl. 146. n. 29. remiſſiuè.

Scripta de manu alterius, non probat, ſi de illius commiſſione legitimè non conſtet, concluſ. 123. ſub n. 10. vide in Verbo Scriptura, vbi multa habebis in hac materia.

APOSTATA ille dicitur, qui ab inſtituto Prioris vitæ, quod publica, & ſolemni profeſſione tuendum ſuſceperat, recedit, concluſ. 124. n. 1.

Et Græcis idem ſignificat, quòd latinis deſertor, & tribus modis conſiderari poteſt, ibi ſub n. 1. & 4.

Quòd non ſit Hæreticus, vide ibidem.

Contrarium, quòd ſcilicèt Apoſtaſia nõ ſit peccatum ab hæreſi ſpecie diſtinctum, ſed ſolùm circumſtantia criminis deformitatem, & turpitudinem augens, vide ibi n. 2. & 3.

Et ille, qui ſola mente à fide Catholica recedit, pœna Iuris non venit afficiendus, ibi nu. 4. vbi ratio aſſignatur.

Apoſtata verbo, & facto fidem Catholicam deſerens, ſiue ſit occultus, ſiue manifeſtus excommunicatione ipſo iure afficitur, ibidem.

Apoſtaſia per actus exteriores tantum, ſed non animo contracta, vt puta, ſi quis metu malorum mortis, tormentorum, perpetui Carceris, & ſimilium fidem Catholicam abnegèt, in foro exteriori eſt punibilis; licèt ſecùs in foro conſcientiæ, vt ibi n. 4. & 5. vbi ratio aſſignatur.

Contrarium, ibi num. 6. vbi ratio pariter aſſignatur.

Declara tamen, quòd talis Apoſtaſia non dicitur peccatum contra fidem, ſed contra fideĩ confeſſionem, vt ibidem.

Apoſtaſia, ſiue ſit perfidiæ, ſiue inobedientiæ, ex ſola tranſgreſſione, & temeritate, ſiue cõtemptu, non contrahitur, ibi nu. 7.

Talis nõ efficitur Monachus, vel alius Religioſus, ex eo, quòd abſq; licentia ad laxiorem Religionem fuerit ingreſſus, ibi n. 8.

Fallit, vt ibi num. 9. & 10.

Apoſtaſia vera contrahitur, vbi vltra contemptũ, temeritatem, vel tranſgreſſionem, concurreret etiam animus non obediendi Pontifici, ſub prætextu, quòd ille poteſtatem condendi Canones non haberet, ibi n. 9.

Et quis licèt, per longam habitus, vel Religionis deſertionem, non puniatur, vti Apoſtata, eſt tamẽ puniendus, vti excommunicatus, & alijs pœnis inflictis à iure, ibi num. 11. & 12.

Apoſtata manifeſtus, ſiue facti euidẽtia, ſiue propria Iudiciali confeſſione, ſiue ſententia, ſi vagãdo celebret, irregularitatẽ incurrit, ibi n. 13.

Et an id procedat etiam in Apoſtata occulto, & in foro interiori, vide ibi n. 14. & 15.

Et cum ſit verè Hæreticus, ideò irregularitatẽ, ipſo iure incurrit, ibi ſub n. 13.

Si ſit talis ſolo verbo, vel facto metu pœnarum, vel mortis, ſed non propria voluntate, & animo, irregularitatem cõtrahit; ſi tamen ſit manifeſtus; at ſecùs ſi occultus tantùm, ibi n. 16.

Extende idem procedere, quando talis crimen admitteret, ob quod, quis ipſo iure infamis fieret, aut ab Officio amoueretur, ibidem.

Et ſi ſit verus, etiam ſi per veram pęnitentiam mentis, & per abiurationem à crimine abſolutus fuerit; tamen ad beneficia redire, & ad futura promoueri, abſquè Romani Pontificis auctoritate non poteſt, ibi n. 17.

Secùs in altero, qui irregularitatem non incurrit, ſed tantum in excommunicationem incidit, quia tunc ab illa abſolutus Ordines, & beneficia recipere poteſt, concl. 124. ſub nu. 17. & vide concl. 1. nu 85.

Sed quòd Apoſtata ex redditu, ſiue abſolutione inhabilitate non careat, d. concl. 1. n. 19.

Et ad fidem, & Religionem rediens recipi non debet, ſed potius capite plectendus venit, ibi num. 20.

Contrarium verius, n. 21. 22. & vide etiam concluſ. 1. n. 85. 86. & in Verbo Abbas.

Sed ad ſuam Religionem reuerſus, & à pęna iuris abſolutus, ſi ſit bonę famę in Abbatem, & Præpoſitum eligi poteſt, concl. 124. n. 23.

Si

Si ſit verus ſicut Hæreticus beneficijs ipſo Iure priuatur; ſecus ſi ſit tantū ſuſpectus., quia tunc ſolum beneficia ſuſpenduntur, ibi n.24.

Ab Hæretico non ſpecie, ſed nomine, & accidēti differt, ibi n.26.

Talis dicitur, qui fidem Catholicam in totum deſerit; Hæreticus verò in parte ſolum à fide deficit, vt ibi n.26.

Et quomodò à Paganis, Saracenis, & Iudeis, differat, vide concl.124. n.27.

Priuilegium fori Clericus per dimiſſionem habitus, & tonſuræ perdere dicitur, ibi n.32.

Et iſtud delictum, an ab Inquiſitore, vel ab Epiſcopo ſit cognoſcendum, vide concl.124. n.28.cum ſeqq.

Apoſtata, & Vagabundus Eccleſiæ in Iure quęſito non nocet; immò ei vaganti Monaſterium ſuccedit, ibi n.34.

Extende id procedere, etiam ſi Apoſtata Epiſcopatum adeptus fuiſſet, ibi n.35.

Apoſtaſia, vt incurratur profeſſio eſt probanda, & ad id duo teſtes, etiam ſi eſſent eiuſdem Monaſterij Monachi ſufficiunt, concluſ.124. num.36.

APOSTILLA eſt quędam interlineatio in margine alicuius ſcripturæ facta, quæ aliquando ſcripturam ſuſpectam reddit, concl.125. n.1.

Et ſi fuerit appoſita in parte ſubſtantiali teſtamenti, & apta cuiq; nocere, & ex ea vitium viſibile appareret, tunc illud adeò ſuſpectum reddit, vt propterea immiſſionem impediat, vt ibidem.

Apoſtillæ, vel cancellationes à Notario non ſubſcriptæ, ſi reperiantur in locis ſubſtantialibus Inſtrumenti reperti in Filcis, ſed in Folio volanti illud in nihilo probat, ibi n.2.

Et eſt à Notario rogato ſcribenda, & ſubſcribenda; aliàs ſi ſit manu alterius ſcripta non probat, ibi n.3.

Appoſita in margine matricis Inſtrumenti à Notario non ſubſcripta, nec approbata, & per quam ſubſtantia Inſtrumenti augeatur, perſonam in eo contentam obligando, nō probat, & præſertim ſi plures Cancellationes ibi adeſſent, ibi n. 4.

Extende id multò magis procedere, quando plures præſumptiones concurrerent, vt obligatio, quam continet dicta Apoſtilla non interuenerit, ibi n.5.

Per Actuarium in margine, abſq; Mandato Curiæ ſcripta falſitatem arguit, ibi n.6.

Sine die, & Conſule, ac ſine cauſæ cognitione appoſita nullam fidem facit, ibi n.7.

Apoſtillę Cancellationes, & Interlineaturę ſi nequè diem, neq; Conſulem habeant, nullum præiudicium inferunt, etiam ſi Notarius de illis atteſtaretur, ibi n.8.

Appoſita in margine ſine die, & Conſule de conſenſu partium Cancellari poteſt, concluſ.125. num.9.

Sed eam in actis redigi curans falſum committit, ibi n.11.

Apoſtillans, ſine interlineas ſcripturam alterius falſum committit, concl.125. nu.12.

Apoſtillam adiudicationis, ſi fecerit Iudex illa de falſ. ſuſpecta redditur, & præſertim ſi in loco ſubſtantiali fuit appoſita, ibi n.13.

Sed quando non eſt facta poſt tempus confecti Inſtrumenti, nec in loco ſubſtantiali, vel ſuſpecto, aut in parte cuiq; nocere apta, ſed ibi legalitas Notari, & teſtes ſubſcripti, vel ſimilia adſint, falſitatis ſuſpicio ceſſat, ibi nu.14.

Quando nil noui diſponit, ſed id, quod in contextu verborum teſtamenti continetur, declaratur, tunc illi credendum venit, concl. 125. num.15.

Apoſtillæ in Inſtrumento manu eiuſdem Notarij ſcriptæ, vel cancellaturæ, aut interlienaturæ, vt probent, ille de eis fidem facere debet, ibi num.16. & 19.

Contrarium, quòd ſcilicèt illæ probent, etiam quòd ab eo non ſint ſubſcriptæ, vide ibi n.17. & in n.18. ratio aſſignatur.

Et ad hoc, vt manu Notarij conſcripta eſſe dicatur, id non tam ex inſpectione apparet, quā etiam ex eo, quod ipſe copiam authenticam, cum apoſtillarum inſertione dederit, concluſ. 125. n.18.

Apoſtillæ, licèt in margine ſignum, vel taxolam ad Corpus Inſtrumenti ſe referētem habeant, non ob id fidem faciunt, niſi etiam data, & ſub ſcriptio adſit, ibi n.19.

Ex diuerſo attramento cōnſcripta, quando ſcripturæ fidem tollat, vide concl.125. n.20. cum ſeqq.

APOSTOLICÆ litteræ in earum reuerentiam, & auctoritatem executionē paratam habent, concl.126. n.1.

Declara tamen id eſſe verum, ſi ſe fundans in eis illius intentionem iuſtificet; concluſ. 126. num. 2.

Plura, vide in Verbo Litteræ, & in Verbo Gratia.

APOSTOLI dicti ſunt ab Apo, & Stolon, quod ſignificat miſſionem, quæ fit de Iudice à quo appellatur, ad Iudicem, ad quem appellatum eſt, concl.129. n.479.

Dicti ſunt ſecundum alios ab Apoſt, & lin, quod ſignificat mittere, & nunciare, & ſic quaſi nūciatorij, ſiue nuncij dicuntur, ibi n.480.

Item illi dicuntur litterę Emanatę ad inſtructionem Iudicis, ad quem, & appellantis certificationem, vt ibidem.

Item dicuntur vna Breuis forma inſtruendi Iudicem, ad quem, & modum Iudicis à quo, & totius appellationis circumſtantias breuiter comprehendens, ibi n.487.

Quales dati pręſumantur, quando Iudex eos ſimpliciter dedit, non exprimendo reuerentiales, nequè refutatorios, vide ibi n.491.

Quid, ſi Iudex dixerit Reuerentiales in forma? vide ibi n.498. & 502.

Et illi quando fuerunt à Iudice dati ſolùm operantur effectum deuolutiuum; non autem ſuſpenſiuum effectum, ibi n.147.

Et quando ſemel fuerunt dati, vel appellationi Iudex

Iudex detulit, tunc appellans amplius pro eis redire, vel coram eo comparere non tenetur, ibi n.155. & 160.
Illi verò refutatorij dicũtur à refutatione vocis appellantis, quando ſcilicèt Iudex non vult appellationem admittere, & à ſe iuriſdictionem abdicare, ibi ſub n.481.
Refutatorij dari ſolent in interlocutoria; reuerentiales verò in diffinitiua, ibi ſub n.481.
Et refutatorij quando fuerunt dati, non impediunt, quominus cauſę ad Superiorem deuoluantur, ibi n. 495.
Sed reuerentiales dicuntur illi, qui dantur in reuerentiam Superioris, ei appellationem deferendo, ibi n.481.
Et quando illi fuerunt dati operantur, vt cauſa ad Superiorem deuoluatur; licèt Cedula appellationis in tempore data non fuerit, ibi n. 486.
Et reuerentiales ſemper de ſtilo Palatij dati præſumunturr ibi ſub n.490.
Apoſtoli Sancti à Deo miſſi fuere, ibi ſub num. 480.
Si non fuerunt dati in cauſa appllationionis, tũc commiſſio non impetratur, ibi ſub n.500.
Itèm illis non petitis, appellatio non ſubſiſtit, ibi ſub nn.500.
Pro illis non rediens intra tempus à Iudice pręſcriptum, appellationi renunciaſſe cenſetur, ibi nu.320. & 495.
Declara tamen, vt ibi n. 498. cum ſeqq.
Teſtimoniales, vel etiam refutatorij poſtquàm appellanti fuerunt dati, ille habet annum ad proſequendum, & ad committendam cauſam, ibi n.495.
Eorum petitio eſt de ſubſtantia appellationis, ibi n.152. 487. 488. & 510.
Item verbalis, & appellationi acceſſoria dicitur, ibi ſub n.504.
Et tempus illorum recipiendorum à die ſententiæ currere incipit, ſi appellans fuit præſens, aliàs à die habitæ notitiæ, ibi n.503.
Et illorum recipiendorum tempus eſt vnius menſis, in quo tamen illi decem dies dati ad appellandum computantur, ibi n.504.
Sed reſponſio omitti poteſt, ſi appellans impetret commiſſionem, cum derogatione termini ad redendum pro illis, ibi num. 170. 499. & 510.
Illorumq; traditionem poteſt Iudex, vſq; ad vltimum momentum diferre, nec ante ad reſpõdendum de illis cogi poteſt, concluſ. 128. num.547.
Et illos denegare videtur Iudex, quando nihil reſpondet, concl.129. ſub n.511.
Illos petere omittens appellationi renunciaſſe cenſetur, ibi n.158.
Eos petere tenetur appellans infra terminum iuris, id eſt triginta dierum, quando Iudex illũ terminum conceſſit, vel decem, quando dedit reuerentiales, concl.129. n.144.
Fallit, vt ibi n.145. & 150. cum ſeqq.
Illos petere, an ſit neceſſe, quando appellatio in abſentia Iudicis coram honeſtis viris interponitur, vide concl. 128. num.551. cum ſeqq. & concl.429. n.193. & 494.
Reuerentiales, quando Iudex dediſſe pręſumatur, vide concl.129. n.146. remiſſiuè.
Et reuerentiales, vel refutatorios nullus alius dare poteſt, niſi Iudex à quo, concluſ.129. ſub num.494.
Et reuerentiales ſi det Iudex in interlocutoria, iuriſdictionem à ſe abdicando, fatuus dicitur, ibi ſub n. 491.
Sed ſi pars opponat, tunc tollitur cognitio Iudici ad quem, & in primo pronũciante reſtat, ibi n.492.
Apoſtolos ſi non det Index, cum debita inſtantia requiſitus, nulliter in cauſa procedit, concluſ. 129. n.511.
APOTHECA eſt repoſitorium mercium, ſiue locus, vel ſtatio ad merces, ſeu exercitium deſtinata, concl.127. n.1.
Differt à cella, quia Apotheca dicitur reſpoſitorium maius; cella verò minus ad vſum quotidianum facta, vt ibidem.
Tabernam, & locum ad vendendas merces ſignificat, & idem eſt, quòd cella vinaria, concluſ.127. n.3.
Et ea non eſt cenſendum ædificium, ſed potius domus, quando maior, & principalior pars illius eſt domus, ibi n.4.
Non venit in legato domus, ibi n.5.
Fallit ſi Apotheca ſit domi contingua, vel ſub domo, quia tunc, etiam ſi ſit reſpectu vſus, & locationis ſeparata; tamen ſub legato totius domus continetur, ibi n. 8. & 9.
Illius ſublocatio conceſſa non cenſetur, ſi conductori ſolum licentia ſublocandi domum concedatur, ibi n.10.
Et ſi ſit Hoſpitalis, & Eccleſiæ illius immunitate non gaudet, ibi n.12.
Declara tamen, vt ibi n.13.
Ea vendita non cenſetur, ſi domus vendatur, ibi num.17.
Et illa pannorum legata, legatarius non ſolùm fundum, ſed etiam merces in eà exiſtentes cõſequitur, ibi n.19.
Contrarium, ibi n. 20.
Sed pro concordantia mens teſtatoris eſt attẽdenda, ibi n.21.
Plura, vide in Verbo Domus, & in Verbo Statutum, & in Verbo Legatum.
APPALTATORES alearum prohibere non poſſunt artificibus, quin ipſas aleas conficiãt, concl.147. n.24.
APPARATVVM taxatio, quomodo ſit facienda, eſt arbitrarium Iudici, concl.134. n.32.
APPELLATIO à Doctoribus diuerſimodè diffinitur, concl.128. n.1.
Et ſecũdum aliquos eſt triplex; nempe à diffinitiua, ab interlocutoria, & ab actis extraiudicialibus, ibidem.
Sed ſecundum plures eſt tantum duplex; nempè iudicialis, & extraiudicialis, concl.128. ſub num.1.

Secundum alios diuiditur in expræſſam, & tacitam; Expræſſa dicitur, quæ voce, aut in ſcriptis fit; Tacita verò, quæ nec voce, nec in ſcriptis fit, ſed facto, vt ibidem.

Dicitur Triaca contra venenum iniuſtæ Sententiæ, vel præſidium innocentiæ, concluſ. 128. num. 2.

Illius nomen latiſſimè, latè, & propriè ſumi poteſt, concl. 128. ſub n. 1. in fine.

Illud remedium appellationis, ab antiquiſſimis legislatoribus inuentum fuit, ne quis Sententiæ vnius Iudicis ſtare teneatur, concluſ. 128. num. 2.

Et vnicuiq; grauamini, etiam ex grauiſſima cauſa, & extraiudicialiter illato applicatur, loquendo tamen de iure Canonico, & data rationabili cauſa, & ea expręſſa, concluſ. 128. num. 3.

Eam ſpernens illius beneficio priuatur, concl. 160. ſub n. 18.

Imò etiam ab actis extraindicialibus datur, quādo ex illis grauamen dubitatur, concluſ. 128. num. 4.

De iure Ciuili in multis caſibus datur, in multis verò non, ibi n. 5.

Species defenſionis dicitur, & ideò in omnibus cauſis, tàm Ciuilibus, quàm Criminalibus datur; niſi expræſsè prohibeatur, ibidem.

In dubio ſemper admittenda venit, concl. 128. num. 5.

Per Statutum tolli non poteſt; licèt ſecùs ex cōuentione partium, concl. 128. n. 6.

Declara tamen, vt ibi nu. 8. cum ſeqq. & vide in Verbo Statutum.

Per conſtitutionem ſinodalem prohiberi non poteſt, ibi n. 7.

Licèt à Statuto, vel conuentione partium ſit prohibita, tamen nunquam ea denegatur, quando quis manifeſtè grauatur, ibi n. 8.

Et illi eſt locus, Statuto non obſtante, quandò grauamen in diffinitiua, reparari non poteſt, ibi nu. 10.

Extende, vt ibi n. 11.

Eſt valida; licèt quis non appellare iuraſſet, ſed tunc appellans periurus efficitur, concl. 128. num. 12.

Declara, vt ibidem.

Cauſam non diuerſificat, nec cauſam nouam inducit, ſed tantum inſtantiam mutat, concl. 128. nu. 13.

Inſpecto ſtatu pręſēti iudicatum extinguit; conſiderato verò futuro illud ſuſpendit, concl. 128. num. 14.

Appellatione pendente, vbi agitur de ligamine Animę, veluti de excommunicato, ſiue de periuro, nec ille excommunicatus dicitur, nec alter periurus, & propterea agere non prohibentur, ibi n. 15.

Et ea iuſtificata, ita, & taliter negotium principale deuolutum, & radicatum in Iudice appellationis dicitur, vt inuito appellante, amplius ad primum Iudicem, vti ſuſpectum remitti non poſſit, ibi n. 16.

Appellans in protectione Iudicis, ad quem conſtituitur, & à poteſtate Iudicis à quo eximitur, ibidem.

Appellatio, quando datur in vna cauſa non deuoluitur, nec impedit executionem in alia, ibi num. 17.

Et interpoſita, ab vno litis cōſorti prodeſt, ſi ille eundem Procuratorem conſtituiſſet; ſecùs, ſi alium, concl. 129. num. 415. & ibi ratio aſſignatur.

Data ab vno capite appellabili, in alio non appellabili non conceditur, ibi n. 19.

Declara tamen id eſſe verum, ſi capita ſint ſeparabilia; at ſecùs ſi connexa, quia tunc vna pars appellabilis, ad ſe aliam non appellabilē trahit, ibi n. 18. 19. 57. & 803.

Et capita, tunc præcipuè connexa dicuntur, quando vnum, ab alio dependet, & quando obligationes ſunt correſpectiuę, ibi n. 20.

Datur à Sententia mandante aliquem eſſe immittendum in poſſeſſionem vigore l. fin. C. de Edict. Diu. Adria. tollen. ibi n. 21.

Declara tamen id procedere, vt ibi n. 22.

Etiam de iure Canonico ea non datur, vbi verſamur in poſſeſſorio ſummariſſimo, momentaneo, & extraordinario, quia cū tūc tali caſu, talis Sententia interlocutoria dicatur, neq; per conſequens ab ea appellari poteſt, vt ibi & in concl. 128. n. 23. & n. 24. ratio aſſignatur.

Extende, vt ibi n. 25. & 26.

Non admittitur in his, quæ celeri expeditione terminanda veniunt, ibi ſub n. 14.

Sed in Iudicio poſſeſſorio permiſſa cenſetur, quando poſſeſſorium ex contractu proueniret, ibi 27.

Declara, vt ibi n. 28.

Et interpoſita à Sētentia lata in vim d. l. fin. C. de Edic. Diu. Adria. tollen. Regulariter non in ſuſpenſiuo, ſed in deuolutiuo admittitur, ibi num. 29.

Licèt etiam, quoad vtrumquè effectum concedatur, quādo de motoria iniuſtitia conſtat, ibi num. 30.

Et tunc de motoria iniuſtitia conſtare dicitur, quando incontinenti de Dominio poſſidentis bona probatur, ibi n. 31.

Contrarium, ibi n. 32.

In poſſeſſorio non cauſat attentata, nec facit, vt executio, & alia geſta, ea pendente ſint reuocanda, concl. 128. n. 24. & concl. 160. n. 152.

Datur etiam à miſſione in poſſeſſionem, & pręſertim, quando Iudex Sententiam eſſe diffinitiuam aſſerit, & appellationi viua voce interpoſitę defert, ibi n. 33.

Et ſicut de iure Canonico datur à remedio l. fin. C. de Edic. Diu. Adr. tollen. ita etiam datur à remedio c. reintegrandę 3. q. 1. licèt ſecùs de Iure Ciuili, ibi n. 34.

Licèt Regulariter de iure Ciuili in Iudicio poſſeſſorio non detur; fallit tamen in emergentibus, veluti ſi Iudex teſtes recipere noluerit, vel vnum recepit, qui admittendus non erat, ibi num. 35.

Immò

Immò etiam in poſſeſſorio momentaneo conceditur, vbi damnum illatum in petitorio reparari non poſſit, ibi n.36.

Et in poſſeſſorio, quoad melioramenta non denegatur, ibi n.37. 71.

Item reſpectu fructuum in poſſeſſorijs datur, ibi num.38.

Sed Regulariter, nedum denegatur in Iudicio poſſeſſorio ſummarijſſimo, & extraordinariu, ſed neq; etiam in integrum reſtitutio admittitur, ibi n.39. & n.40. ratio aſſignatur.

A Decreto immiſſionis in poſſeſſionem datur, quando dicta immiſſio à Iure ſtatutario proueniret, quia tunc ius Dominij mixtum habere dicitur, ibi n.41.

Extende, quòd ſi ſtatutum ſemel à quocunquè poſſeſſorio appellare permitteret, illud etiam poſſeſſorium ſummarijſſimum compræhendit, ibi n.42.

Si à ſtatuto prohibeatur, non præſtita fideiuſſione, id intelligendum venit, dummodo fuerit, fideiuſſio petita, concl.128. n.43.

Simpliciter commiſſa per Signaturam ad vtrũquè effectum cenſetur commiſſa, etiamſi quòd adeſſent ſtatutum, vel conſuetudo, ſiue conſtitutiones prohibentes appellationem, concl. 128. n.42. & ibi ratio aſſignatur.

A Sententia mixturã continente datur, ibi n. 44.

Et quando Sentẽtia mixturam continere dicatur, vide ibid. & in Verbo Sententia, & nu.51. cum ſeqq.

Non datur, quãdo grauamen à quo appellatur, & cauſam, ob quam illud impugnatur, non cõtinet, ibi n.45.

Non datur, quando teſtamentum eſſe exequendum pronunciatur, ibi ſub n.45.

Sed quoad vtrumq; effectum datur, vbi quis ad liberè relaxandam, & dimittendam poſſeſſionem condemnatur, quia tunc illa Sententia mixturam continere dicitur, ibi n.46.

Fallit, vt ibi n.47. vbi ratio aſſignatur.

Datur à Sententia, in qua bona, non autem bonorum poſſeſſionem reſtitui mandatur, quia id petitorium ſapere dicitur, concl.128. num. 49. & 119.

Contrarium, vt ibi n.48.

Admittenda venit, quando Iudicium per Verba ius competere, fuit incohatum, quia illa in petitorium ſonant, ibi n.49.

Item datur à Sententia reſciſſionem tranſactioni continente, quia ea complicationem negotij principalis in ventre continere dicitur, ibi num.50.

Non datur, quando ad aliquam caducitatem incidenter actum fuit, ibi n.55.

A Sententia dante Mandatum de manutenendo admittitur, quando illud à capite appellabili pendet, quia duæ cauſæ complicatę, pro vna cauſa habentur, ibi n.57. & n. 801. cum ſeqq.

Datur ab adiudicatione liquidationis ipſius legitimæ, & tunc illud caput legitimæ, vti pars appellabilis illam partem adiudicationis ad ſe trahit, ibi n.57. 803.

Contrarium, quòd ſcilicèt appelletio ab aſſignatione legitimæ non detur, niſi in caſu notabilis læſionis, ibi n.58. 746. & 804.

Datur etiam ſuſpenſiua à Sententia reſpectu cõdemnationis fructuum, quando ea in parte ſeparata eſſet facta, ibi n.59.

Admittitur etiam, Egidiana non obſtante, à ſententia in ſpolio motoriè iniuſta, concl.128.nu. 60. & 61.

Et licèt Regulariter in cauſa poſſeſſorij vigore Egidianę non detur, tamen de nullitate Sententiæ dari non prohibetur, ibi n.62.

Sed non datur à Sententia manifeſtè in poſſeſſorio lata, etiam quòd vtrumq; tàm petitoriũ, quàm poſſeſſorium, in articulis, ſeu in petitone fuerit intentatum, ibi n.63.

Extende, vt ibi n.63.

Fallit, vt ibidem.

Datur à Sententia, in qua Iudex ſuper nullitate pronunciat, & aliam Sententiam tamquàm nullam reuocat, quia tunc ea mixturam continere dicitur, ibi n. 64.

Contrarium, ibi n.65.

Admittitur, quando, Iudicem nulliter proceſſiſſe, & ſic ſpoliaſſe, atque ſpoliatum reſtituendum fore pronunciatur, concl.128. nu.67. & ibi ratio aſsignatur.

Datur à ſententia, in qua in vim ſtatuti actorem eſſe hæredem pronunciatum fuit, concl. 128. nu.68.

Declara tamen vt ibidem, & nu.69.

Datur à Sententia, in qua Iudex omiſſo emergenti ſuper negotio principali pronunciat, concl.128.nu.70.

Item in poſſeſſorio admittitur, quando in Spiritualibus eſsemus, ibi n.72.

Datur ab executione, quando modus in exequendo excéditur, & tunc res mobiles, & fructus rei immobilis ſequeſtrantur, concluſ.128. nu.73.

Et modus in exequendo, quando excedatur, vide in verbo Modus, & concl.128.nu.73.

Contrarium, ibi nù.76.

Concorda, vt ibi nu.76.

Appellare tentans perperàm ab executione, de Iuri ciuili eſt puniendus, ibi 128.nu.73.

Appellatio datur à decreto declarante executionem potius in vna re, quàm in alia fieri debere concl.126.nu.77. 120.

Fallit vt ibi nu.78.

Datur à Sententia Iudicis executionem eſse reuocandam pronunciantis, ibi nu.79.

Item datur etiam ab executione facti, ſi Iudex Sententiam eſsè exequendam pronunciet, ibi nu.80.

Immo ſi fuerit ab exceſsu interpoſita, tunc executio facta attentata dicitur, concl.128. n.81.

A decreto executorialium aliquando in ſuſpenſo executionem ipſam detinet, ibi n.82.

Sed ea interpoſita à d. Decreto executorialium ſi iuſta fuerit, vt potè, quia facta fuit ab eo, qui fuit verè grauatus, tunc prorſus negotium executiuum ſuſpendit, ibi n.83. & 762.

Et vt illa ab executione ſit admittenda, opus eſt vt cauſa grauaminis nominatim exprimatur, & nõ per relationem ad acta, concl. 127. n. 84. & ibi ratio aſſignatur.
Declara, vt ibi n. 86. cum ſeqq.
Appellans contra ſe præſumptionem habet, cum in dubio pro executione ſemper ſit iudicandum, ibi n. 84.
Appellatio, vt à Decreto executorialium admittatur appellans debet ad id ſpeciale mandatum habere, nec illud ad lites, & cauſas ſufficit; licèt ibi adeſſet quoque clauſula ad appellandum ab omni Sententia, tàm interlocutoria, quàm diffinitiua, ſed illud debet eſſe indiduum, & ſpecificum ab executione, ibi n. 85. vbi ratio aſſignatur.
Appellans ab executione, & poſtea ſuccumbens in pœnam quinquaginta librarum argenti incidit, ibidem.
In appellatione non eſt neceſſe cauſam exprimere, quando, ex forma ipſius Sententię verè de grauamine conſtaret, veluti ſi in ipſa Sentẽtia cauſa iniuſta, vel à iure reprobata exprimeretur, ibi n. 86.
Appellatio, quando interponitur ab executione, quid in praxi ſeruare ſoleat Signatura, vide ibi num. 87.
Sed illa non datur à pronunciatione de exequẽdo, ſiue à commiſſione executionis, concluſ. 128. n. 88.
Contrarium, vt ibi n. 89.
Concorda, vt prima opinio procedat quoad effectum ſuſpenſiuum; ſecunda verò quoad deuolutiuum, ibi nu. 90.
Non datur à Decreto Iudicis requirentis exequutionem, per alium eſſe fiendam, concl. 128. num. 91.
Contrarium tamen, quando Decretum de exequendo nouum grauamen inferret, concl. 128 num. 92.
Sed quomodo id intelligatur, vide ibidem.
In executiuis non datur, neque minus à Decreto de exequendo, ibi nu. 93.
Declara, vt ibi n. 94. & n. 779. cum ſeqq.
Sed eſt danda ab executore mixto, concl. 128. num. 95.
Et tunc ea ſic interpoſita, ſi executor mixtus vlterius procedat, executio attentata dicitur, ibi n. 96.
Et quando executor mixtus dicatur, vel merus vide in Verbo Executor, & concl. 128. nu. 97. cum ſeqq.
Et licèt non detur à mero executore, id tamen fallit ratione exceſſus, ibi n. 104.
Ab executore datur, quando compenſationem non admittit, quæ de iure admittenda erat, ibi num. 106.
Datur à Sententia, in qua eſſe ad incohatam executionem procedendum, pronunciatur, ibi num. 107.
Datur ab executore, quando ille fines ſuæ cõmiſſionis, exceſſit, ibi nn. 108.
Non admittitur, vbi de exceſſu ſtatim non conſtat, ſed tali caſu interim per Senatum eſt inhibenda executio, ibi n. 109.
Item ab executore datur, ſi ita conſtitutio Regionis diſponat, ibi n. 110.
Et ea datur à liquidatione eodem modo, quo datur in materia executiua, ibi n. 112.
Extende, vt ibi num. 113. & ſub nu. ſeq. ratio aſſignatur.
Contrarium, quòd ſcilicet à Sententia liquidationis appellatio non detur, ibi n. 115.
Concorda, vt ibi nu. 116.
A nouo grauamine in primis Sententijs non deducto ea ſẽper concedenda venit, concl. 128. ſub nu. 116.
A Sententia liquidationis datur, etiam ſi Iudex non pronunciauit, ſed ad vlteriora proceſſit, ibi nu. 117.
Intellige, vt ibi n. 118. & ſeq. & vide in Verbis Liquidatio, & Sententia.
Item à liquidatione Inſtrumenti datur, quamuis ab illius executione non admittatur, concluſ. 128. n. 121.
Extende, vt ibi n. 122. & ſeqq. & vide in Verbo Inſtrumentum.
Et ea licèt ex vi ſtatuti non detur ab executione Inſtrumenti Quarentigię, ſi tamen Iudex pronunciauerit Inſtrumẽtum Quarenrigię eſſe exequendum benè appellari poterit ibi n. 124 vbi datur cautela ad appellationẽ euitãdam.
Contrarium, ibi n. 125.
Sed ab Inſtrumento ex forma Statuti executionem paratam habente, quo ad effectum ſuſpẽſiuum non datur, ibi n. 126.
Et ea ſemper ſubiacet Statuto illius loci, vbi Sententia lata fuerit; licèt alibi cognoſcatur, ibi n. 127. & concl. 129. n. 2.
Et quando detur grauato in rationibus, & calculis, vide ibi n. 129.
Datur à condemnatione ad ſoluendum id, quod per calculatores liquidabitur, ibi n. 130. & ibi ratio aſſignatur.
Datur in remedio executiuo, quod pro vltimis voluntatibus datur, concl. 128. num. 131. & 133.
Contrarium, ibi nu. 132. & 134. & vide nu. 748. cum ſeqq.
Item admittitur, ſi nouum grauamen in Sentẽtia addatur, etiam ſi de materia aliàs inappellabili ageretur; veluti ſi in Sententia fieret tantum mentio de damnis, & intereſſe, & poſtea in executione adderetur intereſſe de intereſſe, ibi n. 135.
Declara tamen, quòd in dictis caſibus appellari prohibitis, cauſa inſerenda venit, concl. 128. ſub nu. 135.
Extende, vt ibi n. 136.
Datur à Sententia, in qua Sententiam feciſſe tranſitum in rem iudicatam, pronunciatur, ibi num. 137.
Sed ſi ſit interpoſita ab excommunicatione in vim rei iudicatę non ſuſpendit, ibi n. 138.
Secùs ſi à pronunciatione de exequendo rem iudicatam, quia tunc non datur, ibi n. 139.
Ad-

Admittitur tamen à pronunciatione ſuper deſertione cauſæ, concl.128. nu.140.& concl.129. n.226. & .227. ratio aſſignatur.
Et ne deſerta dicatur dies de horis vigintquatuor computatur, concl. 128. nu. 141. concl. 129. n.198. & vide in Verbo Dies.
Et appellatione deſerta, Iudex à quo Sententiā exequitur, concl.128. n.143.& concl.129. nu. 234. cum ſeqq.
Et quomodo tunc ſit procedendum, vide ibi nu.144. remiſſiuè.
Appellatio datur à Sententia, quæ aliam Sententiam contra ſe habet, ibi n.145.
Secùs eſſet, ſi ſit confirmatoria primæ, & ſolum in aliquibus reformetur, concl.128.ſub n.145.
Item fallit, ſi eſſemus in Sententia ſecundâ exequente primam à qua appellari non poterat, ibi n.146.
Datur à Sententia, in qua declaratur primam Sententiam eſſe nullam, concl.128. ſub n.146.
Conceditur quando Iudex victum in expenſis condemnare omiſit, ibi n.147.
Contrarium, quòd ſcilicèt appellatio ab expreſſa expenſarum abſolutione detur; non autem à tacita, ibi n.148.
Concorda, vt ibi n.149. cum ſeqq.
Appellare poteſt victus, ſi nimis in taxatione expenſarum ſit grauatus, ibi n.155.
Appellatio ab exceſſiua taxatione, nec non ab alio Articulo à die habitæ notitiæ conceditur, ibidem.
Appellare non debet victor, ab omiſſa condemnatione expenſarum, quando victus appellauit, ibi nu.156.
Intellige, vt ibidem, & 157. & ſeqq.
Appellans Sententiæ acquieſcere non dicitur, ibi num.158.
Appellari veluti non poteſt à Sententia elapſis decem diebus, ita nec à condemnatione expenſarum, ibi n.161.
Appellatio à Sententia Delegati Apoſtolici ad Delegantem admittitur, ibi n.162.
Conceditur à declaratione executoris litterarū Apoſtolicarum, ſtantibus difficultatibus à facto depedentibus, ibi n.163.
Item datur à Sententia Commiſſariorum Cæſaris ad Cameram, quando illi eſſent dati ad inſtantiam partium, vel quando fines mandati Cæſaris excederent, concl.128. nu.164. & ibi ratio aſſignatur.
Datur à Sententia declaratoria incurſus cenſurarum à lege, vel hominе latarum, ob litterarum Apoſtolicarum inobſeruantiam, ibi n.165 & n.166. ratio aſſignatur, & n.384. & 385.
Secùs tamen eſſet, quando excommunicatio in vim rei iudicatæ conceditur, quia tunc appellatio non ſuſpendit, concl. 128. ſub nu.166. & ibi ratio aſſignatur, & n.385.
Appellans ab executione, ſiue directa, ſiue indirecta regulariter nihil agit, quia non ſuſpendit id à quo exequutio originem trahit, concl. 128. num. 166. & 385.
Appellatio à Delegato Apoſtolico ad legatum de latere non datur, concl.128. num.167.
Contrarium, n.791.
Appellationes Iudicum inferiorum Delegatorū, ad ſupremam Curiam, non autem ad Delegātem de conſuetudine Delphinatus deuoluuntur, ibi n.168.
Appellatio etiam à Sententia legati de latere datur, ibi n.169.
Item datur à Sententia Cardinalis à Papa ſibi commiſſa, ibi n.170.
Contrarium, nu.174.
Extende, quòd ea interpoſita à Sententia legati de latere ad Papam, tunc legatus in illa cauſa amplius ſe intromittere non poteſt, niſi cum ſpeciali mandato Papæ, ibi n.171.
Subextende prædicta eò magis procedere de iure Canonico, ibi n.172.
Non datur à Sententia Collegij Cardinalium, ibi n.173. & 916.
Sed benè illa à Sententia Senatus admittitur, ibi ſub nu.173.
Contrarium, num.178. & 916.
Et licèt non detur à Sententia Principis, datur tamen ab ea lata à ſubrogato, ab eo, ibi num. 175. & ibi ratio aſſignatur, & 918.
Immò datur, etiam à Sententia Principis, ſi ea eſſet ad relationem alterius lata, concluſ.128. num.176 & 918.
Sed non datur à Sententia Arbitri, qui eſt loco Iudicis Ciuitatis; licèt ab illa Iudicis permittatur, ibi n.177.
Non datur à Sententia lata à ſupremo Conſilio, ſiue Principis Senatu; Item à Iudicio Aſſeſſorum Imperialis Cameræ, nec non à Senatu, ſiue Sacro Conſilio Neapolitano, & ab alijs ſupremis Galliæ Parlamentis, & Principum Tribunalibus, concl. 128. nu.178. & 916. & ibi ratio aſſignatur.
Datur à Sententia Vicarij foranei ad Vicarium Generalem, concl.128.nu.179. & 190. vbi ratio aſſignatur.
Item datur à Vicario foraneo ad Archiepiſcopum, concluſ. 128. num.180. & 190. vbi ratio aſſignatur.
Datur à Delegato Officialis Epiſcopi, ad Officialem, quando Epiſcopus eſt abſens, vel ad ipſum Epiſcopum, quando eſſet præſens, ibi num.181.
Item datur à ſententia Vicarij ad eum, cuius eſt Locutenens, ibi n.192.
Declara, vt ibidem.
Et licèt non detur à Sententia Præfecti Prætorij; datur tamen ab illa eius Vicarij deputati, ibi num.183.
Sed ſi per ſtatutum prohibeatur à Capitaneo, ſiue ab Epiſcopo, vel Poteſtate, tunc ab eorū Vicarijs, ſeu locum tenentibus ad ſuos deputantes eſt appellandum, ibi n.183.
Non datur à Vicario Generali ad Epiſcopum quia idem Tribunal eſſe videtur, concl.128. num.184.
Declara tamen, quòd ad Epiſcopum ſupplicando recurri poſſit, ibidem, & n.192.

Item

Item fallit, vt ibi num. 190. cum ſeqq.

Non datur à Locumtenentibus Auditoris Cameræ ad ipſum Auditorem, ibi nu. 185. & ibi ratio aſſignatur.

Non datur à Vicario ad Epiſcopum, etiam ſi conſuetudo in contrarium extaret, ibi nu. 186. & n. 187. ratio aſſignatur.

Declara tamen, quòd à Vicario Generali, ad Epiſcopum non appelletur, quando ſumus in Diffinitiua; ſecùs ſi in interlocutoria, ibi n. 188 & 189. ratio aſſignatur.

Appellationis cauſam cognoſcere prohibitus, nõ cenſetur prohibitus cognoſcere in illa nullitatis, & quærelę, ibi n. 191.

Appellatio licèt non detur à Præfectis Prætorijs, ex ſpeciali tamen iure ad illos ſupplicatur, ibi nu. 193. & 374.

Datur etiam à Rege Delfino ad Curiam Parlamenti, ibi n 194.

Datur ab Epiſcopo ad Regem, quando ſumus in cauſa feudali, vel ex aliquo ſpeciali Priuilegio; alias ſecùs, concl. 128. n. 195. & ibi ratio aſſignatur.

Datur à Sentẽtia Epiſcopi ad Archiepiſcopum, niſi Priuilegio, vel conſuetudine alio modo doceatur, ibi n. 196.

Non datur ad Papam ratione feudi, quãdo eſſemus in ſubdito Principis ſub dominio directo Eccleſię; ſecùs quãdo ſubditus eſſet immediatè ſubiectus, ibi n. 197. vbi ratio aſſignatur.

Appellandum non eſt à Sententia feudatarij ad directum Dominum feudi, ſed pares Curiæ ſunt eligendi, ibi 197.

Appellatio, quando ad Cameram Imperialem detur, vide ibidem.

Appellationes, licèt in foro contentioſo dentur de vno Iudice ad alium; id tamen fallit in foro Sacramẽtali, vbi pœnitens de vno Confeſſario ad alium appellare non poteſt, ibi n. 199 & ibi rationes aſſignantur.

Appellationi non eſt locus in foro Sacramenti Penitentiæ; ſed ab vno Confeſſario grauatus, aut quia eum nolit abſoluere, vel nimiam Pænitentiam ei iniungat, alium benigniorem adire poteſt, ibi ſub n. 199.

Appellatio ad Superiorem omiſſo medio admittitur, ibi n. 200.

Extende primò, ideò magis procedere in terris Eccleſię, vbi ad Sedem Apoſtolicã, omiſſo medio, appellari poteſt, concl. 128. n. 201.

Extẽde ſecundò id procedere in miſerabili perſona, quę omiſſo medio poteſt petere ſe ad ſupremum Iudicem remitti; immò nec tali Priuilegio renunciari poteſt, concl. 128. n. 202.

Extende tertiò id procedere, nõ obſtante Aegidiana, quę vult, quòd ad Papam omiſſo medio non appelletur, quia illa procedit in terris immediatè, non autem in illis mediatè ſubiectis, ibi nu. 203.

Extẽde quarto, vt ſcilicèt ad Papam omiſſo Cõſilio conpleto appellari poſſit, cõſuetudine, & præſcriptione in contrarium non obſtante, ibi num. 204. 227. & 231.

Subextende prædicta eò magis procedere in opprſſis, qui appellando ad Romanam Eccleſiam, ad eam, vti piam Matrem recurrunt, vt eius vberibus nutriantur, & ab eorum oppreſſoribus defendantur, ibi n. 205.

Contrarium, quòd ſcilicèt etiam de iure Canonico ad Papam omiſſo medio appellari non poſſit, vide ibi n. 206.

Concorda, quòd prima opinio procedat Regulariter; ſecunda verò in aliquibus Caſibus exceptis, concl. 128. n. 207. vbi ipſi caſus enumerantur.

Appellatio, ſiue recurſus ad Papam, nec iuramento, nec per quamcumq; conſuetudinem; imò nec per Breue Pontificium impediri, aut tolli poteſt, concl. 128. n. 221.

Appellationes de iure Ciuili gradatim fieri debent, ibi ſub n. 207.

Appellari poteſt ad ſupremum Iudicem medio omiſſo, quando medius Iudex palam, & euidenter iuſtitiam denegaret, aut eſſet inhabilis, ſiue ſuſpectus, vel excommunicatus; Item ſi Iudex inferior ſpontè cauſam ad Superiorem remmitteret, nec non ſi partes omiſſo medio nihil opponerent, & vbi deniq; talis cõſuetudo appellandi omiſſo medio extaret, ibidem, & nn. 226. cum ſeqq.

Appellandi ad Papam conſuetudo, vbi viget, tũc Aſſeſſores tantum eam iudicare debent, concluſ. 128. n. 208.

Et conſuetudo in contrarium, ſcilicèt nõ appellandi ad Papam non valet, concl. 108. ſub nu. 208. 227. & 231.

In appellationibus, & circa appellandi modum obſeruantia maximè eſt attendenda, concluſ. 128. n. 209.

Appellari etiam poteſt ad Superiorem omiſſo medio, quando proximus Superior haberi nõ poſſet, ibi n. 210.

Appellatio licèt non detur à Iudice Seculari Superiorem non recognoſcente, grauatus tamẽ ex cauſa iniuſtitiæ ad Eccleſiam recurrere poteſt, ſiue ſimus in Spiritualibus, & Eccleſiaſticis, ſiue inter Laicos iuriſdictioni temporali ſubditos, ibi n. 211.

Et quãdo interponitur ad Papam, & ad Archiepiſcopum ſimul, Papa eſt ille, qui cognoſcit altero omiſſo, ibi n. 212. & n. 213. ratio aſſignagnatur, & concl. 129. n. 123.

Illa eſt ſignum Superioritatis, & de eius ſubſtãtia eſt, vt ſemper de minori ad maiorem appellatum cenſeatur, ibi n. 213.

Appellans copulatiuè ad plures, ſi poſtea inferiorem eligat, appellatio eſt ipſo iure nulla, concl. 128. nu. 213.

Appellans copulatiuè, ſiue alternatiuè in fra decẽ dies declarare, & eligere debet, ſed maiorem, ibidem.

Intellige, vt n. 214. & 215. & concl. 129. n. 116. cum ſeqq.

Appellationes plures, quando ſunt factæ infra decem dies primæ ſtandum eſt, concl. 128. num 216.

Ap-

Appellatio, quando eſt interpoſita ad Principẽ non poteſt amplius variari appellãdo ad Gubernatorem, concl.128.ſub n.216.

Et ea copulatiuè ad plures Iudices facta de iure Canonico non valet, licèt ſecus de iure Ciuili, ibi n.217.

Immo ea non valet, ſi ad competentem Iudicem fiat, & plures competentes adſint, concluſ.128.ſub n.217.

Et generaliter facta valet, ſi nõ recognoſcitur, niſi vnus Superior, etiam ſi infra decem dies non declararetur, ibidem.

Appellare, & recurrrre, quis poteſt omiſſo medio ad Auditorem Cameræ, veluti Auditorem Papæ, ibi n.220.

Appellationes omnes, quæ fiunt ad Papam deuolutæ cenſentur ad Rotam, ibi nu.221.

Appellatio ad Imperatorem datur omiſſo medio de iure Canonico, ibi n.222.

Contrarium, ibi num.223.

Appellatio ad legatum de latere datur medijs omiſſis, ibi n.224. & ibi ratio aſſignatur.

Appellationum cauſas poteſt legatus de latere ad Partes delegare, ſi ad ipſum ſic appellatum, & ipſe extra Prouinciam exiſtat, ibi n.224.

Appellatio non datur à Sententia Conſeruatorũ ad Metrapolitanos, nec ad legatos natos, vel de latere, ibi nu.225. & ibi ratio aſſignatur, & n.785. cum ſeqq.

Ad hoc, vt de maiori Iudice ad minorem, vel æqualem detur, non poteſt vlla conſuetudine, Statuto, vel pacto introduci, ibi n.235. vbi ratio aſſignatur, & ſub n.789.

Datur ab Epiſcopo ad Concilium Prouinciale cui Archiepiſcopus tamquam caput intereſt, ibi n.236.

Datur à Sentẽtia Papæ ad futurum Concilium, quod Vniuerſalem repræſentat Eccleſiam, quãdo aliquid Oratoribus Regum honeſtum denegaret, ſiue quando timor vrgeret perturbationis totius ſtatus Eccleſiaſtici, aut aliud ſcandalum timeretur, & eo caſu appellatio eſt in ſcriptis redigenda, ibi n.237.

Contrarium, quòd ſcilicèt à Sentẽtia Papæ ea non detur, ſed quòd immò appellantes, ab ea de hæreſi ſint ſuſpecti, ibi nu.238. & 917.

Declara tamen, vt ibi n.239. & 240.

Appellans à Curia Romana ad Concilium Regium, ipſo iure in excõmunicationem incidit, concl.128.n.240.

Appellatio datur à Sententia Senatoris, qui vnicus iſtis temporibus à Papa in Vrbe deputatur, licèt antiquitus Centum eſſent, & ab eorum Sententijs non appellaretur, ibi n.198.

Datur à pronunciatione Competentiæ, vel incompetentiæ, concl.128. n.241. & n. 242. ratio aſſignatur.

Contrarium, n.244.

Concorda, vt ſub n.245. remiſſiuè.

Et ea vbi de iure eſt prohibita; nihilominus de incompetentia Iudicis opponi poteſt, concl. 128. n.243.

Datur à pronunciatione competentiæ, ſiue Iudex pronunciauerit expræſsè, ſe eſſe competentem, ſiue tacitè per proceſſum ad vlteriora, ibi n.245.

Extende id procedere etiam ſtante Statuto appellationem prohibente, ibi n.446.

Et ea ſuper competentia interpoſita iuriſdictionem ſuſpendit, & attentata cauſat, ibi n.247.

A prorogatione iuriſdictionis, quando detur, vide ibi n.249.

Datur etiam in caſibus, in quibus eſt de iure prohibita, ibi n.250.

Datur ſi Iudex probationes eſſe reijciendas pronunciet, ibidem.

Datur in omni caſu, vbi grauamen per diffinitiuam reparari non poteſt, ibid. & nu.242.758. & 759.

Appellationis cauſa probationes breuiter receptas admittit, ibi num. 251. & vide in Verbo Cauſa.

Extende idem procedere, quando agitur de nullitate, vel iniuſtitia Sententiæ, etiam ſi adeſſet Statutum, vt in cauſa appellationis probationes non reciperentur, ibi 232.

Appellatio vbi eſt remota; aut non permiſſa, tũc Sententiæ etiam iniquæ in rem iudicatam tranſeunt, ibi nu. 253.

Datur quando in citatione peremptoria dilationes à iure requiſitæ, abſq; expræſſione cauſæ abbreuiantur, ibi n.254.

Et ea eſt quoq; neceſſaria ab admiſſione exceptionis, nec ſola oppoſitio ſufficit, ibi nu.255.

Interponi poteſt à proceſſu ad vlteriora, per quem Iudex exceptionem dilatoriam reijcere cenſetur, ibi ſub n.256. & 259.

Eſt permiſſa à Sẽtentia, in qua pronũciatur quẽ eſſe inſtituendum; licèt ſecùs ſi id pronunciaretur per Decretum, quia ab eo appellatio nõ admitteretur, ibi n.260.

A denegata inſtitutione datur, ibi nu.261. & ibi habebis, quæ ad id ſint neceſſaria, ſub n.289.

Datur à Collatione à Vicario Epiſcopi facta, niſi ille ius conferendi in facultatibus haberet ibi nu. 262.

Extende, quòd etiam à collatione Ordinarij conceditur, ibi n.263.

Extraiudicialis ab inſtitutione nõ datur, & ideò ad hoc, vt attentata cauſet, Iudicialis eſſe debet, ibi n.264.

Et ea, quoad effectum ſuſpenſiuum non admittitur à Sententia Auditoris Cameræ, ſuper immiſſione in poſſeſſionẽ beneficij litteras Apoſtolicas exequendo ibi n. 265. & 906.

Appellationis commiſſio, vide Commiſſio.

Appellatio datur, quando Ordinarius expræſsè recuſat, vel denegat Sententiare, ibi n.266.

Itẽ eſt admittenda, quãdo Ordinarius malitiosè collationẽ differt, dũmodo de illius negligẽtia per trinã interpellationẽ probetur, ibi n.267.

Datur ab electione facta in concurſu de aliquo beneficio, tàm quo ad deuolutiuum, quàm ad ſuſpenſiuum effectum, ibi n.268.

Contratium n.271. Cõcorda, vt n.272. & ſeq.

Et à Decreto examinis eorum, qui ad beneficiũ idonei, vel non idonei reperti fuerint, ex-

præſſa eſſe debet, nec tacita ſufficit, cũ huiuſmodi decreta vim interlocutoriæ habeant, ibi nu.269.
Sed à collatione beneficiorum non extenditur, ad Decretum ab examinatoribus factum, ibi num.270.
Non datur à relatione examinatoris in concurſu alicuius beneficij facta, ibi n.280.
Declara tamen, vt ibi n.281.
In beneficijs ſimplicibus admittitur; ſecùs autem in Parrochialibus, concl.128.ſub nu.281. & ibi ratio aſſignatur.
Appellans ab examinatorum relatione cautus erit, ſi ſtatim Iudicẽ appellationis adeat, & examini nouo ſe offerat, quia tũc ſibi non erit imputandum ſi ſtatim examinatus non fuerit, ibi ſub nu.282.
Sed hæc opinio non placet auctori, ibi n.283.& ibi rationem aſſignat.
Appellatio ad effectum faciendi nouum examen admittitur, ibi n.281 & 284.vbi ratio aſſignat.
Declara tamen, vt ibi n.282.
Appellantes contra electiones, poſtulationes, & prouiſiones exprimere tenẽtur ea omnia, quę contra formam, & perſonam obijcere intendunt, nec non iurare, quòd credunt illa eſſe vera, & ſe probare poſſe, ibi nu.285.& 286.
Fallit tamen primò in appellatione Iudiciali; ſecundò vbicunq; crimina, vel defectus non opponuntur; tertio, vbi articuli ſunt probati, vel pro probatis habentur, quia quod per ſe patet, non eſt neceſſe amplius probare, ibi ſub num.285.
Appellatio admittitur à Sentẽtia priuationis beneficij, ob non reſidentiam, etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, ibi n.287.
Intellige tamen id eſſe verum, quãdo Iudex nulliter ad priuationem proceſſit, & priuatus nunquam ſe pro ſpoliato habuit, quia tunc in cauſa appellationis manutentionem petere poterit, ibi n.287.
Secùs quando Iudex validè ad priuationem proceſſit, quia tunc appellatio iudicatum non ſuſpenderet, ibi n.288.
Non admittitur à Sententia, quæ celeritatem deſiderat, ibidem.
Illa à tarditate datur, quando Iudex poſt factam trinam monitionem Sententiam proferre differt, ibi ſub n.289.
Datur etiam quoad effectum ſuſpenſiuum à Sẽtentia priuationis beneficij, ex eo, quia impetrans illud ſubreptitiè obtinuerat, non exprimendo illud eſſe Curatum, ibi n.290.
Et ſi fuerit interpoſita per beneficiatum à Mandato ſibi facto de reſidendo, tunc Epiſcopus deputare poteſt Vicarium, qui de fructibus beneficij pendente appellatione alatur, concl.128. num.291.
Item in cauſa decimarum admittitur, quando Eccleſia non in Priuilegio, ſed ſolùm in præſcriptione ſe fundat, ibi nu.292.
Fallit duobus modis, vt ibi n.293. & ſeqq. & ibi ratio aſſignatur.
Sed ea in cauſa decimarum ad Iudicem Eccleſiaſticum; non autem ad Secularem datur, ibi num.295.
Datur quoad vtrunque effectum, vbi agitur inter duas Eccleſias, ſuper iure decimandi contendentes, concl.128.ſub nu.295. & ibi ratio aſſignatur.
In cauſa mercedis datur; dummodo merces pauperi non debeatur, ita vt ea loco alimentorum non ſuccedat, concl.128. nu.296.
Contrarium, vt ibi n.297.
Concorda, vt ibi num.298. & ſeqq. & n.747. & concl.129.nu.16.
Item datur in cauſa alimentorum, quando tamẽ alendus non ſit pauper, ſed diues, concl.128. num.305.309.& 745.
Contrarium, ibi n.307. & ſub n.314.
Concorda, vt ibi n.308. & ſeqq. & n.313. & n.745. & in concl.129. nu.15.
Sed qui allegat paupertatem eam probare tenetur, d. concl.128. n.305.
Et appellans in cauſa alimentorum alimenta præſtare tenetur illi, qui Sententiam obtinuit, ſi ſit pauper; ſecùs ſi diues, concluſ.128.ſub num.305.
Datur à Decreto, ſiue Sententia denegationis alimentorum, ibi ſub n.306.& 312.
Sed datur in cauſa alimentorum, quãdo Iudex ſuper illis non principaliter, ſed incidẽter pronunciaret, ibi n.311.
Fallit, vt ibi num.313.
Plura vide in Verbo Alimenta, & concl.89.nu.17.cum ſeqq.
Item datur in cauſa dotis, ſed à Sententia tamen lata contra mulierem, non autem ab ea lata ad eius fauorem, concl.128.ſub n.312.
Declara tamen, vt ibid. & n.314 remiſſiuè.
Sed illa in cauſa dotis admittitur Regulariter quoad effectum deuolutiuum, non autẽ ſuſpẽſiuum, ibi nu.315.& nu.316. ratio aſſignatur, & num.751.
Non datur à Sententia reſtitutionis dotis, ob vergentiã viri ad inopiam ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, ibi n.317.& 752.
Item in cauſis miſerabilium perſonarum non datur, ibi n.318.& 755.
Sed datur à Decreto de euacuando, ibi n.320. & ſub num.328.
Contrariũ, ibi n.321 & n.322. ratio aſſignatur.
Concorda, vt ibi num.323.
Non datur à Decreto de euacuando, ſeu exfractando, quãdo conductor domus illam liberè dimittere ad ſimplicem requiſitionem Domini promiſiſſet, ibi n.324.
Extende id multò magis procedere, ſi obligatio Cameralis concurreret, ibi n.325.
Ruſus extende id multò magis procedere ſtãte conſtitutione Ægidiana, ibi n.327.
Non datur à Decreto de euacuando, vbi agitur de expellẽdo fabro malleãte propè Scholas, vel Doctores, ibi n.328.
Non datur à Decreto, ſiue præcepto de exhibendo rem aliquam, ibi n.329.

Item

Item non datur à Decreto,ſeu pręcepto de nõ exhibendo, ibi n.330.

Sed admittitur à præcepto de reſidẽdo,vbi aliqua rationabilis cauſa allegatur, ibi n.331.

Non admittitur à Mandato de exequendo, ibidem.

Declara tamen,vt n.73.cum pluribus ſeqq.& n. 762. cum ſeqq.

Datur à Iudice, quando aliquid illius arbitrio relinquitur, ibi n.332.

Intellige tamen,vt ibidem,& nu.59t.

Item datur in arbitrarijs conſtito de grauamine; aliàs ſecùs, ibi 333.

Datur à Sententia lata de conſilio alterius,quãuis non poſſit à Iudice appellari, ibi n.334.

Datur à Sententia lata à Principe ad relationẽ Doctoris, cui fuerat cauſa cõmiſſa, cum clauſula, quòd iuſtitiam nomine Principis faceret, concl.128.n.335.

Contrarium, vt ibi nu.335.& 337.& 918.

Concorda, & declara,vt ibi n.336.

Appellatio eſt Iuris Diuini, & ideò per Regem tolli non poteſt, Ibi n.337.

Et appellans à Sententia ab vno Doctore nomine Regio prolata, potius aduerſus errorẽ, ſeu imperitiam relatoris prouocare,quàm aduerſus Principis Sententiam cõqueri videtur, ibi ſub n.337.& 918.

Nequè tollitur per clauſulam, quòd Commiſſarius ſub nomine Regio pronunciet,concl.128 ſub n 337.

Datur à Sententia lata de conſilio electi de partium conſenſu, concl.128.n.338.

Datur à remiſſione ad Conſilium Sapientis, ibi num.339.

Item à reductione laudi datur, niſi expreſſè ea prohibita reperiatur, ibi n.340.

Datur ab æſtimatione peritorum,omiſſa partiũ certioratione, facta, ibi n.341.

Sed non datur à Iudicio arbitratoris, quando illud à Iudice ad quem fuerit confirmatum,ibi num.342.

Contrarium, vt ibi n.343.

Et ab arbitrorum Sententia non eſt concedẽda, niſi de nullitate ſit dictum, concl.128.nu.344. & nu.345. ratio aſſignatur.

Et ea quando ab Arbitris eſt interpoſita, tunc acta coram eis facta ſunt transportanda,concl. 128.num.346.

Non datur, quando ſumus in his, quę conſcientiæ alicuius relinquuntur, concl.128.n.347.

Fallit pluribus modis, vt ibidem.

In cauſa finium regundorum eſt permiſſa, concluſ.128.n.348.

Admittitur à Sententia, vbi diceretur fines eſſe ponendos in locis, quorum occaſione vſurpatio prætendatur, concl.128.nu.349.& nu.350. ratio aſſignatur.

Non datur à Sententia, quæ ſimpliciter declarat, & nil de nouo inducit,ibi nu.350.

Item in cauſa finium regundorum datur, etiam vbi ſimul ſpolio ageretur,ibi n.351.

Datur à Sententia, in qua tenuta confirmatur, concluſ. 128. num.352.

Quoad effectum ſuſpenſiuum non tolleratur à Sententia, in qua tenuta confirmatur, vbi ageretur Iudicio, vt agri reſtituerentur, veluti quia erant communes, ſed ab alio occupati fuerunt, ibi nu.353.

Datur à Sententia, in qua Iudex aliquos teſtes admittit, aliquos vero repellit, ibi nu.355.& ibi ratio aſſignatur.

Appellatione interpoſita ab interlocutoria Iudex à quo teſtes ad perpetuam rei memoriã recipere poteſt;ſecus ſi à diffinitiua,ibi n.357. & 576.& concl.129. num.90.

Interpoſita à Decreto de procedendo ad vlteriora in examine, tunc attentata non inducuntur,ibi n.357.& 756.

Permittitur à Decreto Iudicis dãtis Tutorem, quando ille eſſet læſus; ſecùs ſi de grauamine non conſtaret, ibi n.358.

Extende idem procedere à Sententia ſuper excuſatione Tutoris, ibi nu.359.

Pendente ſuper excuſatione tutelę, ſi appellans ſit, verbi gratia, electus ad quartam tutelam, cum tertia, quam impugnauit, tunc ſe excuſare poterit, vt ibidem.

A grauamine legis generalis non datur, concluſ. 128.ſub n 359.

Admittitur, ſi non datur Tutor nominatus per Matrem ad ſecunda vota trãſeuntem, cum Iudex eum confirmare teneatur; dummodo ſit idoneus, ibi n.360.

Item permittitur ab electo ad aliquod Officiũ, antequam ſe excuſet; ibi n.362.

Fallit quando eſſemus in defenſore Ciuitatis, quia iſto caſu appellatio non admittitur, concluſ.128.n.363.

Ea conceditur latis tribus Sententijs conformibus,ſuper re,de qua controuertitur,vnà cum fructibus damnis, expenſis, & intereſſe,quorũ liquidatio per Iudicem reſeruetur, concl.128. num.364.& 763.

Extende,vt ibi n.365. & nu.756. cum ſeqq.

Contrarium, ibi n.366. & ſeqq. & nu.761.cũ ſeq.

Extende,vt ibi num.367.& 772.& ibi ratio aſſignatur.

Contrarium, ibi n.368.& vide n.773.cum ſeqq.

Datur à tribus Sententijs difformibus, quia ex diuerſitate Sententiarum nouum grauamen infertur, concl.128.n.373.

Item à tribus conformibus datur, quando nullitas allegaretur, quæ incontinẽti probaretur, & ex actis,ac proceſſu oſtenderetur, ibi n.377 & vide in Verbo Nullitas.

Datur etiam à Sententia abſolutoria, ab obſeruatione Iudicij lata, concl.128.n.382.

Admittitur ab impoſitione perpetui ſilentij ſuper diffamatione,ibi n.383.& ibi ratio aſſignatur.

Ab excommunicatione non datur, ſed benè à declaratoria incurſus in eam, concluſ.128. num.386.

Et ab excommunicatione illius effectum non ſuſpendit, ſed abſolutio eſt neceſſaria, ibi ſub nu.386.& 394.

Sed non permittitur ab excõmunicatione, ſiue interdicto, antequàm feratur, ibi n. 387.

Permittitur à declaratione pœnæ ipſo iure fulminatę, tàm à lege, quàm ab homine, quaſi tunc nouum grauamen inferat, ita vt facilè Iudex, etiam decipi poſſit, ibi n. 388.

Item eſt admittenda ab intimatione alicuius fulminati proceſſus, ſi cauſa grauaminis exprimatur, ibi n. 390.

Item datur à cominatione, etiam poſt decem dies, cum cominationes vim Sententiæ non habeant, ibi n. 391. & concl. 129. n. 143.

Et ea quandocumq; datur ab ijs præceptis, quę à Iudicibus abſquè cauſæ cognitione fiunt, ibi ſub n. 391. & concl. 129. n. 143.

Et quãdo interponitur à fulminatione cenſurarum executoris, tunc omnia eius geſta in vim citationis reſoluere facit, ibi n. 392.

Illa pendente excommunicatus in Iudicialibus, & extraiudicialibus eſt euitandus, ibi n. 393.

A Sententia excommunicationis non datur, vt vinculum ipſius Sententię ſuſpendatur, ſed vt illius cauſæ cognitio ad Superiorem deuoluatur, ibi ſub n. 394.

Appellans à Sententia excommunicationis debet appellare in termino à die exiſtentis conditionis; non autem à die prolationis Sententiæ, ſicut in alijs, ibi n. 396.

Et tunc ille grauamen excõmunicationis euitabit, ſi appellationẽ pręceſſiſſe probabit; aliàs ſecus, ibi n. 397.

Appellatio à præſtatione iuramenti deciſiui datur, ibi n. 399.

Extende, vt ibi nu. 400. & vide in Verbo Iuramentum. Contrarium, ibi nu. 402.

A Decreto habilitationis à iuramento conceditur, ibi n. 403.

Declara tamen, quòd ea pendẽte in cauſa procedi poteſt, vt ibidem.

Datur à Decreto Sequeſtri, quia illud eſt contra ius, & in ea nõ eſt neceſſaria cauſæ expræſſio, ibi n. 404. & 819. cum ſeqq.

Contrarium, vt ibi n. 405.

Extende, vt ibi n. 406. cum ſeqq. & vide in Verbo Sequeſtrum.

Non admittitur à reuocatione Sequeſtri, quando illud fuerat factum ſuper Fructibus beneficij illius, qui pro defenſione ſuę Eccleſiæ abeſt, ibi n. 411. & 831.

Veluti à mulcta cõceditur, ita etiam recurſus ab ea peti poteſt, ibi n. 436.

Non conceditur in caſu, in quo audientia denegatur, ibi nu. 437.

Sed vbi ea eſt prohibita de iure communi, etiã recurſus prohibetur, ibi nu. 438.

Contrarium, n. 518. in fine.

Declara, vt ibi n. 439.

Appellare verus contumax poteſt de iure Canonico; at ſecus de iure Ciuili, & in ficto contumace, ibi n. 440.

Extende id procedere, nedum in Ciuilibus; verum etiam in Criminalibus, ibidem.

Et an illi currat tempus ad appellandum à die Sententię, vel habitæ notitię, aut intimationis domi factę, itẽ quãdo quis verus, vel fictus cõtumax dicatur vide in Verbo Contumax, & concl. 128. n. 441 cũ ſeq. & c. 129. n. 174. cũ ſeq.

Sed non poteſt ille appellàre, qui ſit cõdemnatus ex cauſa adminiſtrationis, ibi n. 450.

Poteſt recuſans reſpõdere poſitionibus appellare, ſi pronunciatum fuerit Articulos haberi pro confeſſatis, ibi nu. 453.

Poteſt qui fuit confeſſus cum qualitate, quę delictum minuit, ibi n. 454 & 481.

Item poteſt qui ſolùm fuit confeſſus, ſed non manifeſtè conuictus, ibi n. 455.

Appellatio conceditur confeſſo, ſi in appellatione dicat, ſe confeſſum per errorem, vel aliam cauſam contra cõfeſſionem alleget, ibi n. 456.

Eſt permiſſa, quando debitor à Iudice cogeretur minori creditori, ſine ſolemnitatibus ſoluere, ibi 457.

Declara tamẽ, vt ibid. & vide in Verbo Debitor.

Datur ſi in diſtractione rerum priuatarum, non ſeruentur ſolemnitates ex arbitrio, & iuſſu Iudicis ſeruari ſolitæ, ibi n. 458.

Datur à cõceſſione termini, qui ſit nimis breuis quoad vtrumq; effectum, ibi n. 459. & 465. vbi ratio aſſignatur.

Declara, vt ibi n. 461.

Contrarium, ibi n. 464.

Datur à denegatione totalis conceſſionis termini ad ſoluendum, ibi n. 460.

Datur à non admiſſione, ſeu reiectione appellationis, ibi n. 466. & concl. 129. n. 343.

Contrarium, ibi nu. 467

Concorda, vt ibi n. 468. & ibi ratio aſſignatur.

Appellatione interpoſita ab interlocutoria, ſi Iudex illam nõ admittat, vti ex friuolis cauſis interpoſitam, ab illa non admiſſione eſt appellãdum, aliàs illa deſerta cenſetur, nec tale grauamen, per appellationẽ à diffinitiua reparari poteſt, ibi ſub n. 466. & concl. 129. n. 243.

Eſt permiſſa, quando Iudex omiſſo emergenti ſuper principali pronunciat, ibi n. 469.

Secùs eſt vbi plura fuerunt appoſita, ſed de omnibus pronunciatum non fuit, & ad vlteriora fuit proceſſum, ibi n. 469. vbi ratio aſſignatur.

Fallit in quęſtione emergenti, quę litę pẽdente contingit, & quę differt à quęſtione incidenti, & vetuſtiorem cauſam habeat, ibi n. 470.

Nõ datur à declaratione qualitatũ, & circũſtantiarũ in re iudicata cõpręhenſatũ, ibi n. 471.

Non admittitur à Sententia continẽte declarationem interprętatiuam qualitatũ non augentium, nec minuentium, ibi n. 472.

Illius denegatio ſolum ad deciſoria, non autem ad incidentia reſtringitur, ibi n. 473.

Et licèt in poſſeſſorio non detur, tamen in eius emergentibus non denegatur, vt ibidem.

Appellare, & appellationem interpoſitã introducere poteſt Filius pro Patre, ibi n. 474.

Poteſt Officialis in Sindicatu cõdemnatus pro delictis in Officio commiſſis, ibi n. 475.

Intellige tamen, & declara, vt ibidem.

Item poteſt ille, qui de proditione fuit accuſatus

tus, cum ex accuſatione delictum neceſſariò non inferatur, ibi n.476.
Appellatio datur à Sententia lata contra expendentes falſam monetam, ibi n. 477.
Non datur tamen à Sententia lata aduerſus falſificantem illam, vt ibi nu.477.
Non datur ei, qui ſponte delictum fuiſſet confeſſus, vel conuictus; aut in fragranti crimine repertus, ibi n.478. & 920.
Non datur, quando confeſſio vi tormentorum extorta extra tormenta eſſet ratificata, concl. 128.n.480.
Ita datur in cauſis criminalibus, ſicut in Ciuilibus, ibi nu.482.
Fallit, vt ibi n.483.
Apellare poteſt condemnatus ad mortem, & quilibet alius pro eo, etiam ſi ſit extraneus, ibi num.483.
Fallit in multis caſibus, vt ibi n.484.489.& 819.
Appellatio, quādo in cauſa criminali admittitur, tamen illa pendente debet appellans carceratus detineri, ibi n.485.
Declara tamen, quòd ſi Sententia ſit interlocutoria appellantis cuſtodia ſpectat ad Iudicem à quo, cum ille Iudex eſſe non deſinat, ſi verò diffinitiua ad Iudicem, tūc ad quem, ibi n.485.
Sed appellantem iniuſtè carceratum, quando Iudex poſſit mediante fideiuſſore relaxare, vide ibi nu.486.
Appellatio in Regno Cataloniæ non datur in cauſis merè criminalibus, vbi de pœna Corporis afflictiua agitur, ſecus ſi de pecuniaria, ibi n.487.
Appellare, ſeu ſpplicare non poteſt Procurator Fiſcalis in Regno Cataloniç, nec in cauſis Ciuilibus, neq; Criminalibus, niſi in quibuſdam caſibus, de quibus in cōcl.128.n.488.remiſſiuè
Appellatio datur à mala informatione Prīcipis, etiam quòd ille eſſet ſupremus, ibi n.496.
Non datur à Statuto, ſiue conſtitutione Principis Superiorem non recognoſcentis, etiam ſi illud Statutum, ſiue conſtitutio in præiudicium perſonæ particularis eſſet lata, ibi n.497.
Contrarium, ibi n.498.
Concorda, vt ibi nu.499.
Datur à Statuto, ſiue conſtitutione prohibente, ne deferatur triticum molendum in molendinis extra Ciuitatem exiſtentibus, cum illud ſit in prçiudicium particularium perſonarum editum, etiam ſi Princeps ſit ſupremus, ibi n.500.
Et quādo concedatur ab interlocutoria, diſtingue, prout latè in concl.128.n.501.& 831.
Etiam poſt rem iudicatum eſt permiſſa, quando grauamen eſt notorium, ibi n.503.
Quādo eſt commiſſa ab interlocutoria, vel diffinitiua lata ſuper aliquo incidenti, tunc negotium principale eſt omnino à cauſa appellationis diuerſum, ibi n.506.
Ab interlocutoria interpoſita expręſſionem cauſæ requirit, & in ſcriptis fieri debet, alias deſerta cenſetur, ibi nu.508.& 533.
Fallit in pluribus caſibus, ibi n.531.& 579. cum ſeqq. & 853.
In diffinitiua cauſç exprçſſio non requiritur, ſed ſufficit cedulam intra decem dies in actis eſſe porrectam, ibi ſub n.508.
Vnde ſi in ea fuerit facta mala expræſſio ad fauorem illius, qui Sententiam habuit, non nocet, quia quç ex abundanti fiunt obeſſe non ſolēt, vide ibidem.
Ab interlocutoria expræſſionem cauſæ pro forma requirit, nec per cōſequens ipſam expreſſionem per relationem admittit, ibi nu.509.
Fallit, quando iniquitas interloquutoriæ ex allegationibus iuris detegeretur, quia tunc ſine exprçſſione cauſæ appellatio fieri poſſet, ibi n.510.& plures caſus, vide in nu.131.
In ſcriptis facienda non valet, niſi Verba in ijs ſcriptis, &c. adijciantur, ibi nu.511.
Et in ſcriptis fieri dicitur, quādo libellus appellationis porrigitur, ibidem.
Et appellans ſaltem effectum Sentētię in appellatione ponere debet, etiam quòd de ipſa Sententia in totum non conſtet, concluſ.128. ſub n.512.& 852.
Sed ſi fiat appellatio proceſſu facto per Iudicē recuſatum, tunc ſi ante diffinitiuam fiat in ſcriptis interponi debet, ibi nu.513.
Contrarium, quòd ſcilicèt appellatio viua voce interponi poſſit, ſiue ſimus in interlocutoria, ſiue in diffinitiua, cum proteſtatione tamen appelandi in ſcriptis, ibi nu.514.
Concorda, vt ibi nu.515.& 516.& ibi ratio aſſignatur.
In ea pro cauſa ſufficit dicere incontinenti Appello, quia me grauaſti, prout ex tali parte actorum apparet, ibi nu.518.
Et illius cauſam ſufficit eſſe probabilem; licèt ea non iuſtificetur, ibidem.
In ea non eſt neceſſaria grauaminis exprçſſio, ſed ea eſt ſolum generaliter probāda, ibi n.519
Ab interlocutoria etiam ſine ſcriptis, & abſq; alicuius cauſæ inſertione valet, ſi Statutum diſponat, vt in appellationibus non ſeruatis ſolemnitatibus, nec ordine iuris, procedatur, ibi n.520.& ibi ratio aſſignatur.
Appellatio ab interlocutoria, quando attentata cauſet, vide concl.160.n.83.cum ſeqq.
Et ea eſt de proceſſu cauſæ, concl.128.n.520.
In ſcriptis verò, & cum inſertione cauſæ grauaminis eſt de ordine iuris Ciuilis poſitiui, & ſic actus extraiudicialis dicitur, vt ibidem.
Etiam die feriato in honorem Dei interponi poteſt, vide ibid.& n.541.
Appellans, & obijcens contra electionē alicuius factam, certam formam electionis exprimere tenetur, ibi nu.522.
Illa ab interlocutoria attentata non cauſat, nec iudicium ſuſpendit, aut impedit, niſi inhibitio ſubſequatur, ibi nn.524.& concl.129.num.52. cum ſeqq.& n.80. & 81.
Extraiudicialis attētata non cauſat, niſi concurrentibus requiſitis Rotæ, vt in dec.44. de appell. in nou.& niſi reſpectu eius, quòd cōtra appellationem fieret, ibi n.525.& concl.129. num.33. & 34.

Et cõtra appellationem illud fieri dicitur, quod in Articulo connexo fit, ibi ſub n. 525. & concluſ. 129. n. 36.

Extraiudicialis ſi non fuit legitimè intimata, cauſa ad Papam non deuoluitur, concl. 128. n. 526. & concl. 129. n. 54.

Declara, vt in concl. 129. n. 54. cum ſeqq. & vide concl. 171. n. 10.

Et vt legitimè intimata dicatur intimatio, per Procuratorem appellato fieri debet, ibi ſub n. 526. & concl. 129. n. 31.

Ab interlocutoria in cauſa beneficiali, etiam ſi in ſcriptis non fiat; nihilominus cauſam ad Curiã deuoluit, & id in odium appellantis fieri dicitur, ibi n. 527. & concl. 129. n. 56.

In cauſis beneficialibus parte præſente facta, appellatio citationem operatur, & adeò vim illius habet, vt appellatus abſq; alia noua citatione coram Iudice ad quem comparere teneatur, & non comparendo contra eum tãquam contra contumacem proceditur, concluſ. 128. n. 528 & concl. 129. n. 54.

Extraiudicialis ſemper appellantem ligat, etiam ante iuſtificationem cauſæ, concl. 160. ſub n. 87 & ibi ratio aſſignatur.

Extraiudicialis litis pendentiam non inducit, concl. 128. n. 529.

Declara, vt in concl. 129 nu. 57. cum ſeqq.

Iudicialis à grauamine illato interponitur; extraiudicialis, verò nõ ab illato, ſed ab inferẽdo, & futuro, concl. 128. num. 530. & ibi ratio differentiæ aſſignatur.

In ea ab interlocutoria nullitas non venit, niſi nullitatis cauſæ fuiſſent expræſsè nominatę, ibi num. 532.

Ab interlocutoria ſi interponatur, prout in cedula, aliàs in actis data, appellanti non ſuffragatur, ibi n. 533. & ibi ratio aſſignatur.

Secùs eſt in appellatione à diffinitiua, ibi n. 534. vbi ratio differentiæ aſſignatur.

Contrarium, ibi n. 535.

Concorda, vt ibi num. 536.

Et an ſit neceſſaria, quãdo Index non obſtante contradictione procedit, vide concl. 148. nu. 130. & 131.

Item an ſit neceſſaria, quando Iudex, non obſtãte contradictione, procedit, vide concl. 148. n. 130 cum ſeqq.

Corã Iudice fieri debet, nec ſufficit in illius abſentiam, eam coram Notario facere, concluſ. 128. n. 537. & concl. 129. n. 53

Appellationum formulę, tàm ab interlocutoria, quàm à diffinitiua, quomodo ſint concipiendę, vide ibidem remiſſiuè.

Non appellare, & minus legitimè appellare paria ſunt, concl. 160. ſub n. 51.

Item ea fieri debet coram Iudice à quo, & non coram Iudice ad quem, concl. 128. n. 538.

Contrarium tamen, ſi conſtaret de abſentia, metu, aut alio impedimento Iudicis à quo, quia tunc valeret appellatio coram Iudice ad quem ibi n. 539. & 540. vbi ratio aſſignatur.

Declara tamen hanc ſecundam opinionem eſſe ſteram, vt ibi num. 540.

Illius cedula Iudici vbicumq; etiam extra iudicium exiſtenti, vel magiſtro Actorum, ſiue Notario, abſquè Iudice pręſentari poteſt, ibi num. 541.

Declara tamen ad id, quòd Domicilium Iudicis dicitur locus congruus ad appellandum, & Appoſtolos intra debitum tempus petendum, ibi num. 542.

Et appellans pro appellatione interponenda, Iudicem alio loco quęrere non tenetur, quàm vbi iudicauit, ibi n. 543.

Item alibi citãdum quęrere non tenetur, quàm in habitatione, in qua perſonaliter reſidere tenetur, ibi nu. 544.

Appellans antequàm appellatio ſit intimata, nõ prohibetur Iudicem extra Curiam impetrare concl. 172. ſub n. 10.

In abſentia Iudicis appellans tenetur ad expenſas in Articulo executiuo factas, quouſquè appellationem produxit, concl. 128. n. 545.

Appellans quatenus cõtra, quo modo admittatur, vide ibi n. 534. & ſeqq.

Et ſi coram Notario in Camera ex interuallo fiat, tunc non recipitur, niſi ſit in ſcriptis, & cedula appellationis in Inſtrumẽto Notarij inſeratur, nec ſufficit Notarium atteſtari coram ſe in ſcriptis fuiſſe appellatum, niſi id in his ſcriptis afferat, concl. 128. n. 546.

Sed ſi appellans in vltimo momento in domo Iudicis compareat, & facta per eum diligentia de appellando fuerit reſponſum, quòd domi non erat, tunc teſtimoniales petere debet, & cedulam Notario relinquere, dicens ſe craſtina die redditurũ, & appellaturum, quia his ita ſeruatis Sententia in iudicatum non tranſibit, ibi nu. 547.

Sed ſi forſan Notarius recuſaret adire Iudicem, ad prędictum effectum, tunc appellans alterũ, adhibere poteſt, ibi n. 48.

Item ſi appellatio interponatur coram Notario extraneo ſine cauſa, non valet, quia clandeſtina præſumitur, etiam ſi litteræ teſtimoniales de ea adeſſent, vt ibidem.

Impeditus appellare, ob Iudicis abſentiam coram probis, & honeſtis viris appellare poteſt, ibi ſub n. 547.

Et talis appellans coram probis, & honeſtis viris, ob Iudicis abſentiam, amplius ad Iudicem reuerſum pro Appoſtolis redire non tenetur, ibi 549. & ibi ratio aſſignatur.

Et coram probis, & honeſtis viris, ob abſentiã Iudicis appellatio interpoſita vim legitimæ, ac veræ appellationis habet, adeò vt illa pẽdente innouata, vti attentata ſint reuocanda, ibi nu. 550.

Appellans, quando Iudex non reperitur ſufficit, vt faciat diligentiam in domo Auditoris, & Appoſtolos à Notario petat, appellationiſquè Schedulam ei dimittat, ibi n. 551.

Contrarium, quòd ſcilicèt, quando appellatur coram honeſtis viris Appoſtolos petere nõ ſit neceſſe, ſed ſat ſit, vt appellans proteſtetur,

quòd ſi copiam Iudicis habere poſſet, illos peteret, concl. 128. n. 552. & concl. 129. n. 493.

In appellatione coram honeſtis viris interpoſita, ſufficit, vt illi fidem faciant de actu coram eis geſto, dando Appoſtolos teſtimoniales, & ratio eſt, quia in huiuſmodi appellationibus ipſi honeſti viri, vti teſtes habentur, ibi n. 553. concl. 129. nu. 493.

Coram honeſtis viris, vt ea legitimè fieri poſſit, quæ requiſita interuenire debeant, ad hoc, vt talis appellatio coram illis viris facta ſuſtineatur, vide concl. 128. nu. 555. cum ſeqq.

Et ea tunc præcipuè eſt ab interlocutoria interponẽda, ſi Iudex eam eſſe diffinitiuam aſſerat, vel appellationi viua voce interpoſitę deſſerat, concl. 128. n. 565.

Viua voce interpoſita, aut ſine ſcriptis, & cauſę exprçſſione, quando per Iudicem admittitur ille ſibi manus ligare videtur, adeò vt in negotio principali amplius ſe ingerere nequeat, ibi n. 566.

Et duę ſunt neceſſariæ appellationes, quãdo interlocutoria, & diffinitiua ſimul feruntur, concluſ. 128. nu. 567.

Appellatio, quando fuit interpoſita ab interlocutoria, appellans amplius citari non debet, quando eſt ferenda diffinitiua, quia tunc Sẽtentia ſine citatione valet, ibi nu. 568.

Fallit, vt ibi n. 569. & ſeqq. vbi ratio datur.

Declara, vt ibi n. 573.

Ab interlocutoria, ſi à Statuto prohibeatur, etiã prohibita cenſetur in caſu, in quo eſſet de iure communi permiſſa, ibi n. 574.

Intellige, vt ibi n. 909.

Et quando eſt interpoſita ab interlocutoria, tũc Iudex à quo non deſinit eſſe Iudex; ſecùs ſi à diffinitiua, ibi n. 575.

Appellanti ab interlocutoria cauſas in appellatione non exprçſſas proſequi non licet, concl. 128. n. 577.

Fallit, vt ibi n. 579. cum ſeqq.

Ea interpoſita ab interlocutoria proceſſus primi Iudicis non poteſt coram ſecundo, iuſtificari, niſi ex actis coram primo productis, ibi ſub num. 577.

Non eſt neceſſaria, quando Sententia ex actis iuſtificatur, quia ea afficere non poteſt, ibi nu. 578. & 805. cum ſeqq.

Appellans à Sententia lata ſuper Articulo attentatorum, cauſas in appellatione nõ expræſſas, proſequi poteſt, quia talis Sententia vim diffinitiuæ habet, ibi n. 579.

Appellans ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, cauſas etiam in appellatione nõ exprçſſas proſequi poteſt, ibi nu. 580.

Item cauſas non exprçſſas proſequi poteſt, ſi Sententia ſit lata in Articulo reſtitutionis ad appellandum, ibi nu. 581.

Appellatio datur à Sentẽtia legitimationis perſonarum, quia ea ſecum executionem trahit, & in ſe probabile præiudicium inducit, concl. concluſ. 128. n. 582.

Et quando detur à denegata, dilata, vel neglecta Iuſtitia, vide concl. 128. n. 583. cum ſeqq.

Item à denegata aditione eſt admittenda, ibi num. 586.

Et apdellans à denegatione poſſeſſionis, ſi poſtea appellationem deſerat, tunc in ſe ſuſcipit onus probãdi grauamen, quod per prius pars aduerſa probare tenebatur, concluſ. 128. num. 587.

Datur à denegato proceſſu ad ſuum Iudicem, tamquàm à denegante Iuſtitiam, & tunc illa cauſa ad Superiorem deuoluitur, concl. 128. num. 588.

Datur, quando Iudex defenſiones dare recuſaret, quia illę ſunt de iure Diuino, imò nec Diabulo fuerunt denegatę, ibi n. 589.

Non datur, ſi Iudex ex Officio non ſuppleat; licèt ille malè faciat, ibi n. 590.

Ea ex denegatione eſt licita, quando Iudex Officiũ nobile exercet, quod loco actionis datur; at ſecus in eo, quod motu proprio exercet, ibi n. 591.

A denegatione remiſſorię, quando ſit concedenda, vide ibi nu. 492. cum ſeqq.

Ab admiſſione Articulorum datur, concluſ. 128. num. 595.

Et tunc ab admiſſione Articulorum iuſtificatur, quando illos eſſę obiectiuos, impertinentes, & malè ſpecificatos reperiretur, concl. 128. ſub num. 595.

Datur à primo Decreto, quia modicum præiudicium generat, & reus intra tres menſes quãdocumq, poſſeſſionem recuperare poteſt, ibi num. 596.

Extraiudicialis à futuro grauamine datur, quãuis etiam perſonæ, ob quas fit appellatio, nominatę non fuerint, ibi n. 597.

Contrarium, ibi n. 598. remiſſiuè.

Extraiudicialis à futuro grauamine non incipit habere effectum, niſi à tempore grauaminis illati, quia tunc tempus currere incipit, ibi n. 597. & vide n. 849. cum ſeqq.

Poteſt interponi ad cautelam, etiam ſi pars nõdum ſciat pro certo ſe grauatum, & ſic in futurum euentum, ibi ſub nu. 598.

Contrarium, nu. 849. cum ſeqq.

A Decreto Torturę datur, etiam abſq; inſertione cauſę grauaminis. & prçſertim, quando indicia non prçcederent, ibi n, 599. & 600. & ibi ratio aſſignatur, & n. 850. & 851.

Et à Decreto Torturę nedum datur, quãdo Iudex reum eſſe torquendum ſuper delicto principali pronunciat; verum etiam, quando Tortura ad habendam reſponſionem affirmatiuã, vel negatiuam tenderet, concluſ. 128. num. 601.

Ea interpoſita, vel pendente termino ad appellandum, Iudex nihil innouare poteſt, concluſ. 128. n. 602.

Contrarium, ibi num. 603. vbi ratio aſſignatur.

Et nedum datur à Decreto Torturę, ſed etiam ab ea cominata, ibi nu. 604. & 850.

Et ea interpoſita à Decreto de torquendo, veluti manus Iudicis ligat; ita etiam per appellationem

lationem à comminatione interpoſitam, concluſ. 128. ſub n. 604.
Datur à conceſſione, vel publicatione Priuilegij, & ſic à facto extraiudiciali Principis, concluſ. 128. n. 605.
Illa quoq; conceditur tertio, ad cauſam pro ſuo intereſſe venienti, & per eam executio impediatur; quamuis Regulariter tertio appellare nō liceat, ibi nu. 606.
Extende, & declara, vt ibi n. 607. cū ſeqq. & vide in Verbo Tertius, & n. 779. cum ſeqq.
Et datur à Statuto, vel conſtitutione facta non in cōmuni, ſed ſolùm contra certas perſonas facto, ibi n. 619.
Datur à Statuto de iure non valido, concl. 128. num 620.
Datur à Decreto Iudicis reſeruante exceptiones ad merita cauſæ, ſi tamen exceptio altiorem indaginē requirat; aliàs ſecùs, concl. 128. num. 621.
Contrarium, ibi num. 622. vbi ratio aſſignatur.
Pro eorum concordantia, vide ibi n. 623.
Datur à Sententia declarante aliquem eſſe proximiorem hæredem, creditorem, vel conductorem, ibi n. 624.
Eſt concedenda ab allegata ſuſpicione Iudicis, non ſolùm parti, ſed etiam ipſi Iudici, ibi num. 625. & 634.
Contrarium ibi num. 626. & vide nu. 809. cum ſeqq.
Concorda, vt nu. 627. cum ſeqq. & vide in Verbo Iudex.
Datur de iure Canonico, tàm à Iudice Delegato, quàm ab Ordinario concl. 128. n. 631.
Datur etiam de Iure Ciuili in incidentibus in cauſa ſuſpicionis Officialium, concl. 128. n. 632 & 811.
Non admittitur à Decretis ſuſpicionis Officialium, licèt eorum nullitates proponi non prohibeantur, quando præſertim de notoria iniuſtitia conſtaret, ibi n. 633.
Appellans ab vlteriori proceſſu non eſt opus, vt appellationem proſequatur, quia proceſſus poſtea à Iudice recuſato fabricatus redditur, eluſorius, ibi ſub nu. 638.
Fallit primò, ſi eſſemus in ſuſpicione friuola, ibi num. 639.
Fallit ſecundò, ſi quis iterum, coram Iudice ſuſpecto, ſine proteſtatione compareret, ibi n. 940. & concl. 129. n. 403.
Plura vide in Verbo Iudex, & vide in Verbo Suſpicio.
Datur, quādo renouatio Emphiteuſis per proximiorem petita, ob lineam finitam, denegatur, etiam ſi proximior eſſet fæmina, concluſ. 128. nu. 684.
Declara tamen id eſſe verum, quando Abbas pro ſe retinere nollet; aliàs ſecus, concl. 128. num. 685.
Appellatio, vel reclamatio datur à Sententia ſuper libertate lata; immò in hoc reſtitutio minori datur, ſi appellare omiſerit, ibi nu. 687.
Datur à pronunciatione ſuper reſtitutione in integrum petita, ſed eam euitabit Iudex, ſi ad vlteriora procedat, ibi n. 688.
Et quando eſt permiſſa, id ſemper intelligitur, ſi pars opponat; aliàs ſecus, concluſ. 128. num. 689.
Ab interlocutoria manus Iudicis Regulariter non ſunt ligatæ, ſed id fallit, vbi de damno irreparabili agitur, ibi n. 600.
Ea in poſſeſſorio, quoad vtrumquè effectum prohibita cenſetur, concl. 128. n 690. & ibi ratio aſſignatur.
Et id procedit, tàm in interdicto retinendæ, quā etiam adipiſcendæ, & recuperandę, concl. 128 num. 691.
Contrarium, vt ibi nu. 692.
Declara tamen, vt ibi nu. 693. cum ſeqq. & vide in Verbo Ægidiana.
Et velnti eſt prohibita à Sententijs latis in Iudicijs poſſeſſorijs, ita etiam prohibita cenſetur, ab omni eo, per quod ad eandem Sententiam peruenitur, dummodo cauſam principalem attingat, ibi n. 698.
Non datur in poſſeſſorio ab Ægidiana, ſi in proceſſu fuerit ſuper nu litate, & ſuper petitorio cognitum; ſi tamen in Sententia fuerit ſolum ſuper poſſeſſorio pronunciatum, concl 128. num. 699.
Neq; minori in poſſeſſorijs ea datur, licèt reſtitutionem in integrum illc petere poſſit, concluſ. 128. n. 700.
Et vbi denegatur, nec etiam reuiſſo cauſę, neq; recurſus admittitur, ibi n. 701.
Intellige tamen id eſſe verum, vbi appellatio eſt prohibita de iure communi; ſecùs ſi ex aliquo Priuilegio, ſiue prębeminētia Tribunalis ibidem.
Contrarium, quòd ſcilicèt, etiam appellatione prohibita de iure communi, tamen recurſus, & reuiſio concedatur, vide concl. 128. num. 702. & ſeqq. & ſub num. 918. & vide in Verbo Reuiſio.
Item quòd reſtitutio in integrum non denegetur, vide concl. 129. n. 365. & ſeqq.
Non admittitur, quando vigore obligationis Cameralis actum fuit, concl. 128. n. 713.
Item non admittitur, vbi de Quarētigia agitur ibi nu. 714.
Extende quòd neq; appellare poteſt ratificans ſimpliciter Inſtrumentum, in quo obligatio Cameralis aderat, ibi nu. 715.
Declara, vt ibi n. 716. cum ſeqq.
Subextende, quòd etiam ab interlocutoria ſtāte obligatione Camerali denegatur, cōcl. 128. num. 717.
Fallit tamen, vbi adeſt obligatio Cameralis, ſed ea non per ſcripturam, ſed per viam teſtium probaretur, concl. 128. n. 718.
Intellige tamen, vt ibidem.
Item appellatio datur, quando obligatio Cameralis non fuit extenſa, ibi n. 720.
Extende, vt ibi num. 721. & ibidem ratio aſſignatur.

Subex.

Subextende, quòd etiam datur à Decreto de extendendo obligationem Cameralem, iuxtà dictà teſtium, ibi n.722.
Datur etiam à reiectione exceptionis admiſſibilis contra obligationem in forma Cameræ, ibi n.723.
Item datur, quando obligatio Cemeralis eſſet per Sententiam vulnerata, quia tunc executiuè agi non poteſt, ſed tres Sententię erunt, expectandæ, ibi n.724.
Extende, vt ibi n.725. cum ſeqq. & vide in Verbo Obligatio.
Quãdo eſt prohibita à prima Sententia, cenſetur etiam prohibita à ſecunda reuocatoria primæ, ibi n.730.& concl.63.n.49.
Contrarium, ibi n.731.
Non datur à Sententia ſecunda exequente primam; dummodo à prima non daretur, ibi n. 732.& concl.63.n.49.
Item datur, quando obligatio Cameralis eſſet vulnerata per compromiſſum, & laudum, ibi num.736.
Quando eſt licita actori, reo quoq; licebit, concluſ.128.ſub n.733.& 737.
Quando datur à Sententia, ſiue Decreto obligationis Cameralis, licèt in ea ſoleat apponi clauſula (ſine pręiudicio legitimę executionis) nihilominus quãdo illius obligationis vulnus adſit, commiſſio ſimpliciter, abſq; illa clauſula ſignatur, ibi n.738.
In illius commiſſione non eſt neceſſaria mentio obligationis Cameralis, quãdo ipſa obligatio iam fuit vulnerata, ibi n.739.
Datur à Decreto de reſtituendo, niſi adſit dictio (Ad omne Mandatum Domini) concl.128. num.741.
Contrarium, ibi nu.742.& vide num.861.cum ſeqq.
Item in obligatione Camerali datur, quando de notorio grauamine conſtaret, concl.128. num.743.
Extende, vt ibi n.744.
Non datur in conſecutione legatorum, quoad effectum ſuſpenſiuum, ibi n.748.
Declara, vt ibidem.
Quoad fructus dotales non datur, concluſ. 128. num.754.
Appellatio venditoris, quando emptori proſit, vide concl.128.num.367. & n.77.cum ſeqq.& vide in Verbo Venditor.
Non datur à prouiſionibus Ciuilibus in cauſis Fiſcalibus factis, ibi n.784.
Eſt prohibita in Saluiano interdicto, ſed pro eo datur in poſſeſſionem immiſſio, concl.128.nu. 792.& ibi ratio aſſignatur.
Extende, vt ibi nu.793.
Contrarium, num.794.
Concorda, vt ibi num.795.
Sed quoad vtrumq; effectum admittitur, quãdo in Saluiano ſuper nullitate Inſtrumenti tractatum fuiſſet, concl.128.nu.796.
Item in Saluiano admittitur, ſi in Sentẽtia adeſſ. illa verba (retinenda iure pignoris, & hippothecæ, concluſ. 128. num. 797.
Fallit, vt ibidem.
Extende primo, vt in Saluiano detur, quando in Verbis diſpoſitiuis Sententiæ creditum eſſet cannonizatum, concl.128. nu.798.
Extende ſecundo procedere, quando complicatio adeſſet, ibi nu.799.
Interlocutoria ex eiſdem actis iudicari debet, concl.129.nu.807.
In cauſa Præcedentiæ non admittitur, concl. 128.nu.808.
Non datur ab expulſione manu militari, concluſ.128.nu.813.
Depoſitario non datur, ſed ille executiuè depoſitum reſtituere cogitur, concl.128. n. 814. cum ſeqq.& vide in Verbo Depoſitum.
In notorijs non admittitur, concl.128.nu.832. & ibi ratio aſſignatur.
Declara, vt ibi nu.836.
Fallit ſeptem modis, vt ibi nu.839.cum ſeqq.
Si daretur in delictis notorijs eſſet quędam perſeueratio in illis, & talis appellatio iniquitatis præſidium, & defenſionem continere diceretur, quod non eſt permittendum, concl. 128.n.833.
Item datur à pronunciatione, quòd factum ſit Notorium, concl.128.n.398.& 834. & concl. 129 ſub n.226.
Declara quòd ea non detur à notorio per euidentiam facti; ſecùs autem ſi euidentia eſſet tantum iuris, ibi nu.837.
Datur à Sententia contra inſignem latronem lata, ſi non fiat mentio, quòd ille ſit latro inſignis concl.128.nu.844.
Non datur in ſolutione pẽſionis, cũ in tali cauſa ſemper reſcribi ſoleat cum clauſula (ſine retandatione ſolutionis, ibi n.846.
Extende, vt ibi nu.847.& ſeqq.& vide in Verbo Penſio.
Generalis à grauaminibus non valet, niſi grauamina ſpecificentur. ibi nu.856.
Non datur in cauſa conſcientiæ Iudicis commiſſa, concl.128.nu.858.
Fallit in pluribus caſibus, vt ibidem remiſſiuè.
Non datur in obligationibus voluntarijs, concluſ.128.n.859.
Extende, vt ibi num.860.
Non datur in promiſſione facta de ſoluendo iudicatum, ibi n.865.
Intellige, vt ibidem.
Non datur à morum correctione, & à Viſitatione Eccleſiæ, concl.128.n.866.
Declara tamen, vt ibi n.87. cum ſeqq.
Non datur à Sententia contra Religioſos Regulares, per viam pœnitentiæ correctos, concluſ.128 n.867.
Non datur à Decreto Epiſcopi Confraternitatem laicorum Viſitantis, & adminiſtratores ad reddenda computa compellentis, ibi n.868.
Extende, vt ibi n.869.
Et licèt non detur à pœna impoſita à lege, vel Canone; datur tamen à declaratione illius pænę, concl.128.n.870.

Non

Non datur à Sententia Arbitri, quia ex ea actio non oritur concl. 128. n. 875.

Fallit in pluribus caſibus, vt ibi n.876. cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Reductio

Appellãdi tempus, quando fuit lapſum, quis Sententiæ acquieuiſſe cenſetur, concl. 128. nu. 868.

Appellatio licèt in pluribus caſibus reductionis ad arbitriũ boni viri tolleretur; id, tamen non procedit in Iudice cauſam reductionis definiẽte, ad euitandam infinitatem cauſarum, & ne partes in expenſis conſumentur, concluſ. 128. num. 902.

Non datur à Iuriſdictione temporali ad Eccleſiaſticam, & è contra, concl. 128. n. 903.

Non conceditur, quando Iudex aliquem ſub fideiuſſione relaxare renuit in caſibus, in quibus relaxare eſt ſolitus, concl. 128. n. 904. & ibi ratio aſſignatur.

Non datur ſi Iudex pœnam delinquenti minuere recuſet, etiam ſi in eius arbitrium fuerit collata, concl. 128. n. 905.

Non eſt licita, quando per ſtatutum fuit ſublata; immò nec etiam alia defenſio competit, concl. 128. 908.

Declara vt ibidem

Non datur à Sententia lata in cauſa reconuentionis, concl. 128. num. 910. & 912. & ibi ratio aſſignatur.

Appellare non poteſt vẽditor à Sententia ad fauorem emptoris lata, ſi eidem emptori eſſet prohibita facultas appellandi contra vẽditorem, vt æqualitas in Iudicijs ſeruetur, concl. 128. ſub n. 910.

Si per Statutum appellare prohibeatur à Sententia lata contra debitorem ſuper Inſtrumẽto guarẽtegiato, cenſetur etiam prohibita actori, ſi ad fauorem debitoris pronuncietur, vt ibidem.

Non datur à Sententia in iudicio reuiſionis lata ibi n. 911. & ibi ratio aſſignatur.

Non datur à Sententia in vim iuramenti deciſiui inſtante parte lata, ibi n. 15.

Non tollitur per clauſulam (facto verbo cum Sãctiſſimo) in Sententijs condemnatorijs appoſitam, ibi ſub n. 918.

Item non datur in pluribus caſibus, de quibus in concl. 128. n. 918.

Sed ad eam prohibendam ſola criminis atrocitas, vel qualitas non ſufficit, ibi n. 920.

Non datur à cenſuris, quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed benè, quoad deuolutiuum, concluſ. 10. nu. 62.

Non datur à Sententia abſolutionis, quoad effectum ſuſpenſiuum; at ſecùs, quoad deuolutiuum, ibi n. 62. & 86.

Extende id eò magis procedere, ſi excommunicatus fuiſſet ab Auditore Rotæ abſolutus, ibi num. 63.

Non conceditur adminiſtratori, ac illius hæredibus in his, in quibus fuerunt pro adminiſtratione condemnati, ſed prius debet ſoluere, & poſtea cauſam appellationis proſequi, concl. 56. nu. 89. & ſeqq.

Conſeruat appellantem in primæuo ſtatu, & perinde eſt, acſi nunquam ſententiatum fuiſſet, concl. 129. n. 1. & prius, concl. 89. n. 518.

Et dicitur de appendicijs primæ inſtãtiæ, & Statutis loci primæ inſtantiæ ſubiacet, concl. 129. n. 2. & concl. 128. n. 127.

Sed non dicitur dictę appellationis proſecutio, concl. 129. n. 5.

Illius cauſa cenſetur commiſſa, iuxta formam Statuti, quãdo prius talis cauſa, iuxta illius formam commiſſa fuit, concl. 129. nu. 3.

Contrarium num. 4.

Concorda, vt ibi n. 5.

Et nedum pronunciatum ſuſpendit, ſed etiam in totum iudicatum, & eius effectum reſcindit concl. 123. n. 160. & concl. 129. n. 8.

Declara tamen id procedere de iure Ciuili; ſecùs tamen de iure Canonico, concluſ. 129. ſub num. 8.

Item declara, vt nn. 14. cum ſeqq.

Ea pendente præſumptio Sententiæ eſt ſuſpẽſa, quoad impediendum illius effectum; non autem, quoad alia, concl. 129. nu. 9. & ibi ratio aſſignatur.

Illa pendente, ita currunt vſuræ, ſicut ante, concluſ. 129. nu. 10.

Ea iuriſdictionem Iudicis ſuſpendit, ſiue admittatur, ſiue reijciatur, ibi n. 11.

Et nedum ſuſpendit effectum Sententiæ, ſed etiam omnium actorum primæ inſtantiæ, quę in ſecunda non obſtant, niſi reproducantur, ibi num. 12.

Licèt iudicatum ſuſpendat, non ob id tamen poſſeſſio tollitur, ibi n. 14.

Ea pendente nihil infra decem dies eſt innouãdum; aliàs vti attentatum eſſet reuocandum, ibi nu. 23.

Extende id procedere, ſiue ſimus in Ciuilibus, ſiue in Criminalibus, ibi n. 24.

Fallit, vt num. 66. cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Attentata.

Extraiudiciali pendente non eſt capienda poſſeſſio, & ſi capiatur attentata dicitur, concl. 129. num. 29.

Contrarium, num. 33.

Extraiudicialis licèt in aliquo cum Iudiciali non conueniat; fallit tamen in materia attentatorum, ibi n. 30.

Extraiudicialis, vt operetur debet legitimè appellato intimari, concl. 129. nu. 31. & 52.

Secus eſſet, quando tenor appellationis ab appellato perlegatur, vel ei porrigatur ſub authentica ſcriptura, quia id pro legitima intimatione ſufficeret, ibi nu. 32.

Appellare non licèt poſt tempus decem dierum, ſiue in grauamine Iudiciali, ſiue in extraiudiciali verſemur, ibi n. 39. & 40.

Appellatione extraiudiciali pendente attentata reuocantur, etiam ſi dicta appellatio non fuerit verificata, ibi n. 41.

Sed ſi Iudicialis minus legitima declaretur, tũc attentata non reuocantur, veluti etiam, quãdo appellatio eſſet deſerta, ibi n. 42.

Contrarium, num.47.
Concorda, n.48. cum ſeqq.
Et quando deſerta pronunciatur, tunc pœnę ſtatutariæ contra temerè litigantes, vel tertiò appellare prohibitos locum non habent, concluſ.129.n.43.
Ea ceſſante, ſiue nulla exiſtente, vel prohibita, tunc etiam attentata ceſſant, quia non entis nullæ ſunt qualitates, ibi n.44.
Ea pendente executio facta non reuocatur, tanquam attentata, ſi tamen appellatio ſit deſerta & executio fuerit directa; aliàs ſecus, ibi nu. 45. & ibi ratio aſſignatur.
Quando fuit informiter intimata, tũc in præiudicium appellantis ſtatim cauſam ad Curiam deuoluit, & ſic appellatus cauſam in Curia proſequi poterit, ibi n.56.
Ea pendente licèt nihil ſit innouandum in negotio principali; fallit tamen in acceſſorijs, & vbi periculum eſt in mora, veluti ſi ageretur, de alimentis, & ne animalia in ſtabulo fame pereant, ibi n.89
Et eſt infra decem dies, à die intimationis Sẽtentiæ interponenda; aliàs Sententia in rem iudicatam tranſiret, & ſic appellatio deſerta fieret, ibi n.92.
Fallit quando pronunciaretur in præſentia partis, quia tunc abſq; intimatione tempus currere incipit, ibi n.93.
Item fallit pluribus modis, vt ibi nu.128. cum ſeqq. & vide in Verbo Tempus.
Item fit deſerta, ob non illius proſecutionem in termino pręfixo Domino ad proſequendũ; at ſecus in Procuratore primę inſtantiæ, ibi num.329.
Et vt poſt decem dies appellanti non ſuffragetur, requiritur, quòd quis ſciat Sententiam fuiſſe latam, & contra ſe fuiſſe datã; aliàs eum excuſaret, ibi n.94.
Appellans pro alio intra decem dies appellare debet; aliàs nihil agit, ibi nu.95.
Appellatio à coniuncta perſona interpoſita, etiã poſt decem dies à principali ratificari poteſt; at ſecus in alio negotiorum geſtore, ibi n.95. & vide n.240. cum ſeqq.
Appellare pro alio, etiam extraneus poteſt; dummodo ratihabitio infra debitum tempus ſequatur, ibi n.96. & 242.
Plura vide in Verbo Procurator.
Appellare licèt poſſit Procurator primę inſtantiæ, non poteſt tamen appellationẽ proſequi, ibi n.329.
Appellatio intra decem dies eſt interponenda, etiam in Sententia, quæ de ſui natura in rem iudicatam non tranſit (puta) in illa peritorum matrimonij, & de Conſilio Sapientis, & ſimilibus; aliàs elapſis decẽ diebus appellans nõ auditur, niſi per viam quærelę, concluſ.129. num.112.
Appellans ad plures Iudices, vt appellatio teneat infra decem dies eligere debet, coram quo proſequi velit; aliàs appellatio erit ipſo iure nulla, ibi n.116. & 117.
Contrarium, num.118.
Concorda, vt n.119. & 120.
Appellatio alternatiuè interpoſita de ſtilo Rotę Romanæ valet, qui ſtylus ab omnibus ſequẽdus venit, ibi nu.121.
In dubio ſemper præſumitur in tempore interpoſitã, ibi n.124.
Extende, quòd neq; ad hoc notitia Sententię in dubio præſumitur; niſi contrarium probetur, ibi nu.125.
Contrarium, vt ibi n.126.
Appellãs tenetur de proſequutione appellationis docere; aliàs ad executionem, & expenſarum taxationem cõtra eum procedi poterit, concl.129.nu.127.
Appellatio, etiam per vnum teſtem probatur, ibi num.142.
Appellans tenetur redire pro Apoſtolis infra terminum iuris; aliàs appellatio fit deſerta, ibi nu.144. 504. & ſeqq.
Et quando ille terminus ſit triginta dierum, vel tantum decem, vide ibidem.
Fallit, vt ibi n.143. & 503.
Declara, vt ibi nu.152.
Neq; ob impedimentum ſuperueniens à reſpõſione Apoſtolorum appellans excuſatur, ibi n. 148. & 506.
Sed ad euitandum rei iudicatę periculum, ob non redditionẽ pro reſpõſione Apoſtolorum poteſt appellans impetrare cõmiſſionem cum derogatione termini ad redeundum pro Apoſtolis, concl.129. n.170. & 499.
Appellationi deferre, quando Iudex dicatur, & quid ea delatio operetur, vide concl.129.nu. 160. cum ſeqq. & n.495. cum ſeqq.
Et ea per Iudicem admiſſa à ſe abdicationem iuriſdictionis operatur, ſi pars nõ opponit; ſecus ſi apponat, & de cauſa inappellabili agatur, concl.129 num.161. vbi ratio aſſignatur. & n.491. & 492.
Quando non eſt admittenda, quoad effectum ſuſpenſiuum, delatio non impedit, quominus Iudex appellationis in primis, & ante omnia dictam Sententiam exequi poſſit, maximè quando commiſſio eſſet cum clauſula, (Nec aliter Ægidiana, &c.) ibi n.164.
Illi delatum cenſetur per clauſulam (ſi, & in quantum de iure) vel per illam, (niſi ſi, & in quantum) ibi n.166.
Et licèt de iure in multis caſibus denegetur, tamen eam in foro conſcientiæ Iudex ſemper admittere tenetur, ſi ſit iuſtà, concluſ. 129. num.168.
Appellans ex cauſa veriſimili, & probabili, ſed non vera, nedum mortaliter peccat, ſed etiam tenetur parti ad damna, ibi ſub nu.169.
Et benè introducta dicitur appellatio, quandò in commiſſione adſit clauſula; Quam, & qu s, ibi num 171.
Eam interponere poſſunt Ruſticus, & mulier licèt veri contumaces eſſent, concl.129. ſub num.176.
Et quando eſt interpoſita Procuratore preſẽte,

te, tunc alia intimatio appellationis non eſt neceſſaria, concl. 129. n. 192.
Deſerta non dicitur, ſi Iudex in partibus dederit parti à diffinitiua appellanti terminum iuris, extra quem dicta pars cauſam committi fecit, ſed pro Apoſtolis non rediјt, concl. 129. num. 194.
Eam non proſequi, vel minus legitimè appellare idem eſt, quod eam non interponere, vel illi renunciare, quia vtroq; modo lis fit deſerta, ibi n. 195. & 196. & 219.
Ad eam proſequendam ex cauſa duo anni dātur, licèt in computatione non ſit ſubtiliter, & rigoroſè procedendum, ibi nu. 197.
Et ne dicatur deſerta ex non illius proſecutione, qualibet diligentia ſufficit, concluſ. 129. num. 199.
Sed fit deſerta ſi appellans ſe aliquid infra annum pro commiſſione cauſę feciſſe nō doceat concl. 129. nu. 200. & 244.
Declara, vt n. 203. cum ſeqq. & n. 244.
Et quando aliquid intra annum fecit, tunc habet biennium ad proſequendam, & ad finiendam appellationem, ibi n. 202. & 472.
Appellatus non poteſt appellantem cogere ad proſequendam appellationem ante finem anni, ibi nu. 205.
Contrarium, n. 209.
Declara tamen, vt n. 210.
At ſecus ſi appellans improſequendo non fuit impeditus, quia tūc appellatus in vltimo mēſe primi anni appellationem proſ: qui poteſt, ibi num. 206 & 475.
Sed expectare non tenetur, appellans vltimum menſem ad proſequendam appellationem, quia illud tempus in eius fauorem eſt introductum, vt ibidem, & 476.
Eam proſequi non poſſunt, neq; appellans, neq; appellatus poſt lapſum anni, ſi nullum iuſtum impedimentum interuenit, concl. 129. n. 207. vbi ratio aſſignatur, & n. 470.
Extende id procedere, etiam ſi conſenſus vtriuſq; partis, nempè appellantis, & appellati concurreret, quia quando partes ab interpoſita appellatione diſcedūt non poſſunt etiam de conſenſu amplius ad eam redire, concluſ. 129. n. 207. & 470.
Contrarium, nu. 471.
Concorda, vt nu. 472.
Appellatio deſerta non dicitur, niſi ſuper hoc Sēntentia feratur, & pars citata, & intimata fuerit, antequam executoriales decernantur, ibi num. 211. 225. & 232.
Intellige tamen, vt ibi n. 212. cum ſeqq. & vide in Verbo Deſertio, & in Verbo Executio.
Et quando eſt deſerta nullum impedimentum præſtat, nec eo caſu vitium attentatorum, obijci poteſt, concl. 129. nu. 216. & num. 220. rat o aſſignatur.
Extende, vt ibi nu. 218. & 219. & vide in Verbo Iudex.
Ea rem iudicatam non ſuſ endit, concluſ. 129. num. 217.
Et ſi illa interponatur à Sententia appellationē confirmante, tunc actio oritur ex illa confirmatione, non autem ex confirmato, & ideò executio illius Sententiæ ad confirmantem ſpectat, ibi nu. 224.
Et licèt ipſo iure fiat deſerta; tamen eſt neceſſaria declaratio, quòd ſit talis, ibi nu. 232.
Et quando id ſit faciendum, vide ibidem, & numeris ſeqq.
Sed in dubio non eſt pronuncianda deſerta, ibi num. 238. & 255.
Fallit in pluribus caſibus, vt ibi nu. 239. cum ſeqq.
Ea ab interlocutoria ſi non fuerit admiſſa, & appellans ab iſta non admiſſione non appellauerit, pro deſerta habetur, ibi n. 243.
Et deſerta dicitur ſi appellans pœnęs Regentem loco Vicecancellarij non inſteterit, pro Signatura obtinenda commiſſionis infra viginti dies poſt appellationem, concl. 129. nu. 246. & 512.
Item deſerta dicitur, quando appellans infra annum (ſi habuit refutatorias) cōmiſſionem non obtinuit, nec poſtea citauit ad dicendum contra, ibi n. 247. & 495.
Contrarium, quando appellans intra triginta dies à die introductæ appellationis appellatum in ius non vocauerit, ibi n. 248.
Concorda, vt nu. 249.
Deſerta dicitur quādo appellans, cui fuit datus terminus Iuris, intra illud nō redūt pro Apoſtolis, & cauſam committi non curauit, concluſ. 129. nu. 250. 503.
Quid ſi adſit exceptio modici temporis, vt puta vnius diei? an tunc talis exceptio ſit habenda in conſideratione, vide concl. 129. n. 251. cum ſeqq.
Non dicitur deſerta, ſi cōmiſſio cauſe Appellationis nō fuerit intra decem dies in actis præſentata; dummodo cōmiſſio ante lapſum dicti tēporis ad bancum Curſorum fuerit peruenta, ibi n. 254. & 259.
Et ne dicatur deſerta ſufficit in tempore extra Curiam iter arripere, ibi n. 256.
Declara tamen, vt n. 257.
Item ne dicatur deſerta quas diligētias Appellans facere debeat, vide concluſ. 129. n. 257. cum ſeqq.
Viua voce interpoſita impenſam non inducit, ibi nu. 277.
Appellans à lapſu inſtantiæ, ob impedimentū Iudicis nō excuſatur, ſi per recurſum ad ſuperiorem ſibi conſulere potuiſſet, concl. 129. nu. 278.
Et quādo quis excuſetur ab appellando, ob impedimentum carcerationis, vide concl. 129. nu. 279.
Sed vt appellatio poſt decem dies grauato nō ſuffragetur, requiritur, quod ille ſciat Sententiam latam, & contra ſe latam fuiſſe, concl. 129. nu. 279.
Appellationum tempora adcò ſunt inconſiderate habenda, vt etiam in Sacro Principis Conſiſtorio

ciſtorio ſint obſeruanda, concl. 129. nu. 280.

Extende, vt ibi num. 281. cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Fatalia.

Deſerta non dicitur appellatio, ſi intra biennium fuerit pronunciatum, prout in cedula, quæ poſt biennium fuerit in interlocutoriam reſoluta, ibi n. 292.

Et quando eſt deſerta à ſolo Principe, non autem à partibus reſuſcitari poteſt, concl. 129. num. 296.

Ea ob lapſum fatalium deſerta dicitur, ſi antequam perimatur inſtãtia, illa non fuerunt prorogata, ibi n. 297.

Et illius deſertio dicitur proprij iuris renunciatio, ibi ſub n. 298.

Sed ſi ea ſit deſerta, quando non dicatur tamẽ deſerta cauſa nullitatis, vide dicta concl. 129. nu. 355. cum ſeqq.

Eam deſerens, vel non appellans facto ſuo Sententiam confirmare dicitur, concluſ. 128. num. 299.

Imò eam deſerens compræhenditur ſub Statuto loquente de eo, qui in cauſa ſuccubuit, ibi num. 300.

Sed illi renunciaſſe, & Sẽtentię acquieuiſſe cẽſetur, qui coram Iudice à quo comparet, concluſ. 129. n. 301.

Illius renunciatio fieri poteſt expræſsè per pactum, & etiam tacitè, ibi n. 302.

Sed talis renunciatio numquam ſequi poteſt, in præiudicium ſui fideiuſſoris, vel defenſoris, ibi num. 304.

Et illi renuncians in expenſis condemnandus venit, ibidem.

Illius delationi conſentire videtur pars appellata, quando commiſſionem in cauſa appellationis impetrat, ibi n. 305.

Appellati diligentia in committendo cauſam appellationis, etiam appellanti prodeſt, concluſ. 129. n. 306. & 486.

Extende duobus modis, vt ibi n. 307. & ſeqq.

Fallit, vt ibi nu. 309.

Et illi renunciare non poteſt Procurator, præſertim nulla exiſtente cauſa, ibi nu. 311. & ratio aſſignatur ſub n. 328.

Extende, vt ibi nu. 312.

Et ea, quando à Procuratore interponitur, tũc Mandatum procuræ porrigi, & legi debet, ibi num. 313.

Et quando apparet Procuratorem non eſſe verum, qui appellauit, tunc cauſa nollente appellato non deuoluitur, concluſ. 129. num. 314.

Illi tamen renunciaſſe non cenſetur appellans, per comparitionem coram Iudice à quo, quando proteſtaretur, quòd ſua appellatio ſibi ſalua remaneret, & non aliàs, concl. 129. num. 315.

Declara tamen, vt ibid. & n. 316. cum ſeqq.

Illi renunciaſſe cenſetur, quando quis intra tẽpus à Iudice pręſcriptum nõ appellat, vel pro Apoſtolis non redit, ibi n. 320.

Extende primo idem procedere, quando intra decem dies non fuit cõmiſſa cauſa, ibi n. 321.

Extende ſecundò, idem procedere ſi appellans intra modicum tempus commiſſionem non redemit, quam in Banco Curſorum præſentauerat, niſi tamẽ ferię eum excuſarent, vel niſi negligentia ei imputari non poſſet, ibi n. 322.

Extende tertio in ſponte ſoluente, & executionem Sententiæ petente, ibi n. 323.

Subextende id eò magis procedere, ſi geminatio conſenſus concurreret, vt potè, ſi appellans laudum approbaret, & poſtea terminum peteret ad ſoluendum id, quod per laudum fuit ordinatum, ibi n. 324.

Extende quarto, quando quis coram Iudice à quo litem proſequeretur, & præſertim ſi aliquid ageret, quod eſſet pręcedentis grauaminis executiuum, abſq; quòd per Iudicem eſſet compulſus, ibi nu. 325.

Extende quinto, quando appellans petijt, & obtinuit à Iudice ſedente pro Tribunali prorogationem in cauſa fieri, concl. 129. nu. 326. vbi ratio aſſignatur.

Declara duobus modis, ibi n. 327. & 328. cum ſeqq. & ibi ratio aſſignatur.

Extende ſexto in eo, qui petit terminum ad ſoluendum id, in quo fuit per Sententiam condẽnatus, ibi n. 331.

Secus autem in eo, qui pręſtaret fideiuſſorem de ſoluendo eo, quod per Sententiam fuerit ordinatum, ibi n. 349.

Extende, vt ibi n. 350. & ſeqq.

Extende ſeptimo in eo, qui poſt appellationem teſtes producit, ibi nu. 332.

Extende octauo ſi ipſe appellans, vel eius Procurator coram Iudice à quo iura producat, ibi nu 333.

Fallit primo, vt ibi n. 334. cum ſeqq.

Fallit ſecundo in eo, qui coram Iudice à quo copiam actorum, & diem ad dicendum contra petierit, quia tunc illi renunciaſſe non cẽſetur, ibi n. 334.

Fallit tertio, quando appellans coram Iudice à quo in alia cauſa comparet, concl. 129. num. 335.

Fallit quarto in eo, qui coram Iudice à quo teſtes abſuturos, vel valetudinarios ad perpetuam rei memoriam recipi petit, ibi nu. 336. & concl. 128. n. 356.

Fallit quinto, quando quis appellaret, & poſtea teſtes intra decem dies à tempore Sententiæ producit, ſi tamen id iuſſu Iudicis ab eo fiat; at ſecus ſi ſponte teſtes produxerit, ibi n. 337. & 338.

Secus autem in eo, qui aduerſarium citari fecit, vt Iudex ad differentię locum accedat, & ad audiendam omnem, & quamcumq; illius voluntatem. concl. 129. num. 339. vbi ratio aſſignatur.

Item ſecus eſſet, quando quis poſt appellationem iura produci, articulóſquè dari, & ſuper Iuſtitia Sententiæ diſcuti, patiatur, quia tunc appellationi, atquè rei iudicatæ renunciaſſe cenſetur, ibi n. 340.

Extende, & declara, vt ibi nu. 341.
Appellans ſi obtineat inhibitionem, quoad effe-ctum deuolutiuum tantum, cenſetur tacitè re-nunciaſſe appellationi, quoad ſuſpenſiuum; ſecùs ſi ea fuiſſet ſimpliciter obtenta, quia tunc quoad vtrumq; effectũ prodeſt, ibi n. 342.
Appellans ad Sãctam Sedem, ſi poſtea grauatus comparet coram Auditore Cameræ grauan-te ad impediendam Sententiæ executionem ei illius iniuſtitiam oſtendẽdo appellãtioni re-nunciare non dicitur, ibi n. 353.
Appellationi renuncians, non cenſetur tamen renunciaſſe iuri de nullitate dicendi, ibi n. 354
Extende, vt ibi num. 355. cum ſeqq. & n. 405. & ſeqq.
Appellationes in multis locis nõ admittitur, niſi appellãtes iurent ſe non temerè, aut ad diffe rendum negotium calumnioſè nõ appellare, ibi ſub num. 351.
Appellatio ante Sententiam nouam ſatiſdatio-nem non requirit, ibi nu. 352.
Appellationis, & nullitatis cauſę, ſi fuerunt ſimul æquè, & principaliter commiſſę, tunc cauſa nullitatis principaliter commiſſa cenſe-tur, & dato, quòd eſſet deſerta illa appella-tionis, non tamen cenſetur deſerta illa nullita-tis, ibi n. 355.
Contrarium, num. 357.
Concorda, & declara, vt nu. 356. & 358. cum ſeqq.
Quando eſt deſerta in poſſeſſorio appellatio, non ob id cenſetur deſertum negotium prin-cipale, ibi nu. 358.
Ea ſublata, vel prohibita reſtitutio in integrũ non tollitur, neque prohibetur, concl. 129. num. 365.
Fallit elapſo quadriennio, ſi fatalia non fue-rint prorogata, concl. 129. num. 366. & vide quę dixi in concl. 128. n. 701. & ſeq. & n. 918.
Sed deſerta præcipuè cenſetur, quando pars aduerſa coram Iudice appellationis compa-reret, & coram eo de meritis cauſæ agi pa-teretur, ibi n. 376.
Declara tamen, vt ibi n. 377. cum ſeqq.
Appellationi interpoſitæ, licèt quis renunciare poſſit; fallit tamen inuito adpellato, conclu. 129. num. 380. & 382. & num 431. ratio aſſi-gnatur.
Sed illi renuncians in expenſis eſt condemnan-dus, ibi n. 381.
Et à quo tempore talis condemnatio fieri de-beat, vide ibidem.
Fit communis appellatio vtriq; litiganti, etiam ſi appellatus illi intra decem dies non adhęſe-rit, ibi nu. 382. 431. & 433.
Extende id procedere, etiam ſi appellans ap-pellaſſet in parte, & partibus pręiudicialibus ibi n. 383. & 434.
Declara tamen, & intellige, vt ibi n. 384. cum ſeqq. & n. 145. cum ſeqq.
Appellatus appellationi inhęrens, & Sententiæ confirmationẽ petens tenetur probare, quòd ipſa Sententia ſit iuſta, ac de appellatione ſi-dem facere, ac omnia acta producere debet, ibi nu. 387. & 388. 439. 441. & 442.
Poteſt tamen inuito appellãte petere, vt omiſ-ſo articulo appellationis, ſuper negotio prin-cipali cognoſcatur, ibi n. 389. & 446.
Extende prædicta, vt ibi n. 390. & 439.
Fallit, vt ibi n. 391. cum ſeqq.
Appellatio, & nullitas æquiparantur, concl. 129 num. 394.
Fallit ſex modis, vt ibi nu. 395. cum ſeqq.
Appellationi, neq; peremptoriæ exceptioni re-nunciari poteſt, per adminiſtrationem cum libera, concl. 56. n. 103.
Appellatio vnius ex conſortibus litis alteri pro-deſt, concl. 129. n. 401.
Extende id in tantum eſſe verum, quòd appel-lans ſi poſtea appellationi renunciaret; nihi-lominus alteri conſorti præiudicare non po-teſt, ibi n. 402. 403 & 421.
Declara tamen prędicta procedere, vt ibidem.
Appellatione pendente executio contra ter-tium non appellantem fieri non poteſt, ibi num. 413.
Appellantis victoria eum, qui non appellauit iu-uare debet ibidem.
Intellige tamen, vt ibi nu. 404.
Sed ad hoc, vt ea alteri non appellanti proſit, il-le debet tacere, & ignorare, & ad id in dubio ignorantia præſumitur, donec Scientia ſaltem præſumptiuè probetur, quę etiam Procurato-ris ad hunc effectum ſufficit, ibi nu. 404.
Contrarium, n. 405.
Sed declara, & concorda, vt ibidem.
Item, vt appellatio vnius alterum iuuet, opus eſt, quòd idem ſit ius, & quòd ille intra tem-pus datum ad appellandum appellationi ad-hæreat, ibi nu 407.
Et illi inhærere ſufficit ſolo verbo, quia hic eſt actus, qui ſcripturam non requirit, ibi num. 408.
Appellatio vnius pro omnibus collitigantibus ſufficit, ita vt poſtquam vnus appellauit, cæ-teris non appellare liceat, ibi n. 409.
Item vt appellatio vnius alteri proſit oportet, quòd materia ſit indiuidua, concl. 129. num. 410.
Sed ea à Sententia continente capite indiuidua ad diuerſos Iudices interponi non poteſt, ibi ſub num. 411.
Et ſuper vno articulo interpoſita totam cau-ſam non deuoluit, ſi articulus ſit ſeparatus; ſecùs verò, ſi ſit vnitus, connexus, & indiui-duus, concl. 129. nu. 412. & ibi habetur, quan-do connexus dicatur.
Et ea ſuper vno articulo interpoſita, quando totam cauſam deuoluit, tunc Iudex appella-tionis de toto negotio cognoſcere poterit, ibi nu. 413.
Appellationem deuoluere in dubio eſt pronun-ciandum, ibi nu. 14.
Si appellationem non deuoluere, vel eſſe de-ſertam declaretur, tunc cauſa ſtatim ad pri-mum Iudicem reddit, concl. 129. n. 415.

Et quando fuit ſimplex operatur deuolutionē omnium ad Iudicem, ad quem, concluſ. 129. num. 416.

Vnius Tutoris, quando alteri non proſit, ſi Sētentia contra duos Tutores fuerit lata, vide ibi n. 417. cum ſeqq.

Vnius alteri non prodeſt, quando perſonę eſſent diuerſæ, & cauſa defenſionis pariter diuerſa, ibi n. 419.

Interpoſita ab vno ex colitigantibus, alteri acquiſcenti non prodeſt, ibi n. 420.

Si amittatur, vel Sententia, quomodo earum tenor probari poſſit, vide concluſ. 129. ſub num. 435.

Appellans ab vnā Sententia, etiam inter alios lata, ſi cauſam appellationis commiſit, illam Sententiam ſuam facit, ibi n. 422.

Eam proſequi volens in Curia expenſas facit, ſed ratam ab altera parte actis. vti volente repetit, ibi n. 433.

Licèt non ſeruauerit ea, quæ ſeruare tenebatur; nihilominus appellatus cauſam appellationis introducere debet, ibi nu. 434.

Ad fundandam iuriſdictionem Iudicis appellationis oportet, quòd appellauerit, & ex legitima cauſa, ac intra legitima tempora appellauerit, ibi nu. 435.

Non poteſt inuito appellato, in negotio principali, omiſſo articulo appellationis, procedere, concluſ. 129. num. 437. vbi ratio aſſignatur.

Si omiſſo articulo appellationis ſuper negotio principali procedat, parte aduerſa non vocata, nec præſente, nec per contumaciam abſente, an tunc nulliter procedere dicatur, vide ibi num. 438.

Appellatus appellationi partis aduerſæ inhęrere poteſt, ibi n. 382. & 421.

In reſcripto appellantem præuenire poteſt, cuius vigore, niſi appellans præueniret Iudex procedere debet, concl. 129. nu. 440. & ratio aſſignatur.

Declara, vt ibi n. 441. & 447. cum ſeqq.

Appellationem interpoſitam proſequi poteſt, etiam ſi ſibi intimata non fuerit; dummodo tamen de illa fidem faciat, concluſ. 129. num. 442. & 447.

Si reperierit commiſſionem appellationis per aſſertum Procuratorem in Curia, pro appellante obtentam, tunc docto de illius abſentia poterit per audientiam contradictarum procedere, ſed non condemnationem expenſarum obtinere, concl. 129. num. 443. vbi ratio aſſignatur.

Contrarium, num. 444.

Si intra terminum appellans acta non producat; abſoluendus erit, etiam ſi ante abſolutionem iuſtas cauſas allegaret, quare acta producere minimè potuerit, concluſ. 129. num. 445

Si nec ipſe, nec appellans in termino præfixo comparuerit, petere poteſt per proclama cōtra appellantem decerni; aliàs id eo non petente, Iudex decernere non debet, concl. 129 num. 446.

Poſt fatalia cauſam committere poteſt, & per audientiam procedere in cauſa beneficiali, in qua extraiudicialiter fuerat prouocatum, nec altera citatio erit neceſſaria, concl. 129. num. 447.

Contrarium. 448. & 449.

Secus eſt in deſertione cauſæ principaliter cōmiſſæ, quia tunc nec articulum diſcutere, nec cauſam definire poterit, parte non vocata, ibi n. 448. & ibi ratio aſſignatur.

Declara, vt num. 450.

Licèt ei in cauſa beneficiali prouocatio intimata non fuerit, tamen deuolutionem cauſæ ad Curiam obinere poteſt, quia tempus ad intimandam prouocationem in gratiam appellati eſt introductum, ibi n. 451.

Appellatio ſi fuerit appellato perſonaliter intimata, vel in illius præſentia prouocatum, tūc ille nō poterit poſt decem dies audiri, & prouocare ab illa Sententia contra eum per Audientiam lata, ibi n. 452.

Secus eſſet ſi, nec ei, nec Procuratori fuerit perſonaliter intimata, quia tunc à die Scientiæ appellare poteſt, cum fictus contumax ſit audiendus, ibi ſub n. 452.

Appellans in cauſa beneficiali ſuam appellationem non proſequens, Si appellato proſequente in cauſa appellationis ſuccumbat, iterum audiri non debet, concl. 129. num. 453.

Declara tamen, vt ibidem.

Et talis appellans in cauſa beneficiali, ſi infrà annum ad cauſam veniat, etiam in contumaciam appellati procedere poteſt, concl. 129. num. 454.

Adpellatus ante commiſſionem obtinere poteſt examinari teſtes ad futuram rei memoriam, veluti ſi eſſent Senes, vel valetudinarij, & pręſertim, ſi per eum non ſtet, ſed potius ſit in culpa appellans, quominus in cauſa appellationis procedatur, ibi n. 455.

Appellans licèt ſub prætextu paupertatis remiſſoriales ſibi gratis concedi petat, pro habendis actis, ex quibus iniquitas, & iniuſtitia apparere poſſit, tamen eius inopiam in principio probare tenetur; ſecus eſt in appellato, ibi nu. 466.

Appellatus nec compulſoriales petere, nec acta exhibere, nec vllam citationem extrahere cogitur, ſed ſolùm ſe defendere, & citatus in termino comparere debet, concl. 129. ſub n. 456.

Et ſi infra terminum pręfixum cauſam appellationis committi faciat, appellanti non pręiudicabit, ibi nu. 459.

Si petierit, quòd appellans veniat ad Curiam cum omnibus actis, & munimentis, tunc ſi ipſe appellās in termino Iuris, vel hominis non comparuerit, amplius nouum terminum pro eis producendis non habebit, ibi nu. 478.

Ap-

Appellationem aduerſarij proſequi poteſt, in vim commiſſionis per ſe antea impetratæ, & non ſibi intimatę, in qua obtinuerat cõmitti cauſam, & cauſas, quãm, & quas, &c. Sed quomodo id intelligatur, vide concl. 129. n. 479.
Si fecit committere cauſam, & cauſas, quam, & quas monet, ſeu mouere intendit, cum poteſtate citandi in Curia, an poſſit contra appellantem per audientiam procedere, vide ibi nu. 480.
Et ille poſtquàm dati fuerunt Apoſtoli, commiſſionem quandocumq; impetrare poteſt, ibi num. 481.
Imò appellationem approbare poteſt, etiam, quòd Iudex eam admittere noluerit, & tunc cauſa appellationis tantùm, non autem negotij principalis deuoluta cenſebitur, concl. 129. n. 482.
Illius conſenſus deuolutionem cauſæ ad Curiã operatur, licèt appellatio peccet in forma, ibi num. 483.
Sed licèt appellationem approbare poſſit, non poteſt tamen terminum ad appellationem proſequendam appellanti præfigere, nec terminum iuris abbreuiare, ibi n. 484.
Et vbi ſemel appellationem approbauit, non poteſt amplius illam reprobare, concl. 129. num. 485.
Et ratio eſt, quia ſemel effecta cauſa appellabilis ſemper appellabilis durat, concl. 126. ſub num. 95.
Illius diligentia etiam appellanti prodeſt, concluſ. 129. n. 486.
Appellans habet annum ad proſequendam appellationem, & cauſam committendam, ſiue teſtimoniales, ſiue refutatorij Apoſtoli illi fuerint dati, ibi n. 495.
Appellationis cauſa ad Superiorem deuoluitur; licèt Apoſtoli refutatorij fuerint dati, ibidem.
Et illius cedula, licèt non fuerit in tempore data; tamen ſi Iudex illi deferat, cauſa ad Superiorem deuoluitur, ibi n. 496.
Et illius deſertio in Romana Curia non habet locum, ibi n. 513.
Intellige tamen, vt ibidem.
APPOSITIO Manus Pontificis ſuper diſpoſitione alicuius beneficij operatur, vt illud affectum, ſiue reſeruatum dicatur, concl. 130. n. 1. & concl. 73. n. 1. & 2.
Extende, vt ibi n. 4. cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Affectio, & in Verbo Beneficium.
Si fuerit facta ad certum finem, illo fine ceſſante, tũc Ordinarius non impeditur, quominus beneficium conferre poſſit, concluſ. 130. n. 3. & 25.
Illa Regis Dominij tranſlationem, & poſſeſſionis appræhenſionem impedit, ibi n. 10.
Illa Pontificis facit, quòd cauſa ſemel Curialis effecta ſemper Curialis remaneat, concl. 130. num. 11.
Extende ſex modis, vt ibi n. 12. cum ſeqq.
Sed licèt poſſeſſionem inficiat, id tamen intelligitur ſolùm, quoad beneficium iam vacans, non autem quoad vacaturum, concl. 130. nu. 21.
Non redit beneficium affectum, ſiue reſeruatum, quando ex ea derogatio indulti alicui Cardinali conceſſi reſultaret, niſi mentio expreſſa de illo indulto, ſiue illius derogatio fieret, ibi nu. 22.
Item affectionem inducit, quando ex illa præiudicium concordatorum reſultaret, concl. 130. n. 23.
Non tamen reddit affectum beneficium Iuris Patronatus Laicalis, ſiue mixti, ibi num. 24. & ibi ratio aſſignatur.
APPROBATIO vim confeſſionis habet, concluſ. 131. n. 1.
Semel approbatum amplius reprobari non poteſt, vt ibidem.
Intellige, vt in concl. 135. n. 186. & concl. 153. ſub num. 21.
Approbare quis cenſetur, nedum contractum, ſed etiam perſonam, cum qua contraxit, cõcluſ. 131. nu. 2.
Secus eſt in actu facto pro eo, pro quo agens non fuit rogatus, quia ille neq; prodeſt, neq; nocet, concluſ. 131. n. 3.
Approbatus ſemel ad aliquod Officium non poteſt poſtea ſine cauſa amplius ab eo remoueri, etiam quòd conceſſio ad beneplacitum facta fuiſſet, ibi n. 4.
Fallit ſi aliqua cauſa ſuperueniret, quia tunc reprobatio admitteretur, ibi n. 5. & 52.
Semel approbatum amplius reprobari nõ poteſt, 131. nu. 1.
Intellige, vt in concl. 135. nu. 16. & concl. 153. ſub nu. 20.
Semel approbatus ad aliquod Officium, vel Beneficium, quando ad aliud examinari debeat, vide concl. 131. n. 7. 8. & 9.
Approbatio tamquam actus à propria voluntate dependens partis præſentiam non requirit, ibi n. 10.
Poteſt quis approbari ceſſante ignorantia, qui per imperitiam fuerat reprobatus, ibi n. 6.
Ea ſemel ab hęrede facta amplius reprobationẽ non admittit, etiam in alia cauſa, & inter diuerſas perſonas, ibi n. 11.
Illa teſtamenti per hæredem facta, etiam abſentibus prodeſt, ibi n. 12.
Intellige tamen, vt ibidem.
Etiam minus ſolemnis facta præſente eo, cuius intereſt, etiam quoad alios nocet, ibi n. 14.
Teſtamenti approbatio quando eſt expræſſa, tunc in omnibus facta cenſetur, ibi n. 15.
Sed illa ſimplex teſtamenti, an noceat detractioni Trebellianicæ, vel requiratur expręſſa approbatio illius prohibitionis, vide concl. 131. nu. 16.
Ea generalis teſtamenti non nocet, quoad legitimam, niſi ei expræſsè renuncietur, concluſ. 131. n. 17.
Facta à Filio de inofficioſa donatione facta à Patre, nullum præiudicium Filio, quoad legitimam affert, ibi n. 18.

Te-

Teſtamenti, vt valeat in vim pacti debent interuenire omnia, quæ ad validitatem conuentionis ſunt neceſſaria; aliàs ſecùs, concl. 131 n.19.

Sed in vim pacti non ſuſtinetur, vbi pactum de care non valeret, ibi n. 20.

Et ea teſtamenti non ſolemnis non facit illud, vti teſtamentum valere, ſed potius in vim pacti, donationis, vel conſtituti ſuſtinetur, ibi num.21.

Simplex inutilis diſpoſitionis, ex defectu iuris Publici non nocet, ibi nu.22.

Ille cenſetur teſtamentum approbare, qui legatum acceptat, ita vt poſt illud amplius non poſſit ab inteſtato venire, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illud receperit, ibi nu.23.

Filius approbare non cenſetur teſtamentum Patris, quando in eo erat Mater inſtituta, & Filius præteritus, ſed ad id eſt neceſſe Filium expræſsè ſcire, ſe fuiſſe exhæredatum, concl. 131.n.53. & ibi ratio aſſignatur.

Sed ſi approbatum fuerit teſtamentum Patris à Filio, tunc ille beneficium inuentarij perdit, ibi nu.53. & 54

Contrarium tamen habetur, ibi nu.24.

Extende hanc ſecundam opinionem, & declara, vt n.26. cum ſeq. & vide in Verbo Legatũ.

Approbatio reſultãs ex aliquo actu poſitiuo nõ extenditur ad alium, ſed ille tantùm approbanti præiudicat, concl. 131. ſub n.16. & 61.

Sed ea facta alicuius contractus, cum ſuis qualitatibus, an debeat fieri, tam reſpectu tertij, quàm negotiorum geſtoris, diſtingue, vt in cõcluſ. 131. nu.25.

Approbatus cenſetur contractus per petitionẽ fructuum, ibi n.31.

Intellige, vt ibidem.

Approbare quis cenſetur illam partitam, quæ tempore ſolidationis computorum extabat, & non fuit reprobata, ibi n.33.

Extende primo, vt ibi n.34.

Extende ſecundo, vt ille cenſeatur approbare Sequeſtrum, qui pro Sequeſtri releuatione cauet, ibi n.35.

Extende tertio, vt ille capturã approbare cẽſeatur, qui captus, vti de fuga ſuſpectus fideiuſſionẽ præſtat de ſtãdo iuri, & iudicatũ ſoluendo, niſi eam pręſtãdo proteſtatus fuerit, ſe id facere citra capturę approbationem, vt ibidem.

Extẽde quarto, vt quis approbare cẽſeatur ſcripturam, quę ad illius inſtãtiam fuit ab aduerſario producta, ibi n.43.

Extende quinto, vt apocham quis cenſeatur, approbare, quãdo illi non contradicit, & pręſertim, ſi eam ſepius in manibus habuit, concl. 123.n.28. & concl. 131.n.44.

Extende ſeptimo, vt approbare actum quis dicatur, quando eo vtitur, concl. 131.n.48.

Extende id procedere, etiam ſi illę actus per ſolutionem approbatus eſſet aliquo modo nullus, ibi n.49.

Fallit, vt ibi n.50. & 56.

Extende octauo, vt litteras quis approbare cẽſeatur, quando illas admittit, concl. 131.

Extende nono, vt quis contractum approbare cenſeatur, quando ad illius reſciſionem capitę inobſeruantiæ agit, ibi n.29.

Extende decimo, quòd contrauentionem quis approbare cenſeatur, qui poſt eam in contractu perſeuerat, intantum, quòd de ea amplius apponi non poterit, ibi nu.30.

Extende vndecimo, vt quis dicatur Inſtrumentur approbare, licèt minus ſolemne exiſtat, quando contenta in eo eſſe vera fatetur, ibi num.32.

Declara tamen id eſſe verum, vt ibidem.

Approbatio ſimplex, & indeterminata Priuilegium de iure competens non tollit, concluſ. 131. ſub nu.53

Item obligationem Ciuilem non inducit, concluſ. 131 n.54.

Vt cenſeatur facta de præiudicialibus requiritur Scientia præciſa in approbante, cum omnibus qualitatibus, ibi nu.55. & 60. & concl. 17. ſub n.49.

Ea actum nullum non connalidat, quando nullitas à poteſtate approbantis non depẽdet, ibi num.56.

Contractus approbatio ex perceptione commodi inducitur, ibi n.57.

Fallit, quando quis illum prius expręſsè impugnauerat, vt ibidem.

Contrarium huic fallentiæ, ibi nu.58. vbi ratio aſſignatur.

Vnius actus approbatio ad alium ſeparatum nõ extenditur, ſed ſolum reſtringitur ad id, quod ex illo actu neceſſariò infertur, ibi nu.35.

Item ea Sententię facta, quoad vnum effectum, non nocet, quoad alium, ibi n.61.

Relatiua ad aliud ſecundum relatum eſt intelligenda, ibi nu.62.

Fallit quando in referente adeſſent verba, quę relatũ à referente facerent differre, ibi n.63.

Sententiæ approbatio, quando eſt expręſſa, tunc exceptio approbationis illius opponi non poteſt; ſecùs quando eſt tacita, concl. 129 num.303.

Illa litis non valet, niſi fiat cũ ſuis qualitatibus; nempè cum Sententijs latis in cauſa, ibi n.64.

Non inducitur ex taciturnitate, & cohabitatione, abſq; Scientia, & iuris ſibi quæſiti certioratione, ſed aliquis actus poſitiuus poſt Scientiam requiritur, etiam ſi eſſemus in actu in maiori ætate facto, concl. 86. ſub n.185. & concl. 131. nu.65.

Sed quando fit alicuius teſtis, tunc intelligitur de perſona, non autem de illius dicto, ibi nu. 68. & nu.69. ratio aſſignatur.

Extende, vt ibi nu.70.

Fallit, vt ibi ſub n.69. & 71.

Et ea cadere non poteſt, vbi non adeſt depoſitionis Scientia, ibi nu.69.

Tacita alicuius contractus a minore, vel muliere facta, mediãte ſolutione non ſufficit, pro illius validitate, ſi in eo ſolemnitates defecerunt, concl. 86.n.111.

Non oritur ex productione facta per compulſum concl.131.n.75.

Approbans aliquem, vti talem in Indicio non poteſt eum poſtea vti talem reprobare, concl, 131.n.46.

Extende id in tantum eſſe verum, vt ſi approbare, ſine approbationi contrauenire velit, contrarium probare teneatur, ibi n. 47.

Approbare quis non poteſt actum ſemel impugnatum, & eo ſe iuuare, ibi n.36.

Fallit id tamen pluribus modis, vt ibi num.37, cum ſeqq.

Approbare cõtractum quis non poteſt pro parte, & pro parte illum reprobare, concl.2.nu, 61.& concl. 85. n.17.& concl 131,nu.58.

AQVA eſt neceſſarium elementum, ſine quo Homo viuere non poteſt, concl.132.n.1.

Et aqua dicitur à qua iuuamur, & res noſtræ, & præſertim Campi rurales, ac animalia queq, rectè Gubernantur, ibi nu.2.

Continua, & quotidiana dicitur ea quæ aſſiduè labitur, ibi n. 6

Diurna dicitur, quæ diu tantum, nocturna verò quę noctu tantum ducitur, ibi n.3.

Æſtiua dicitur qua ſola æſtate vti expedit, ibi num, 4.

Quotidiana continua dicitur, & eſt, quæ aſſiduè labitur, & duci poteſt, tàm æſtino, quàm hyemali tempore, etiam ſi quotidie non ducatur, ibi nu.5.

Aquarum caput dicitur illud, vndè aquę naſcuntur, ibi nu.6.

Ea quæ ex Caſtello ducitur, ab eo tamquàm à capite pendere dicitur, vt ibidem.

Pluuialis autem eſt illa, quæ de Cœlo deſcendit, atq; imbre exereſcit, ibi n.7.

Pluuialis quando eſt ingens, & magna inter caſus fortuitos ponitur, ibidem.

Et naturalem curſum egrediens dicitur inundatio, concl,132.num.8.& vide in Verbo Inundatio.

Ex aquarum vſu ſepè lites, & controuerſiæ, ac bella inter homines, & Vniuerſitates oriri ſolent, ibi n.11.

Aquę publicę vſus licèt ſit communis; tamen non poteſt priuatus Aquam è Fontibus, quæ vſui Reipublicæ ſunt, pro eius ſeruitio haurire, niſi ex ſpeciali derogatione Principis, & eorum, per quorum prædia ſit tranſitus aquę, ibi num.12.

Ea autem publici Fontis, quæ neceſſitati Ciuium non ſufficit, non poteſt ex ordinaria Regis poteſtate pro extruendis priuatorum Molendinis concedi, ibi n.13.

Illa ex fluminibus publicis pro vſu Molendinorum accipi non poteſt, ſine licentia Principis, aut alterius Domini loci, ibi n.14.

Extẽde, quòd neq; deduci poteſt à flumine publico, ſine licentia Principis, vel Baronis, etiã quòd nemini noceat, ibi n.15.

Non poteſt deduci à flumine nauigabili, quãdo nauigatio impediretur, vel alio modo enorme damnum alteri inferretur, ibi n. 16.

Secùs è flumine Publico non nauigabili, quia ea ab omnibus deduci poteſt, modo curſus Aquæ non impediatur, ibi n.17.

Declara tamen, vt ibi n,18.

Sed ad Mare reuerſa amplius aqua fluminis nõ dicitur, ibi n.19.

Deduci non poteſt à flumine, ad aliud flumen nauigabile decurrente, ibi n.20.

Eam ab alueo diuertere non licet, in præiudicium eorum, qui ius aliquod habent, concl.132. num.21,

Fallit quando neceſſitas in contrarium vrgeret, ibi nu.22.

Quæ ſemel ſiltulam meam intrauit à me in quęcumq; locum deriuari poteſt, ibi nu. 23.

Illius conceſſio à Principe facta ſemper intelligitur, ſine iniuria, vel præiudicio alterius, ibi n.24. & in nu.25. exemplificatur,

Sed talis conceſſio à Principe facta reuocari poteſt, ſi aqua vſui Ciuium deficeret, ibi ſub num.25,

Illius ſeruitus an, & quanto tempore pręſcribatur, & quando interdictum, vel actio confeſſoria, aut Officium Iudicis detur aduerſus ea vti prohibentem, vide ibi num.26. & 27. cum ſeqq.

Scaturiens in fundo Superiori, ſi per mille annos fluxerit in fundum vicini inferioris, an Dominus fundi Superioris poſſit huiuſmodi curſum aquæ impedire, vide concl.132. num. 29. cum ſeqq,

Sed quando egreditur de fundo vnius deſinit eſſe de illius Dominio, & in illud recipientis tranſit, ibi n.32.& 43,

Extende id procedere etiam, ſi aqua iure ſeruitutis reciperetur, ibi n.33.

Contrarium, num.34.

Aquam è ſuo ſolito curſu, reſpectu æſtatis præteritæ nemini diuertere licet, ibi nu.35.

Fallit quando maxima vtilitas ducentis aquam & modica incommoditas alterius reſultaret concl,131.n.36,

Quando fluit ad agrum alicuius non licèt aggeres facere, per quos aquæ curſus impediatur, vel ad hoc, vt aqua in præiudicium tertij aliundè fluat, ibi n,38.

Fallit quando vetuſtiſſima, & antiquiſſima conſuetudo in contrarium extaret, concluſ.132. num.39.

Eam per agrum alienum ad ſuum Molẽdinum quis ducere poteſt, ſi ita conſuetudo extet, ibi num.40.

Et quomodo id ſit fiendum, vide ibidem remiſſiue.

Plura vide in Verbo Molendinum,

Aqua viua dicitur pars fundi, in quo oritur, concluſ.132.nu.6.

Illius curſus non eſt impediendus pro faciendis aggeribus, ad defenſionem agrorum priuatorum, concl.79. ferè per totam,

Plura vide in Verbo Alueus, & in concl.98.

In Aquæductu tria potiſſimum ſunt attendenda; nempè conuentio, natura fundi,

& vetuſtas loci, concluſ. 132. num. 44.
Quando ex publico deducitur ſeruitutem inducit; ſecùs quando ex ſe defluit, concl. 132. num. 45.
Aquæductus ad Fontem publicum expenſis publicus fieri, & manuteneri debet, ita vt nullũ damnum Domino fundi reſultet, concluſ. 62. n. 109. & concl. 132. n. 46.
Ius Aquæductus, dicitur ſeruitus realis, concl. 132. n. 47.
Aquæductus purgatio expenſis cõmunibus fieri debet,, & propterea illius poſſeſſio fit quoquè communis, ibi n. 48.
Illius ſeruitus, vt acquiratur titulus requiritur, quando tamen contra proprietarium ageretur; ſecus ſi inter duos tertios, concluſ. 132. num. 49.
Aquæ hauriendę quaſi poſſeſſio acquiritur faciendo Riuum, vel Foſſam, ibi n. 50.
Aquæductu aliquem ſemel vſum fuiſſe ſufficit, ad illius quaſi poſſeſſionem acquirendam; licèt ſecùs in ſeruitute itineris, ibidem.
Eius diuiſio alternis temporibus, vel menſuris arbitrio boni viri fieri debet; non autem per particum, quoties illa diuidi poſſit, concl. 132. num. 52.
Et talis diuiſio an ſit facienda pro menſura qualitatis fundi, vel pro neceſſitate partis fundi, id arbitrio Iudicis reſidet, concl. 132. ſub nu. 52.
Et dicitur aqua cauſa augmenti reddituum, & non agri, quando ſine ipſis aquis illi fructus haberi non poſſunt, ibi n. 53.
Eam alijs concedere ſitientibus agris noſtris, nedum eſt iniuſtum, ſed crudelitati proximum ibi num. 54.
Aquas deturpantes extraordinariè ſunt puniendi, illas verò venenantes, ita vt mors ſequatur; pœna capitali ſunt plectendi, concluſ. 132. num. 55.
ARBITER duplex dicitur; Alter iuris, ideſt, quem ius elegit, & ſibi certam cauſam examinandi exprimit, & committit; alter verò arbiter dicitur, qui de communi partium conſenſu eligitur, concl. 133. nu. 1. & 2.
Ille iuris, in quibus cauſis detur, vide concluſ. 133. à n. 3. vſq; ad numerum 14.
Et talis in omnibus Iudici æquiparatur, & Iudicis appellatone venit, & habet poteſtatem decidendi de iure tantùm, ac ab eius Sententia datur appellatio, concl. 133. nu. 1. & 13.
Arbitrator autem dicitur amicabilis compromiſſor, qui nulla iuris ſolemnitate ſeruata differentias, ex bono, & æquo diffinit, ac tollit, concl. 128. n. 885. & concl. 133. n. 14.
Arbitramentum dicitur potius tranſactio quædam, vel contractus, quàm Iudicium, concl. 133. ſub n. 14.
Arbitrator ab arbitro valdè differt; vndè excõmunicatus arbitrator eſſe poteſt, ſed non arbiter, ibi n. 16.
Ille etiam de facto procedere poteſt, & præſertim, quando ei fuiſſet tradita poteſtas procedendi altè, & baſsè, prout ſibi placuerit, ibi num. 16.
Extende id eò magis procedere, quando eum iuramento reductioni ad arbitrium boni viri renuciatum fuit, concl. 133. nu. 17.
Contrarium, n. 18. & 23. cum ſeqq.
Concorda, vt ibi n. 19.
Arbitrium boni viri ſemper in dubio locum habere debet, ibi nu. 21.
Et illius arbitrio ſemper decidi debet id, quod formaliter fieri non poteſt, concluſ. 133. ſub num. 21.
In arbitrarijs Iudex dolum committere poteſt, ibi ſub n. 22.
Illius Sententia non tranſit in rem iudicatam, nec producit effectum, vel actionem in factum ex vi rei iudicatæ, niſi poſt triginta annos, ibi num. 34.
Contrarium, ibi nu. 35.
Et ſuper beneficio electus, tũc vni fructus, alteri beneficium dare poteſt, concl. 133. n. 39.
Licèt poſſit iubere vnam rem dari pro alia, manum tamen ad aliena incogitata extendere non poteſt, ibi nu. 40.
Datus cum clauſula (decidendi de facto) probationes perſuaſiuas admittit, ſecus ſi cum clauſula (ſola facti veritate inſpecta) concluſ. 133. nu. 41.
Illa probatio ſufficit in eo, quæ coram Iudice non eſſet ſufficiens, ibi n. 42.
Illi multa permittuntur pro eximendis partibus à litibus, quæ alijs non ſunt conceſſa, ibi nu. 43.
Et, vt ille ab arbitro dignoſcatur, non ſignificatio vocabuli, ſed in eis modus procedendi venit attendendus, concl. 128. n. 899. & concluſ. 133. n 60. cum ſeqq.
Et licèt de neceſſitate, iuxta formam Iuris non procedat; tamen ſi vult, id facere poteſt, nec obid contra naturam Arbitratoris faceret. ibi nu. 63.
Ille, vel arbiter quamuis eligere poſſit, qua auctoritate vti velit, tamen ſi vnam viam eligat amplius ad aliam redire nõ poteſt concl. 133. nu. 64.
Sed quis arbiter in dubio eſt potius cenſendus, quàm arbitrator, concl. 128. nu. 900. & concl. 133. nu. 65.
Contrarium in concl. 128. nu. 901 & concl. 133. nu. 66.
Extende hanc ſecundam opinionem, vt in concl. 133. n. 97. & ſeqq.
Arbitrator, quando non poteſt eſſe arbiter, licèt in procedendo forma, & ordo iuris ſeruetur; tamen vti arbitrator procedere cẽſetur; alias laudum vti ab arbitro latum non ſuſtineretur. ibi nu. 69. & 70.
Eorum auctoritas tota à forma compromiſſi pendet, ibi ſub n. 60.
Eorum aſſertioni non eſt ſtandum, etiam quòd ipſis facultas procedendi, ſine ſcriptis data fuiſſet, concl. 128. ſub num. 888. & concl. 133. num. 78.

Contrarium, concl.133.nu.79.
Concorda, vt prima opinio procedat in re magni pōderis, & præiudicij; ſecunda verò in ea parui momenti, concl.133.n.80.& 81.& vide concl.155.n.71. cum ſeqq.
Arbitris non creditur ad eorum iuriſdictionem fundandam, concl.133. nu.71. & concl.155. num.72.
Extende, vt ibidem.
Arbitri iuriſdictio per compromiſſi exhibitionem iuſtificari debet, concl.133. num.73.& concl. 155.n.74.
Illi non creditur ſuper concernētibus iuſtitiam, vel iniuſtitiam laudi, concl.133. n.74. & concluſ.155.n.73
Contrarium, num.75.
Neq; illi creditur in his, quæ nō niſi per ſcripturam probari poſſunt, veluti in ſolidatione cōputorum, & confectione bilanciorum, quæ fieri ſine ſcriptura ſit impoſſibile, ibi nu. 82. & concl.155.nu.75.
Fallit in rebus parui præiudici, concl.133.nu. 83.& concl.155.n.77.
Arbiter ſuper omnibus in laudo enuntentis pronūciare debet, & nihil reſeruare, ac diuidere; aliàs laudum eſſet nullum, concl.133.nu.84. & nu.85. ratio aſſignatur.
Formam compromiſſi egrediēdo nulliter procedere dicitur, ibi n.88.
Extende idem procedere, quando elapſo tempore compromiſſi pronunciaret, niſi tamen illud fuiſſet prorrogatum, concluſ.133.nu.89. & 90.
Illi non creditur, ſi dicat, quòd pars notitiam prorrogationis iuriſdictionis habuerit, concl. 133.n.91.
Compromiſſum acceptare non cogitur, ſed eo acceptato illi amplius renunciare nequit, ibi num.92.
Fallit, vt num.95.
Et expirat arbitrium morte arbitrari debentis, ibidem.
Si inuitus compromiſſum acceptare cogatur, tunc appellare poteſt, ibi ſub n.93.
Sed acceptato cōpromiſſo, etiam inuitus pronunciare cogi poteſt, captis pignoribus, indicta mulcta, vel in illius corpus iniecta manu, ibi n. 94. & concl.155.nu.76.
Superueniente legitimo impedimento compromiſſo renunciare poteſt, ibi n.95.
Intellige tamen, vt ibidem, & nu.96.& concl. 155.n.76.
Arbitri de conſenſu ambarum partium electi cōpromiſſo renunciare non poſſunt; niſi pręuio pari conſenſu, concluſ.133.num. 97. vbi ratio aſſignatur.
Laudare non poſſunt ſocietate nondum finita, vel quando omnia computa non fuerunt Solidata; aliàs nulliter pronunciare dicerentur, ibi nu.98. vbi ratio aſſignatur.
Suas Sententias exequi non poſſunt, licèt ex eis actio producatur, ibi n.99.
Fallit, vt ibi n.101.& ibi ratio aſſignatur.
Arbiter per adiudicationem à ſe factam Dominium transferre non poteſt, ibi nu.104.
Si illi fuerit datus Cōſultor, tūc abſq; eo decidere non poterit; immò eum requirere tenetur, ſed non ſequi, ibi n.105.
Extende, vt ibi n.106.& ibi ratio aſſignatur.
Et quomodo ſecundum votum Cōſultoris iudicare debeat, vide concl.133.num.107. remiſſiue.
Qui de ſua iuriſdictione non eſt certus, ſed illius fundamentum ignorat, pronunciare non poteſt, ibi nu.108.
Et vt Iudex dicatur, prius ab eo compromiſſū acceptari debet, ibi n.109.
Extende, vt ibi nu.110 cum ſeqq.
Habens facultatem iudicandi ſola facti veritate inſpecta, teſtibus tamen non iuratis fidem adhibere non poteſt, ibi n.115.
Extende, vt ibi n.116, cum ſeqq.
Plura vide in Verbo laudum, & in Verbo Compromiſſum.
Illius iuramentum, quando nō ſit neceſſarium, vide concl.69.n.75.
Arbitri ſi pronuncient tertio electo, & eo nō vocato, nulliter procedere dicuntur, concl.133. num.122.
Et quando ille tertius eligatur, & ille quoquē arbiter dicatur, vide in Verbo Tertius, & concluſ.133.n.23.cum ſeqq.
Quando in ſumma diſcordant, ſtādum erit illis, qui in minori concordant, cum maiori minor quantitas inſit, ibi n.127.
Fallit quando de probando certo valore ageretur, & quando abſurdum ſequeretur, quia tunc Sententia non valet, ibi n.127.vbi exemplificatur.
Extende eò magis procedere, ſi Sententia plus tempore, & minus quantitate contineret, ibi num.128.vbi pariter exemplificatur.
Quando eſſent tres, & omnes diſcordarent, diuerſas Sentētias ferendo, tunc fit coaceruatio Sūmarum, & diuiſio in tres partes, & tertia ex illis vera æſtimatio dicetur, concl.133. num.129.
Sed quādo eſſent electi, ex vi Statuti in caſu arbitrandæ dotis, tūc limitatā facultatē habere dicuntur, vt ſcilicèt minus legitima arbitrari non poſſint, ſed benè eam excedere, ſi illa pro dote non ſufficeret ibi n.130.
Eorum electio ad partes, non autem ad Iudicē ſpectat, tàm de iure, quàm de conſuetudine, veluti etiam illa peritorum, & tertij in caſu diſcordiæ, ibi n.131.
Fallit, quando partes in electione diſſentirent, vel moram contraherent, quia tunc Iudex eligere poſſet, cum illius factum pro facto partis debeatur, vt ibidem.
Contrarium, quòd ſcilicèt ſit in poteſtate partium eligere tertium, quando arbitri ſunt diſcordes, vide concl.133.n.132. vbi ratio differentiæ aſſignatur.
Arbitratores autem ad inſtar proxenetarum ſunt redacti, ibi ſub nu.132.

Ar-

Arbitri de Iure non poſſunt ſuam Sententiam corrigere, & emendare, licèt id eis de conſenſu partium concedi poſſit, concl. 133. num. 133.
In Iudicando in aliquo loco honeſto ſedere debent, ibi nu. 137.
Suam Sententiam abſque citatione ferre poſſunt; dummodo tamen illius cauſæ cognitio maturè præceſſerit, ibi nu. 138.
In ſententiando ſalarium ſibi debitum recipere poſſunt, ibi nu. 139.
Fallit tamen, vt ibidem.
Arbitri, vel Arbitratoris Sententia, quando ſit appellabilis; vide latè in Verbo Appellatio, & concl. 128. nu. 875. cum pluribus ſeqq.
Ab Arbitri Sententia, qui ſit loco Iudicis Ciuitatis, appellatio non datur, licèt ab ea Principis detur, concl. 128. nu. 177.
Illi, ſeu Arbitratores quomodo in æſtimationibus ſe ingerere debeant ad hoc, vt legitimè fiant; vide in concl. 69. nu. 56. cum ſeqq.
Arbitrator habens facultatem iudicandi ſecundum veritatem, & æquitatem, per viam adminiculorum iudicare poteſt, concl. 55. n. 16.
Poteſt eſſe Monachus Arbitrator, ſed non Arbiter, concl 133. nu. 142.
Item poteſt eſſe Mulier Arbitratrix, ſed non Arbitra, & in dubio eſt præſumendum eam vti arbitratricem tuliſſe Laudum, etiam ſi forma Iuris ſeruata proceſſerit, ibi n. 143.
Declara tamen, vt ibi nu. 144. & ſeq. & vide in Verbo Mulier.
Arbiter, vel Arbitrator quando quis poſſit eſſe ſuper iuribus Eccleſiæ, & cauſis Spiritualibus, vide, & diſtingue, vt in concl. 133. nu. 146. cum ſeqq.
Arbitrium boni viri, vel liberum, & abſolutum que verba inducant. Vide in Verbo Clauſula, & in Verbo Verba, & concl. 133. n. 150. cum ſeqq.
Arbitratoris Iudicium non debet arbitrio boni viri regulari, concl. 128. ſub n. 885
Arbitrorum, ſiuè teſtium dicta quomodo poſſint verificari in minori ſumma, vide concluſ. 69. nu. 64. & concl. 133. nu. 127.
Arbitri, ſiue periti quando poſſint iurari ſuſpecti, vide concl. 133. ſub nu. 2.
ARBITRARIVM eſt Iudici, quando vna cauſa ſit iuſta, vel iniuſta, alteri committendi cauſam aliquam, concl. 134. n. 2. vbi exemplificatur.
An Sententia ſit antiqua, vel non, concluſ. 133. nu. 3.
Admittere teſtes conſanguineos, vel non in cauſa ſimili, ibi nu. 5.
Quando cauſa ſit grauis, vel leuis, concl. 134. nu. 6.
Quando teſtis familiaris ſit admittendus, vel repellendus, ibi nu. 7.
Quando teſtes ſint habiles, & omni exceptione maiores, ibi nu. 8.
Ad quod tempus referri debeat depoſitio teſtis deponentis cum dictione (In Circa) concl. 134. nu. 15.
An res dicatur facta incontinenti, vel ex interuallo ad effectum inducendi correſpectiuitatem, ibi n. 19.
Conſiderare habilitatem memoriæ, concl. 134 num. 20.
Indicare quæ ſit celeris ſatisfactio, concl. 134. num. 22.
Oblationem partis reijcere, vel admittere, ibi num. 22.
Admittere, vel non probationem valoris alicuius rei, ibi n. 23.
An quis furioſus, vel mentecaptus dilucida interualla habuerit, vel non, ad effectum validitatis actus per eum ritè, & rectè facti, ibi num. 24.
An vitium corporis ſit tale, ob quod deformitas ac irregularitas inducatur, concluſ. 175. num. 23.
Decernere quãta vtilitas Eccleſiæ eſſe debeat, vt aliquid in Emphiteuſim concedi poſſit, cócluſ. 134. n. 25.
Sed arbitrarium quando ſit Iudici deferre iuramẽtum patienti damna, & intereſſe, etiam ſtante pacto ſuper illis vallato, vide in concl. 134. n. 26. & prius concl. 104. n. 14.
Quando quis dicatur aſſiduè in loco habitare, ibi nu. 27.
Iudicare, an quis ſit mortuus, ex prima, vel ex ſecunda cauſa, concl. 133. n. 28.
An ſit facienda ſpecificatio diei in libello in cauſa Criminali, vel non ibi n. 29.
Quantum falſitatis præſumptiones operentur, ibi nu. 30.
Arbitraria eſt Iudici materia liquidationis fructuum per teſtes facienda, ibi n. 31.
Item ea taxationis apparatuum, concluſ. 134. num. 32.
Item ſeparationis thori, & iuſti metus, concl. 134. n. 33.
Arbitrarium eſt Iudici, quãdo infirmitas Abbatis ſit iuſta cauſa, vt renunciare cogatur, concluſ. 1. n. 118.
Arbitrarium eſt Rotæ depoſitionem teſtis famuli diminuere, maximè ſi ſit pauper, & vilis vt ibi n. 16. & ibi ratio aſſignatur.
Arbitrarium eſt Rotæ cognoſcere, an quis ſit pauper, vel non, ibi nu. 17.
Intellige tamen, vt ibi n. 18.
In arbitrarijs appellatio datur, conſtito de grauamine; alias ſecus, concl. 128. n. 333.
Item in illis Iudex redargui non poteſt de eo, quod facit, quia ſemper ex iuſta, & rationabili cauſa ille motus præſumitur, concl. 133. ſub n. 59. & concl 134. n. 34.
ARBITRIVM in iudicando Regulari debet, prout de iure, quia illud eſſe debet iuri, ac legibus conſonum, conclu. 135. num. 2. & 12. & 106.
Extende id eò magis procedere, ſi clauſula Arbitrio Rotæ ſit appoſita in prima commiſſione, & præſertim, quando commiſſio à Signatura Iuſtitiæ emanauit, concluſ. 135. num. 3.

Sed

Sed licèt ſit regulandum, prout de iure: tamen ſemper aliquid de illius rigore remittere, ſolet, concl. 135. num. 4. & concl. 65. num. 3. & 107.

Iuris rigorem relaxat, quando conceditur circa ea, quæ à iure determinata reperiuntur, ibi num. 10.

Arbitrio alicuius, quando aliquid committitur, ſemper intelligendum venit de eo, quod ſit ratione regulatum; non autem de irrationabili, & diſſoluto, concl. 135. num. 14 vbi ratio aſſignatur.

Illud ſemper cenſetur conceſſum ad ſuperſedẽdam; non autem ad retardandam executionem, ibi ſub nu. 19. 58. & 206.

Conceſſum in vna inſtantia non diſſoluitur, ſed durat etiam in alia, ibi nu. 23.

Intrat pro ſananda nullitate examinis teſtium, quando tamen hinc inde eſſent data interrogatoria, concl. 135. nu. 30. & 120. & ibi ratio aſſignatur, & concl. 148. n. 294.

Extende pluribus modis, vt ibi n. 31. cum ſeq. & vide in Verbo Examinis nullitas.

Contrárium tamen, quando nullitas ex defectu citationis reſultaret, concluſ. 135. num. 39. cum ſeqq.

Contrarium tamen, huic opinioni habetur in nu. 40. & 41.

Non intrat pro ſanandis nullitatibus, quando ſpolium eſſet cum illis admixtum, ibi nu. 42. & 146.

Declara tamen, vt ibi n. 147.

Non intrat pro ſananda Sententia nulla ex defectu iuramenti teſtium, cum tota vis examinis in iuramento conſiſtat, ibi n. 45.

Secus eſſet ſi ageretur de remittenda tantummodo iuramenti extenſione, quia tunc illud intraret, ibi n. 44.

Intrat prò ſananda nullitate proueniente ex defectu iuriſdictionis; dummodo tamen defectus non eſſet totalis iuriſdictionis, ſed ſolũ in aliqua parte, concl. 135. nu. 45. & 195. & concl. 148. n. 297.

Intrat ad cumulandum poſſeſſorium, cum petitorio, quãdo hinc indè difficultates inſunt, ita vt illud turbidum, & offuſcatum reddatur, ibi nu. 47. & 122. cum ſeqq.

Extende, vt ibi n. 48.

Fallit vt ibi nu. 49. cum ſeqq.

Intrat ad effectum ſuperſedendi in executione litterarum Apoſtolicarum, quando adeſt legitimus contradictor, veluti ſi quis rem iudicatam ad ſui fauorem haberet, ſed literę, non eſſent iuſtificatę, concluſ. 135. num. 53. & 151.

Contrarium tamen, quando eſſent iuſtificatæ, ibi nu. 148. & 183.

Intrat ad effectum retardandi exequutionem Breuis, ſi adeſſet probabilis dubitatio ſubreptionis, vel alterius ſimilis doloſæ qualitatis ibi nu. 56.

Extende, vt ibi n. 57.

Contrarium, quando Breue eſſet iuſtificatum, ibi n. 130. cum ſeqq. & n. 150. & vide in Verbo Breue.

Intrat ad effectum, vt ſpoliator audiri poſſit, etiã ſpolio non purgato; dummodo tamen non ſit ſpoliator doloſus, reſeruatis expenſis, ac fructibus in fine litis, ibi n. 54.

Intrat ad effectum retardandi ſolutionem penſionis, quando poſſeſſio exigendi non probatur, ibi n. 58.

Extende, & declara, vt ibidem. dicto num. 58. cum ſeqq. & vide in Verbo Solutio penſionis, & vide nu. 155. cum ſeqq. & in Verbo Penſio.

Intrat ad retardandam ſolutionem penſionis, quando ea fuit reſeruata ſub conditione, quæ non ſit iuſtificata, ibi n. 72.

Declara, vt n. 159.

Contrarium, tamen, quando omnes clauſulę ſunt iuſtificatę, ibi n. 187. cum ſeqq.

Extende idem procedere contra eum, qui reſeruationi penſionis conſenſit, quia conſenſus eſt conditionalis, & conditio nihil ponit in eſſe, ibi nu. 73.

Contrarium, n. 157.

Intrat pro retardatione ſolutionis penſionis, quando ea fuiſſet reſeruata ad tempus, quo nõdum eueniſſet; quamuis quaſipoſſeſſio exigendi adeſſet, ibi n. 74.

Intrat pro retardanda ſolutione penſionis, quando agitur contra alium, quàm ſucceſſorem illius, qui penſioni conſenſit, concl. 135. num. 75.

Intrat pro retardanda dicta ſolutione, quando de extinctione penſionis cõſtaret, concl. 135. num. 77.

Sed vide latius à n. 161. vſq; ad 187.

Intrat pro relaxanda declaratoria, quando quis, ob aliquod impedimentum, quod ipſemet præſtiterit, intimari nõ poſſet, concl. 135. num. 78.

Extende, vt ibi n. 80. cum ſeqq.

Intrat ad ſanandam nullitatem ex defectu citationis, quando defectus non eſſet totalis ibi nu. 87.

Extende, vt ibi nu. 88. & vide nu. 115. cum ſeqq. & nu. 196. cum ſeqq.

Intrat pro abſolutione à cenſuris, quando hædem nullitèr, & iniuſtè Decretæ, & relaxatę fuerunt, ibi n. 89.

Intrat ad effectum procedendi ad vlteriorem executionem, quando conſtat de bono iure, licèt poſſeſſio capta in vim executorialium fuerit nulliter capta, ibi n. 91.

Intrat, vt non retardetur proceſſus ad vlteriora, quãdo attentata integrè non fuerunt purgata, ibi n. 95.

Extende, vt ibi nu. 96. 97. & 152.

Item intrat, vt non retardetur proceſſus ad vlteriora, quando ſpolium non eſt integrè purgatum. ibi n. 98.

Intrat ad effectum reſeruandi reſtitutionem fructuum in fine litis, ſtante paupertate, ibi n. 99. & ibi ratio aſſignatur.

In-

Intrat, quando res iudicata non prouenit ex tribus Sententiis, licèt etiam adeſſent duæ, quæ ex Statuto loci (vt eſt in Vrbe) rem iudicatam facerent, ibi ſub nu. 103. & n. 104. ratio aſſignatur.

Intrat ad effectum retardandi proceſſum ad vlteriora, pendente termino remiſſoriæ, quando probatum fuit per ſcripturas, & alias concludentes proba iones, articulos remiſſoriales iam conceſſos fuiſſe irrelcuantes, ibi nu. 105.

Intrat, quando in petitorio ex Iuribus productis, & ex alijs probationibus de bono Iure conſtaret, ibi n. 110.

Intrat pro reiectione attentatorum, quando illa ſunt turbida, ibi n. 111. 142.

Extende idem procedere, quando illa à negotio principali pendent, aut conſtat de malo iure petentis eorum reuocationem, ibi n. 112. 113. & 143.

Intrat dum agitur de excludenda ſuperfluitate gratiæ Principis, ad hoc, vt ea ſuum conſequatur effectum, ibi nu. 149.

NON intrat, vt procedatur, ſine retardatione ſolutionis penſionis, ibi nu. 114.

Intellige tamen, vt ibidem.

Sed quando intret ad effectum cumulandi poſſeſſorium, cum petitorio, Vide concl. 135. nu. 15. cum ſeqq. & 122. cum ſeqq.

Regulariter non intrat, quando adſunt attentata, ibi n 138. cum ſeqq.

Fallit vt ibi nu. 142. cum ſeqq. & vide latius in Verbo Attentata.

Non intrat ad ſanandam nullitatem, ex defectu iniuſtitiæ prouenientem, cum Papa nunquam ſanct defectum, ex eo capite reſultãtem ibi nu. 190.

Non intrat ad ſanandam nullitatem ex deffectu mandati, concl. 135. n. 191. cum ſeqq. vbi ratio aſſignatur.

Non intrat ad effectum ſanandi nullitatem ex defectu actionis prouenientem, quia nemo, ſine actione agere, neq; excipere poteſt, ibi num. 204.

Extende, ibi n. 205. & in Verbo Agens.

Non intrat ad retractandam executionem iam factam, vel ad repetendum id quod fuit indebite ſolutum; ſed benè ad ſuſpendendam executionem fiendam, concl 135. n. 53.

Extende, vt ibi dicta concl. 135. nu. 206.

Subextende, vt ibi num. 207. & vide in Verbo Executio.

Non intrat pro ſatiſdatione, & Iudicij aſſecurationе, quando poſt litem conteſtatam petitur, ibi nu. 212. & 215. cum ſeqq.

Contrarium, num. 213.

Concorda, vt prima opinio procedat de conſuetudine; ſecunda verò de iuris rigore, ibi num. 214.

Non intrat ad fauorem illius Clerici, qui recurſum ad Iudicem ſecularem habuit, concl. 135. n 220.

Illud habens in cauſa conuentionis habebit etiam illud in cauſa reconuentionis, concluſ. 128. nu. 913.

Iudicis arbitrio eſt conferendum id, quod eſt dubium, concl. 133. n. 55.

Illi tamen non tantum committitur in rebus alienis, quantum Domino in rebus proprijs, ibi nu. 57.

Arbitria hodie ad inſtar Iudiciorum ſunt redacta concl. 228. ſub n. 882. & concl. 133 n. 2. vbi ratio aſſignatur.

Illud boni viri, vel liberum, & abſolutum, quę verba inducant, vide concl. 133. num. 50. cum ſeqq.

Plura vide in Verbo Clauſula.

In arbitrium vnius ex contrahentibus quando poſſit poni augmentum pretij, vide concluſ. 161. n. 76.

Illud Morte finitur, concl. 133. n. 95.

ARBORES vi ventorum eiectę Regulariter ad Dominum fundi, non autem ad vſufructuarium ſpectant, concl. 136. n. 1.

Fallit, vt nu. 13. cum ſeqq.

Et eiectæ ſi vſusfructus perceptionem, vel iter incommodiorem reddant, & Dominus eas non tollat, tunc ad id actio vſufructuario contra Dominum datur, concl. 136. ſub n. 1.

Vi ventorum euulſę non commoditati Emphiteutę, ſed proprietarij cedunt, concluſ. 136. num. 2.

Si illas incidat Emphiteuta in re Emphiteutica à iure ſuo cadit, ibi n. 3.

Declara vt nu. 7. & 17 cum ſeqq.

Item ſi incidat Clericus in re ſui beneficij in magna quantitate, & in notabili deterioratione, tunc beneficio priuandus erit, concl. 136. num. 4.

Declara, vt num. 7.

Fruct feras Vaſallus incidere non poteſt, concluſ 136. n. 5.

Et fructiferas ſcindentes agrorum depopulatores dicuntur, ibi nu. 6.

Earum inciſio, vt Emphitheta, vel ſimiles à iure ſuo cadant, nedum debet eſſe magnæ deteriorationis, ſed etiam cum dolo malo, aut culpa lata, vel leui, & eam ad perpetuum fundi detrimentum fieri; aliàs illi ſolùm ad intereſſe tenerentur, ibi n. 7.

Si in fundo dotali vi tempeſtatum fuerint euulſæ, illarum prætium mulieri, & non viro venit reſtituendum, ibi n. 8. & 28.

Fallit vt num. 25. cum ſeqq. & vide in Verbo Maritus.

Si fuerint oſtenſę emptori, antequam venderetur fundus, & interim ventorum violentia fuerint euulſæ, & poſteą venditio fiat, non cedunt vtilitati Emptoris, quia deiectę daſinunt eſſe fundi, ibi nu. 9.

Illę fundi dotalis, qui in fructu non ſint, ſi per Maritum voluntate mulieris vendãtur, tunc nummi ex earum venditione recepti fiunt vxoris, ibi n. 10.

Plantatæ ſuper via publica, non ad publicum ſpectant, ſed ſunt illius qui prędium vicinum

num habet, concluſ. 136. num. 11.
Item in Ripis plantatæ ſunt habentium prædia vicina, ibi n.12.
Vi ventorum eiectæ ad vſufructuarium ſpectãt, ſi ipſe eas plantauerit, ibi nu.13.
Vetuſtate collapſæ ad vſufructuarium ſpectant; ſecus ſi ex accidente ceciderint, concl.136. nu.14. & ibi diuerſitatis ratio aſſignatur.
Aliquo caſu fortuito deiectæ, ſi per Dominum non amoueantur, tunc vti derelictæ vſufructuarij fiunt, ibi nu.15.
Item deiectæ vſufructuarij fiunt, quando ligna pro comburendo pro vſu proprio non habeeret, ibi n.16.
Sed eas, quando vendere poſſit vſufructuarius, vel vſuarius, vide, ibi ſub n.16.
Si in re Emphiteutica fuerint per ipſum Emphiteutam plantatæ, & aliquo caſu euellantur, tunc ad ipſum plantatem ſpectabunt, ibi num.17.
Illas plantans in ſolo alieno donare non cenſetur, ſed ad ſui vtilitatem id facere videtur, ibi num.18.
Item per Emphiteutam plantatæ incidi poſſũt, abſq; caducitatis incurſu, ibi n.19.
Contrarium, ibi nu.21.
Illæ grandes, & vetuſtæ, aut aliquo modo corruptæ per Emphiteutam incidi poſſunt; ſi tamen loco inciſarum alias ſubroget, concl. 136. nu.22.
Iuniores, ita ſuaues fructus non afferunt, vt faciunt aliæ paulo vetuſtiores, concl.136.ſub num. 22.
Si incidantur per Emphiteutam, & ex illa inciſione fundus ſit factus fructuoſior, tunc ille à iure ſuo non cadit, ibi n.24.
Fundi dotalis vi ventorum eiectæ ad Maritum ſpectant in caſu indigentiæ; aliàs ſecùs, concl. 136.n.25.
Extende, vt ibidem.
Fundi dotalis vetuſtate corruptæ poſſunt per maritum incidi, ſi tamen alias ſubroget, & tunc exciſas faciet ſuas, ibi n.26. 28.
Fundi dotalis quando ſine facto mariti ceciderunt, ipſe ad intereſſe non tenetur, concl.136. nu. 27.
Ceduæ computantur in fructibus fundi, ad fauorem mariti, ſecus eſt in fructibus, concl.136. nu.29.
Ceduæ ſyluæ eam præcioſiorem reddunt, ibi nu.30.
Arbores habuiſſe confitens, ſed ſiccas, tunc arbores dare tenetur, illa ſiccitatis qualitate reiecta, ibi n. 31.
Ex earum inciſione Turbatio, non autem ſpoliatio oritur, ibi n.32.
Earum poſſeſsione priuatus, tamquam ſpoliatus eſt reſtituendus; ſi tamen arbores ſolo cohęrent, ſecus ſi ſint euulſæ, ibi nu. 33.
Arborum Vmbra eſt valdè agris, & corporibus humanis nociua, & præſertim illa Cipreſſi, Pini, Nucis, & ſimilium, concluſ.132. nu.56.& concl.136.nu.34.
Illæ de ſui natura damnoſæ non præſcribuntur, quamuis à vicino longiſſimo tempore fuerint tolleratæ, quia vti quotidie grauantes, quotidie quoq; cauſam conquærendi præbent, ibi ſub nu.34.
Arboris Appellatione regulariter non veniunt fructus, ibi nu.36.
Contrarium, vt ibi nu. 37.
Earum plantatio impediri poteſt, ne aer, ventus, & Sol vicino occupentur, concluſ. 136. nu.35.
Et vaſtatores earum, qua pęna puniuntur, Vide ibi nu.33.
ARCHIBVSETVM deferens pro occidendis bannitis, an ſit puniendus, Vide concl. 143. nu. 79. cum ſeqq.
Illud inutile, & ad nocendum ineptum deferẽs, quando ſit puniendus, Vide concl.143. n.86. cum ſeqq.
ARCHIDIACONVS dicitur quaſi Diaconorum Princeps, ſiue inter Diaconos primus, concl.137. nu. 1.
Illius munus, & officium antiquitus erat curare diligenter, vt cæteri Diaconi ritè ſuum munus, & officium gererent, ſed illius auctoritas indè creuit, data ſibi poteſtate, nedum animaduertendi in Clericos inferiores, verũ etiam in Pręsbyteros, ibi ſub nu.1.
Dicitur oculus Epiſcopi, ac illius Vicarius ordinatus à lege, & primam dignitatem poſt Pontificalem obtinet, ibidem.
Declara tamen, quòd aliter de conſuetudine eſſe poteſt, concl.137.n.2.& 9.
Archidiaconatus non poteſt dici perſonatus, ſed potius Officium, cum adminiſtratione, cum ille ſit prius, qui intonat, & dat Ordinem omnium gerendorum in Choro, concl.137. num.3.
Contrarium quòd ſcilicèt hodie Archidiaconus, & Archipręsbyter dicantur dignitates impropriè, & quòd ſint ſimplices perſonatus cũ nuda, & ſimplici iuriſdictione, concl.137. num.4.
Ille Archipræsbitero pręfertur, etiam ſi non ſit Sacerdos, & Archipręsbiter eſſet Sacerdos, ibi nu.5.
Contrarium, ſub n.6.
Declara, vt nu.9.
Sed talis dignitas Sacros Ordines requirit, ibi nu.6.
Vicarium Epiſcopi præcedit præſente Epiſcopo; at ſecus eo abſente, ibi n.7.22. & 27.vbi ratio aſſignatur.
Contrarium, nu.23. cum ſeqq.
Declara, vt n.9. & Vide in Verbo Vicarius.
Dicitur Maior Archipræsbitero, reſpectu adminiſtrationis iuriſdictionis, ſed eſt tamẽ minor in Miniſterio Altaris, ibi n.11.
Declara tamen, vt nu.12. cum ſeqq.
Item iuriſdictionẽ habere dicitur, concl. 137. num. 19.
Contrarium. num.20.
Et habens iuriſdictionem impedire poteſt, vt

Vicarius Generalis non poſſit per Epiſcopum conſtitui, ibi n.21.
Declara, vt ibidem.
Item Vicario præfertur in his præcipuè, quæ ad Officium Archidiaconi pertinent, concluſ. 137.n.29.
De iure communi licentiam fabricandi in proprijs Eccleſijs Archidiaconorum impartiri, & eas viſitare poteſt, ibi n.30.
Declara tamen id non habere locum priuatiuè, quoad Epiſcopum, ibi nu.31.
Quando veniat appellatione Ordinarij, quoad cognitionem cauſarum Ciuilium, Criminaliũ, Beneficialium, & Matrimonialium, vide concluſ.13.n.32. cum ſeqq.
Venit appellatione Diœceſani, concl.137. ſub num.33.
Ad illius ordinationem, & non Epiſcopi multa ſpectant, etiam in propria Eccleſia Cathedrali, ibi ſub n.35.
Leuia delicta Clericorum punire poteſt, concl. 137.n.36.
Et contra ſubditos agere poteſt, cauſa viſitationis ſine licentia Epiſcopi, concl.137. num.38.
Ius inſtituendi, & deſtituendi præſcribere poteſt, ſed non tamen beneficia vnire valet, ibi num.39.
Extende, vt ibi n.40.
Ille, cui ſit commiſſa ab Epiſcopo inductio in poſſeſſionem alicuius beneficij, eam alteri ſub delegare poteſt, ibi n.41.
Ipſe, ac alij Prælati inferiores curam in foro cõtentioſo habere poſſunt, ibi n.42.
Intellige tamen, vt ibi n.43.
Contrarium tamen circa curam animarum, cũ ille eam non habeat, neq; eam alteri committere poſſit, ibi n. 44.
Item facultatem tollendi curam animarum nõ habet, ibi n.45.
Illi tamen non creditur deponenti, quòd Archidiaconatus curam animarum non habeat, ibi n.46.
Senior ſi diceret reſeruaſſe ſibi vocem in Capitulo, & Stallum in Choro, non ob id probat vocis prærrogatiuam, cum conditionaliter id dici poſſit; nempè ſi hæc ad Archidiaconum ſpectent, ibi n.47.
Ille Monitorijs generalibus vti non poteſt, pro reuelatione in forma ſignificauit, concl.137. num.48.
Appellationem proſequi non poteſt, nomine Eccleſiæ, niſi Epiſcopo, & Capitulo negligẽtibus, ibi n. 49.
Sed Epiſcopo, & Archiepiſcopo reuerentiam præſtare, & ei celebranti aſſiſtere tenetur, ibi num.50.
Declara, quòd eo deficiente, in illius locum ſuccedit Decanus, ibi n.51.
Illo abſente Decanus illius iure vti poteſt, ibi num.52.
Ille non conceditur Alternatiua Epiſcopo competens, concl.97.n.29.
Et quando non teneatur eſſe Doctor, Magiſter, ſiue licentiatus, vide concluſ.137. num.4.
Quando Sede vacante ei competat Officium Vicariatus, vide ibi n.36.
Habens duos Archidiaconatus, in quo reſidere teneatur, vide ibi n.54.
ARCHIEPISCOPVS dicitur Princeps Epiſcoporum, & ſub ſe habet alias Ciuitates illius Prouinciæ, concl.138. n.1. & ibi multa alia præter hic adnotata inuenies.
Archiepiſcopatus dicitur Metropolis, quaſi aliarum Ciuitatum Mater, & non minorẽ Prouinciam habere ſolet decem Ciuitatibus, cum vno Rege, ibidem.
Archiepiſcopi Regibus æquiparantur, & eorum iuriſdictio ad inſtar Preſidum Prouinciarum cenſetur, vt ibidem.
Archiepiſcopus ſolus in Prouincia eſſe debet, ibi num.2.
Et habet intentionem fundatam de iure viſitãdi omnes Eccleſias in ſua Diœceſi exiſtentes, ibi nu.3.
Illi competit manutentio, licèt quaſipoſſeſſionem non probet, ob aſſiſtentiam, quam de iure habet, ibi nu.4.
Habet etiam de iure communi iuriſdictionem Ciuilem, & Criminalem procedendi contra Capitulares, & ſubditos ſuffraganei, etiam ſine adiunctis, ibi n.5.
Contrarium, nu.6.
Concorda, vt prima opinio procedat in delictis ſubditorum ſuffraganei; ſecunda in delictis, Epiſcoporum, ibi n.7.
Item contra Regulares in cauſis Criminalibus iuriſdictionem habet, quando in figura Iudicij quoad Abbatem, vel Priorem priuatiuè procedit, ibi n.8.
Crimina notoria ſubditorum Epiſcopi coercere poteſt, ibi n. 9.
Secus eſt, quando Crimina non eſſent notoria, quia tunc ea coercere non poteſt, ſed eorum inquiſitiones Archidiacono relinquere debet, ibi nu.10.
Licèt poſſit Archidiaconum viſitare; Viſitatoris tamen Officium excedere non poteſt, ibi ſub num.10.
Iuriſdictionem habet in Epiſcopum ſuffraganeum, tamquam ei immediatè ſubiectum, & propterea eum ad ſuſcipiendam cauſæ delegationem cogere poteſt, concluſ.138. num.11. & num. 13. ratio aſſignatur.
Fallit in ſubditis ſuffraganei ſui, quos cogere non poteſt, ſi illi delegationẽ cauſæ recipere noluerint, concl.138. nu.12. & ibi ratio aſſignatur.
Item nullam iuriſdictionem in ſubditum ſuffraganei habet; niſi ad eum facta deuolutione cauſarum, vel niſi in caſibus à iure expræſſis, ſiue per viam querelæ, aut ex aliquo ſingulari Priuilegio, vel particulari conſuetudine, ſiuè ſtylo, concluſ.138. num. 14. & 23.
Neq; etiam ex Decreto Concilij Prouincialis

iuriſdictionem contentioſam in ſubditos ſui ſuffraganei acquirere poteſt, concluſ. 138. num.15.
Et dum viſitat Prouinciam excommunicatum ab Epiſcopo ſuffraganeo abſoluere nō poteſt, nec iniuriam ſibi illatā vlciſci, niſi ſit notoria, aut conſuetudo aliter permitteret, concl.128. num 16.
Procedere volens in caſu ſibi permiſſo contra ſuffraganeum, aut illius ſubditum, in citatione tenetur exprimere cauſam, quæ iuriſdictionis competentiam concludat, concluſ. 138. nu.17.
Suffraganeum cogere poteſt, ad compellēdum ſuos ſubditos, pro ferendo teſtimonio, & alia neceſſaria in cauſis appellationum, concl.148. num 18.
Extende, vt ibi nu.19.
Ad eum iuriſdictio deuoluitur, ob Epiſcopi negligentiam, ibi n.19.
Poteſt etiam Vicarium ſui ſuffranei punire, quādō tamen Vicarius peccaret in his, quæ eſsēt iuriſdictionis, vt ſi ferret Sententiam per gratiam; aut per Sordes, vel ſi excommunicet aliquem ſine ſcriptis, aut trina monitione non præcedente; ſecus ſi faceret aliquid, vti priuatus, concl.138.n.20.& n.21.ratio aſſignatur.
Poteſt cauſas ad ſe per appellationem, aut alio modo ab Epiſcopo ſuffaganeo delatas per ſe, vel Vicarium Generalem, ſiue per Delegatum cognoſcere, & terminare, etiam in Diœceſi ſuffraganei, concl.138. num.24.
Reſtringe, vt n.27.
Extende, quòd, etiā ad hunc effectum Notariū, & Nuncium deputare poſſit, concluſ.138.nu. 12.& 25.
Ille, veluti etiam Epiſcopus poſſunt in omnibus locis eorum Diœceſis Tabelliones, & Notarios creare, ibi nu.26.
Poteſt erigere Crucem per totam Prouinciam, imò etiam in locis exemptis, ad effectum benedicendi Populum, nec non ibi indulgētias, ac remiſſiones concedere, concl.138.n.28.& 29. ratio aſſignatur.
Contratium, nu.51.
Et nedum poteſt in locis exemptis Populum ſimplici benedictione benedicere, ſed etiam illa ſolemni, incipienda per illa Verba (ſit nomem Domini benedictū n, ibi nu.30.
In locis exemptis poteſt Diuina Officia, etiam in Pontificalibus celebrare, & ab alijs in ſua præſentia (ſine tamen Pontificalibus) celebrari facere, ibi n.31.
In celebrando vtitur pallio, etiam in locis exēptis, ibi n.32.
Sed quando prędicando, aut celebrādo in locis exemptis, oblationes recipere poſſit, vide ibi nu.32.
Ille, & Epiſcopus multa in locis, & perſonis exemptis exercere poſſunt, vt ibi n.34.
Poteſt collocare ſolium in Eccleſia exempta, ad Officium celebrandum, nec non habere proprios Canonicos, qui ei celebranti aſſiſtant, ibi nu.35.
Item licentiam prędicādi in Eccleſijs Archidiaconi dare poteſt, ibi nu.36.
Item licentiam emittendi profeſſionem Monialibus concedere poteſt, concluſ. 138. num.37.
Item licentiam impartiri poteſt Clericis, vt à beneficio ex rationabili cauſa abeſſe poſſint, ibi nu.38.
Item licentiam concedere valet alienandi res Eccleſię ex neceſſitate, vel euidenti vtilitate; ſeruata tamen debita ſolemnitate, concl.138. num.39.
Ille Eboracenſis alium Superiorem, quām Papam non recognoſcit, ibi n.40.
Sed non poteſt in loco exempto Cathedram iudicialem collocare, ibi nu.41. vbi ratio aſſignatur.
Intellige, vt ibidem, n.46.
In locis exemptis exercere non poteſt ea, quæ iuriſdictionem contentioſam tangunt, vel etiam voluntariam; item ea, quæ ſapiunt Superioritatem, vel mixturam iuriſdictionis habent, concluſ.138. num.42. & 43. ratio aſſignatur.
Archiepiſcopi non poſſunt in locis exemptis ea facere, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis, etiā cum licentia exemptorum, ſed illa Superioris immediati exemptorum eſt neceſſaria, concl. 138. nu.44.
Sed quando tamen poſſint puniri ab Epiſcopis, vide in concl.138.n.68.
Archiepiſcopus, quando eſt Canonicus debet ſedere vti Canonicus, ibi n.65.
Illius iuriſdictio in Prouinciam quomodo differat, ab Epiſcopali in Diœceſim, vide concluſ. 138. num.43.
Archiepiſcopi, an in locis Exemptis poſſint Ordinationes celebrare, Catedram collocare, Chriſmare, Degradare, Confeſſiones audire, Abſoluere, licētiam contrahendi Matrimonij date, conſecrare, & indulgentias concedere, vide ibi n.45. cum ſeqq.
Illorum conſtitutiones quādo eos, ac ſuos ſucceſſores ligent, vide in Verbo Conſtitutio, & ibi n.54. cum ſeqq.
Archiepiſcopus Montis Regalis omnem iuriſdictionem in Monacos illius Montis habet, exceptis ijs, quę inſtituta Regularia concernūt, ibi n.59. 61. & 62.
Ille non poteſt ſtatum, & Monachorum Ritum mutare, circa Officia Diuina, nec Choros ſeparatos facere inter Clericos, & Monachos, ibi nu.61. vbi ratio aſſignatur.
Contra Statutum à Papa confirmatum diſponere non poteſt, quando ex illius confirmatione eſſet ius tertio acquiſitum; ſecus ſi concurreret conſenſus eorum, ad quorum fauorem illud eſſet confirmatum, & nullum ius eſſet tertio quæſitum, concl.138. num.63.
Extende, vt ibi n.64.

Si

Si eſſet Canonicus cæteros extra Capitulum præcedit, ſed non in Capitulo, concluſ.138. num.65.
Sed delinquens in Prouincia alterius Archiepiſcopi, ab eo iudicari poterit, cum ratione delicti minor efficiatur eo, à quo iudicari debet, ibi nu.66.
Ille, vel Epiſcopus Monaſteria Monialium, ſibi non ſubdita ingrediens, puniri poteſt, concl. 138. num. 67.
In aliena Diœceſi Pontificalia exercens, ſine licentia illius Epiſcopi in pœnam ſuſpẽſionis incidit, & irregularitatem contrahit, quamuis bona fide id fecerit ibi nu.68.
Et quomodo ſit abſoluendus, vide ibidem remiſſiuè.
Iudex eſſe non poteſt in cauſa, quam vt Epiſcopus cognouerat, ibi n.69.
Debet honorare Epiſcopum in ſua Diœceſi; immò etiam à Cardinali debet illi reuerentia præſtari, concl.138.n.68.
Non eſt exemptus à ſumptibus fabricę Eccleſię, ſed vſq; ad quartam redditum portionem pro ea conſtruenda tenetur, ibi n.71.
Extende, & declara, vt ibi n.72. cum ſeqq.
Non recipit illud nomen Archiepiſcopi, niſi à die ſuſceptionis Pallij, quia prius electus tantùm dicitur, concl.138. n. 81. & prius concl. 1. num.16.
Illi per Palij ſuceptionem ordo confertur, veluti ſit Epiſcopo per conſecrationem, concl.1. ſub nu.16.
Et quomodo vti eo, ac illud conſeruari debeat, ac de alijs effectibus illius, vide concl.138. ſub num.86.
Ante Palij ſuſceptionem munus conſecrationis ſuſcipere poteſt, & ea inter Epiſtolam, & Euãgelium fieri debet, ac omnes ſuffraganei Prouinciæ ſunt vocandi, & ad minus tres requirũtur, concl.138.n.82.& 83.
Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, aliæq; dignitates Eccleſiaſticę, quando ſedes eſt vacans, ad manus Regis Delfini reducuntur, ſicuti etiam bona ſpolij, ibi n. 86.
Archiepiſcopus poſtquam legitimè eſt effectus, tunc curę animarum ſui Ouilis incumbere, & quolibet triennio Synodum Prouincialem congregare tenetur, ibi n.87.
Ab eo datur appellatio, ad Concilium Prouinciale, quando illud eſt maius; veluti, quia in eo Patriarcha præeſt; aliàs ſecus, concl.138. ſub num.87.
Abſq; conſenſu Capituli non poteſt Synodum congregare, nec ibi ſtatuta condere, concl. 138. num.88.
In Concilio Prouinciali, ibi tanquàm caput intereſt, concl.128.nn.237.
Impedire non poteſt, quin Concilium Prouinciale aliquid decernere valeat, concl.138.nn. 89.vbi ratio aſſignatur.
Concilio Prouinciali præſidens, non à ſe illam poteſtatem ſolus habet, ſed benè vnà cum ſuffraganeis colleggialiter, ibi ſub n.89.
A Concilio Prouinciali excommunicari poteſt, ibi num.90.
Eo mortuo, vel impedito ius conuocandi Prouinciales ad Coepiſcopos deuoluitur, nec ad illius Capitulum cum iuriſdictionalibus tranſit, ibi nu.91. vbi ratio aſſignatur.
Archiepiſcopalis Eccleſia Olim dari poterat in titulum Cardinali Diacono, adueniente legitima ætate, ſed hodie contrarium reperitur diſpoſitum, vt ibi n.95.& 96.
Archiepiſcopis, quãdo concedatur alternatiua, vide in Verbo Alternatiua, & concl.97. n.29. cum ſeqq.
Archiepiſcopus an poſſit habere Fiſcum, & in delictis ad illius forum ſpectantibus, ſiue mixti fori pœnam pecuniariam imponere, ac eius Cameræ applicare valeat, vide in Verbo Epiſcopus, & in Verbo Iudex Eccleſiaſticus, & in concl.139. pertotam, quia ibi infinita memoriæ mandanda inuenies.
ARCHIPRESBYTERATVS eſt dignitas, & Archipresbyter Presbiterorum Decanus appellatur, concl.140.n.1. & 10.
Ille non cadit ſub gratia, niſi exprimatur, quòd ſit prima dignitas in Collegiata; aliàs ſi dignitas non eſſet, tunc ſub gratia veniret, concluſ. 140. num.2.
Et ad hunc effectum, quomodo probetur collegialitas, vide ibidem.
Iſta dignitas tribus modis eſſe poteſt, & primo ab erectione, & tunc ſine dote cõſtitui poteſt, ſecundo ex conſuetudine; tertio ex præſcriptione, ibi n.3.
Archipresbyter dicitur maior Cantore, atq; eo eminentior, ibi n.4.
Extende, vt ibi num. 5. & ibi ratio aſſignatur.
Et vocem in Capitulo habere poteſt, quia in eo continetur, ibi n.6.
Contrarium, n.7.
Declara, vt n.8. & 9.
Archipresbyteratus multas qualitates habet, quas non habet Canonicatus, cum ille non optetur, ſicuti cęterę præbendæ, & ſedeat in ſuo loco particulari, non autem ſecundum antiquitatem, ibi n. 9.
Archipresbyteri Rurales Vicarijs Parrochialium, & earum Clero pręferuntur, concl. 140. num.10.
Declara tamen, vt n.13 & 14.
Dicitur ſimplex beneficium Archipresbyteratus, quando habeat aliquam iuriſdictionem, & in eo Cura animarum nõ ſit neceſſaria, ibi num 15.
Illum, vel Archidiaconatum impetrans à Papa, mentionem facere tenetur, ſi ſit cum Cura, vel ſine, ibi nu.16.
Ille cum beneficio Curato ſunt inuicem incõpatibilia, ibi nu.17.
Et licèt Archipræsbiter ſit minor Archidiacono in adminiſtratione; ſecus tamen eſt ratione Diuinorum, quia tunc illo eſt maior, concluſ.140.n.18.

P 2 De-

Declara, vt in Verbo Archidiaconus, concluſ. 137. ſub nu. 6. & 18.
Eo abſente Decanus in eius locum ſuccedit, & illius iure vtitur, concl. 140. n. 19. & concl. 137 num. 53.
Archipræsbyteratus, cum ſit dignitas, etiam, quòd non habeat præbendam eſt incompatibilis cùm Canonicatu, ſub eodem tecto, ſine diſpenſatione, ibi nu. 20.
Archipresbyter non habet in Parrochianos iuriſdictionem fori contentioſi, ſed tantùm pœnitentialis, concl. 140. n. 23.
Item nullam habet iuriſdictionem in ſuo Archipresbiteratu, ſed omnia Epiſcopo referre debet, nec aliquid contra eius decreta ordinare poteſt, ibi n. 24.
Non poteſt inobedientes coercere, eiſquè pœnam iniungere, ſed omnia debet Epiſcopo denunciare, ad effectum, vt contra eos procedere poſſit, prout ſibi benè viſum videbitur, ibi nu. 25.
Fallit, vt ibi n. 26.
Poteſt monere Clericos, vt munera eis iniungenda præſtent, & facienda ſuis loco, & tempore faciant, & in euentum inobedientiæ poteſt omnia Epiſcopo referre, vt contra eoſdem procedere poſſit, vt ibidem.
Poteſt iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta amicabiliter componere, & admonere ſeminantes diſcordias in Choro, vel in ſacrario vt à prædictis deſiſtant, ſed non per viam iuris ibi num. 27.
Informationes extraiudicialiter ſumere poteſt, ſed non in figura Iudicij, ſuper Matrimonijs à forenſibus, & illas poſtea ſuſceptas ordinario tranſmittere, ibi n. 28.
Archipresbiteratus ætatem annorum viginti quatuor completorum requirit, concluſ. 72. num. 74.
ARCHITECTVS ſi non benè colligauerit machinam, & illa ceciderit, & hominem interfecerit, tunc culpa illi imputari poteſt, & arbitrio iudicis puniri, concl. 150. ſub n. 12.
ARCHIVIVM eſt locus publicus, & Sacrarium, vbi ſcripturæ publicæ Ciuitatum, & Iucorum reponuntur, & ſeruantur, concl. 141. num. 1.
Quando habet debita requiſita, tunc dat robus ſcripturæ, quæ teſtibus caret, & alios defectus patitur, ibi nu. 2.
Vt probet inter cætera requiritur, vt publicus Officialis ei præſit, ac de illius deputatione, & legalitate conſtet, ibi n. 3.
Archiuiſtæ aſſertioni de conſuetudine creditur, ſi extrahendo ſcripturam de Archiuio dicat, ſe Archiuiſtam; licèt ſecus de iure, concl. 141. num. 4. & 5. & concl. 123. n. 127.
Declara, vt concl. 141. n. 8. cum ſeqq. & vide in Verbo Conſuetudo.
Illi tamen non creditur ſuper eo, quòd ſcriptura ſit de eius manu ſcripta, ſed ad id probandum erit neceſſaria ſufficiens recognitio, maximè ſi ea à Statuto (prout eſt in Vrbe) eſſet ordinata, concluſ. 141. num. 6. & 7.
Archiuium ſcripturis non dat robur contra nõ ſubditos, immò nec etiam contra ſubditos, quando ſolemnitates, & requiſita Archiuij publici non concurrunt, concluſ. 120. num. 120.
Contrarium, ibi n. 119.
Et vt det robur ſcripturis, illæ in eo infra quindecim dies exhiberi debent, concluſ. 123. num. 74.
Probat ſolum in territorio, non autem extra illud, concl. 123. n. 118. & concl. 141. n. 10.
Fallit, quando lis eſſet inter ſubditos Archiuio, quia tunc illud etiam extra territorium inter eos probat, concl. 123. nu. 119. & concl. 141. num. 11.
Scripturæ penitus informi robur non præſtat, ibi n. 129. & concl. 141. n. 12.
Non poteſt ſupplere defectum in ſubſtantialibus verſantem, neque facere fidem de vna ſcriptura, quę in Archiuio non extet, nec quòd vnus actus, qui ſit imperfectus fiat perfectus; ſecus ſi defectus non ſit in ſubſtanialibus, veluti eſſet carentia ſigilli, aut ſubſcriptio Notarij, concl. 123. n. 130. & concl. 141. n. 13.
Archiuiſta legitimus ſcripturas ex Archiuio abſquè vlla ſolemnitate exemplare poteſt, ibi n. 121. & concl. 141. n. 16.
Fallit, vt in concl. 123. nu. 122. cum ſeqq.
Item extende, & declara, vt concl. 141. nu. 17. cum ſeqq.
Archiuium, quando præſumatur Epiſcopi, vel potius Capituli, vide concluſ. 141. num. 22. remiſſiuè.
Illius auctoritas non ſuffragatur ſcripturæ, quãdo in eo aliæ ſcripturæ non authenticæ, veluti in folio volanti, & abſq; ſigno Notarij reperirentur, concl. 141. n. 25.
Illius Bulla annullans Inſtrumenta rogata in Vrbe per Notarium matriculatum, non habet locum, quãdo conſtaret de legalitate Notarij, & de rei veritate; népè illam rem fuiſſe factã, quamuis etiam de tenore rei factæ non conſtaret, ibi n. 35.
Plura vide in Verbo Scriptura.
ARGVERE de falſo volens ſcripturam, ſiue dicta teſtium, quæ ſeruare teneatur, vide quæ dixi in concl. 123. nu. 156. cum ſeqq. & in concl. 148. in fine.
ARGVMENTVM à contrario ſenſu eſt validũ, & præſertim in vltimis voluntatibus, concluſ. 142. num. 1.
Illud operatur, vt pro expræſſo dabeatur id, quod in ſenſu contrario dicitur, concluſ. 141. num. 2.
In Statutis eſt validiſſimum, & præſertim, quãdo Statutum diſponeret in caſu à iure nõ prouiſo, ibi nu. 3. & ibi exemplificatur.
Declara, vt ibi n. 4.
Valet à contrario ſenſu conditionis appoſitæ, ibi nu. 6.
Non eſt admittendum, niſi ſtrictè ſumatur, nec extrinſecus aliquid adijciendum venit, ibi n. 7.

Et

Et quando ſtrictè ſumi dicatur, vide ibidē. n.8.

Non valet, quando eius diſpoſitionis correctio induceretur, ibi n.10.

Non ſumitur contra ſenſum expræſſum diſpoſitionis, de qua agitur, neq; per illud dicta expræſſa diſpoſitio reuocatur, concluſ. 142. num.11.

Non habet locum in Statutis ad correctionem iuris communis, ibi n.12.

Fallit quando verba Statuti in ſenſu directo nihil operari poſſent, ibi nu.13.

Non ſumitur ex lege, quando indè alterius legis correctio ſubſequeretur, ibi n.14.

Valet, quando eſt ſumptum ex coniunctione duarum legum, vel duorum Capitulorum eiuſdem legis, & tunc vocatur argumentum ex interpræratione, ibi nu.15.

Non valet, ſi ſit ſumptum ex dictis Doctorum concl.142. nu.16. vbi rationes, & exemplum aſſignantur.

Non valet in materia ſtricti iuris, ibi n.17.

Contrarium, nu.18.

Non valet, quando ex eo abſurdum reſultaret, veluti ſi illud ſumendo, quis debuiſſet iactare ſuum, quod in iure nullo modo tollerandum venit, ibi n.19.

Non eſt admittendum, quando ex eo prauus, & iniquus intellectus ſequeretur, veluti ſi eo ſumpto potius præſumeretur dolus, quàm culpa, ſiue maior, quàm minor dolus, concl. 142.nu.20.

Non eſt ſumendum ad effectum amiſſionis, vel ſui iuris reuocationis, quia nemo illud velle facere præſumitur, ibi n.21.

Non eſt accipiendum in ſenſu litteræ, ſed debet eſſe quoquè à contrario ſenſu mentis ſtatuentium, ibi nu.22.

Non ſumitur ex verbis Inſtrumenti, contra expræſſam mentem contrahentium, concl.142. num.23.

Non ſumitur ex verbis Sententiæ, concluſ.142. num.24.

Non eſt ſumendum, quando legibus repugnantia ferer, ibi n.25.

Non ſumitur ex lege ambigua, quia poteſt vario modo interpræṭari, ibi n.26.

Non valet, in materia vltimæ voluntatis, ad derogandum expræſsè diſpoſitis per teſtatorem, ibi nu.27.

Argumentum valet de vltimis voluntatibus, ad contractus, concl.142.n.28.

Declara tamen, vt ibi nu.29. cum ſeqq.

Valet de contractibus, ad iudicia, concl.142. num.39.

Valet de delicto, ad contractus, concl.102. ſub nu.12. & concl.142. nu.40.

Non procedit de deportato, ad foro iudicatum, concl.142. n.41.

Non procedit à delicto in committendo, ad illud in omittendo, ex iuris diuerſitate, concluſ. 142.n.42.

Valet de Statuto, ad pactum, concl.142. n.43. vbi exemplificatur.

Valet à ſolito in materia probationum, concl. 142. nu. 44.

Extende, vt ibi n.45. & 46. vide in Verbo Solitum.

Fallit ſi illud ſolitum non eſſet honeſtum, quia tunc non eſſet ſeruandum, ibi nu.47. vbi ratio & exemplum aſſignantur.

Valet à ſępius iudicatis, & à conſuetudine, ibi num. 48.

Valet à communiter accidentibus, & præſertim in coniecturanda voluntate teſtatoris, concl. 142. nu.49.

Valet ab vſu, & conſuetudine Patrisfamilias ſolentis aliquod Priuilegium concedere, concluſ.142.n.50.

Valet ab æquiparatis, & ſimilibus, ibi n.52.

Extende id in tantùm eſſe verum, vt alleganti ſimilitudinem non procedere, onus probandi incumbat, ibi n.53

Sed ab æquiparatis non valet, ſi omnimoda æquiparatio non concurrat, & per viam regulę, ibi n.54.

Item ab æquiparatis, & ſimilibus non procedit, quando induceretur ſimilitudo in materia controuerſa, & ſic de actibus turbidis, & vario modo conſideratis, ibi n.55.

Ab æquiparatis, & ſimilibus non ſumitur in materia priuationis, ibi nu.56.

Ab æquiparatis, & ſimilibus non ſumitur, ex lege ambigua, vt ſi ea multis modis interprætari poſſet, ibi n.57.

Item ab æquiparatis, & ſimilibus non procedit, data aliquali diſſimilitudine, ibi nu.58.

A caſibus expræſſis, ad eos non expræſſos non valet, ſi æquiparatio omnimoda non ſit facta, & pręſertim eadem ratione non concurrente, ibi nu.59.

Valet ſumptum de voto expræſſo, ad votum annexum, ibi n.60.

Sed hæc opinio non placet auctori, ibi nu.61. vbi rationem aſſignat.

Valet de Iudice ad quem, ad Iudicem laicum ſuper alimentis incidenter præſtandis, concl. 142.num.62.

Declara, vt ibidem, & n.63.

Valet de Procuratore, ad Magiſtrum, ibi n.64. vbi exemplificatur.

Valet de ſpurio, ad ſeruum in Emphiteuſi, concluſ.142.nu.65.

Valet de feudo, ad Emphiteuſim, concl.78. n. 44. & concl.142.n.66. & concl.154. ſub n.21.

Declara tamen id eſſe verum, quando ius feudorum eſt in ratione naturali, & iuſta fundatum, nec aliter de iure reperitur deciſum, ibi num.66.

Valet de feudo, ad ius Patronatus, quoad modum ſuccedendi, ibi nu.67.

Sed de feudo, ad Emphiteuſim non ſemper valet, neq; in omnibus procedit, concl.142.nu. 68. cum ſeqq.

De feudo, ad Emphiteuſim non procedit, quando eadem ratio non ſubeſt, concl.142. num.72.

Valet ab inueſtitura ad immiſſionem, quæ fit ex l. fin. C. de Edic. Diu. Adria. tollen. concluſ. 142. n. 73.
Valet de exhęredatione Filij, ad priuationem Vaſalli à feudo, ſed non è contra, concl. 142. num. 74.
Valet ab identitate, & maioritate rationis, ibi nu. 75.
Valet de minori, ad maius; vndè ſi ſit prohibitum alicui, quod eſt minus, eidem cenſetur prohibitum quod eſt maius, ibi nu. 76.
Extende id in tantùm valere, quod nunquam fallit, ibi n. 77.
Contrarium, quando diuerſitatis ratio concurreret, ibi n. 79
Item de maiori ad minus valet; vndè quando eſt conceſſum alicui, quod eſt plus, eidem cōceſſum cenſetur quod eſt minus, ibi n. 78.
Fallit quando diuerſitatis ratio concurrit, vel in diſpenſatione; Item quādo diſponens limitatiuè proceſſit, ibi n. 78. 80. & 81.
Item fallit, vt in concl. 23. n. 3.
Vt inducatur ab idētitate, & paritate rationis, non eſt inducenda extenſio, ſed benè comprehenſio; Item eſt inducendum per propriū non autem per ſubauditum intellectum, concluſ. 142. n. 82.
Tenet de legitima, ad debitum ex Statuto, ibi nu. 83. vbi exemplificatur.
Procedit de dote, ad legitimam, cum dos loco legitimę ſuccedat, concl. 142. n. 84. vbi datur exemplum.
Valet de legitima ad vitam, & militiam, & è cōtra, ibi nu. 85.
Fallit tamen, vt ibi nu. 86.
Valet de alimentis, ad dotem, & è contra, cum ea inſimul æquiparentur, concl. 89. nu. 88. & 448. & concl. 142. n. 87.
Declara, vt ibi n. 87.
Rurſus declara, ibi d. concl. 89. n. 90.
Sed non valet de alimentis, ad excarcerationē, concl. 84. n. 140. & concl. 89. n. 296.
Valet à collatione, ad imputationem in legitimam, negatiuè tamen; at ſecus affirmatiuè, concl. 142. n. 88.
Valet de lege, ad teſtatorem, & è conuerſo quando tamen eadem ratio concurrat, concl. 142. n. 89. & 90.
Valet de re, ad perſonam, & de perſona ad rem ibi n. 91. & 92. datur exemplum.
Valet de tempore, ad locum, ibi n. 93.
Valet de re, ad tempus, ibi d. n. 93.
Valet de tempore præterito, ad præſens; dummodo aliqui actus intermedij contrarij non probentur, concl. 100. n. 35. & concl. 142. nu. 99. 104. & 105.
Declara quatuor modis, vt in concl. 100. n. 34.
De prætetito ad pręſens non valet in materia editionis ſcripturarum, concl. 61. n. 6.
Rectè procedit de ſucceſſione, ad tutelam, quia tutela, quæ dicitur onus à fauore ſucceſſionis regulatur, concl. 142. n. 94.
Fallit, vt ibi n. 96.
Item procedit de præſenti in præteritum, ibi num. 97.
Extende id eò magis procedere, ſtante breuitate temporis, ibi n. 98.
Contrarium, nu. 100.
Sed de præſenti in præteritum non valet, quādo non conſtaret de initio, & de continuatione ſtatus illius rei, ibi n. 101.
Item quando ſtatus pręſens nullo modo cum origine rei de tempore prèterito conuenire poſſet, ibi n. 107.
Item de pręſenti in præteritum non valet, in his, quorum facies, & natura eſt tempore mutabilis, ibi n. 102.
Item de pręſenti in Pręteritum non valet, quādo pręſens ſtatus eſt prorſus ab illo difformis, ibi nu. 103. & ibi ratio aſſignatur.
De præſenti in pręteritum valet, quando ſumus in tempore limitato, etiam ad iuris communis correctionem, concl. 143. n. 05.
Valet de Matrimonio carnali, ad ſpirituale, concl. 142. n. 108. & 109. & ibi datur exemplum.
Declara tamen, vt n. 110. cum ſeqq.
Valet de furioſo, ad mentecaptum, quia inuicē æquiparantur, ibi n. 109.
Valet de reputatione, ad non reputationem, vel contrariam reputationem, concluſ. 142. num. 112.
Illud ab abſurdo euitando eſt in iure validiſſimum, concl. 13. num. 7. & concluſ. 142. num. 113.
Item valet à ſuperfluo euitando, ſed valdè fragile dicitur, ibi n. 13. & 14.
Item illud ab otioſitate verborum valdè periculoſum dicitur, ibi num. 115.
Valet à ſignificatione, & ab ethymologia nominis, & vocabuli, ibi n. 118.
Argumentum data inſtantia corruit, concl. 142. num. 119.
Valet de toto, ad partes, etiam reſpectu temporis, ibi n. 120.
Valet à veriſimili mente diſponentis, ſi ita interrogatus fuiſſet teſtator, concluſ. 142. num. 122.
Extende illud quoq; procedere in Papa, concluſ. 142. n. 123.
A veriſimili mente diſponētis valet, in commiſſionibus, reſcriptis, ſi Papa interrogatus ita reſcripſiſſet, ibi n. 124.
Valet ex eo ſumptum, ſi teſtator voluiſſet, vtiq, expreſſiſſet, ibi n. 125.
Valet à veriſimili reſponſione ſtatuentium, ibi num. 126.
Sed à veriſimili mente diſpoſentis non valet, in diſpoſitionibus conditionalibus, concl. 142 num. 127.
Illud ſumptum ex gloſ. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. dicitur valdè fallax, & periculoſum ibi nu. 128.
A correlatiuis eſt in iure optimum, concl. 128. ſub nu. 910.
Declara tamen id procedere, dummodo inter

ea diuerſa ratio non vigeat, concl.142.n.129.
Extende primo idem procedere in Criminalibus, ibi nu.131.
Extende ſecundo idem procedere in materia correſpectiuorum, concl.142.nu.122. vbi ratio aſſignatur.
Tenet quando ſumitur à præcedentibus, & ſubſequentibus in materia Iuris ceſſi, concl.152.n.134.
Valet de libertate, ad piam cauſam, concl.142. nu.135.
Declara, vt nu.136.
Valet de adoptione, ad legitimationem, cum a pari procedant, concl.142.nu.137.
Valet à cauſa teſtati, ad cauſam inteſtati, concl.142. nu.138.
Valet à neceſſario antecedenti in omni materia, quantumuis ſtricta; imò etiam in Sententijs, ibi nu.140.
Valet à ceſſante ratione legis, ibi n. 141.
Valet ab auctoritate Poetarum, Scriptorum approbatorum in Studijs, Philoſophorum, Grammaticorum, Prophætarum, & Pſalterij, concl.142. nu.142.
Declara tamen illud eſſe argumentum probabile, ſed non neceſſarium, concl. 142. nu. 143. vbi ratio aſſignatur.
Item ab auctoritate Maiorum, vel Cronicarũ dicitur probabile, ſed non neceſſarium, concl.142.nu.144.& 145.
A caſu Belli, vel Peſtis, ad caſum inundationis, non valet, ibi nu.146.
Non valet ab extenſione, ad ſubrogationem, ibi nu.147.
Declara, vt ibidem.
Non valet à Iuriſdictione temporali, ad terminos Eccleſiarum, ibi n.14.8.
Non valet de diuiſione Prouinciarum temporalium, ad dignitates Eccleſiaſticas, concluſ. 142.nu.149.
Non valet ex vſu, ad poſſeſsionem, neque ex non vſu, ad non poſſeſſionem, concl. 142. nu. 150.
Non valet, quòd damnato Iure Patronatus, cenſeatur quoque damnata ſepulturæ conceſſio, ibi n.151.
Non valet in diſpoſitione negatiuè concepta, nec quando inducta ad vnum finem operarentur contrarium, nec quando in contrario ſenſu eadem, vel maior ratio reſultaret, ibi nu. 152.
Non ſumitur in caſu omnino omiſſo, concluſ. 142.nu.153.
Sed valet de delicto, ad vltimas voluntates, concl.89.nu.52.
Illud ab effectu ſubſequuto eſt firmiſſimum, concl.109 ſub nu.9.
De liberis, ad pias cauſas in materia teſtamenti valet, concl.123.n.96.
Valet de maioratibus, ad feuda, concl. 94. ſub num.10.
De minore, ad Eccleſiam in iure valet, concluſ. 85. nu.208.
Non valet à poteſtate conferendi beneficia, ad poteſtatem reſignationes recipiendi, nec è contra, concl.1.n.85.
Item non valet de ſubrogante, ad ſubrogatum, concl.128. nu.175.
Sed valet de toto, ad ad partes, concl.164. ſub num.75.
ARMA Regulariter ſunt vetita, quia deferens illa, & præſertim prohibita animum maleuolum habere cenſetur, concl.143.n.1.
Fallit, vt ibi nu.2.
Arma, & Arteghariæ, quãdo veniant in venditione Caſtri, vide ibi in fine.
Armatos homines coadunare nemo poteſt, niſi cum Principis licentia, ibi n.3.
Armorum delationis pœna eſt cõfiſcationis bonorum deportationis, ſiue bannimenti, concluſ.143.n.4.
Intellige tamen, vt ibidem.
Eorum delationem, ſi Statutum prohibeat à pulſu, ſiue ſono Campanæ de ſero, tunc illud incluſiuè venit intelligendum; ſi verò Arma deferri permittat à pulſu Campanæ de mane, ſtat excluſiuè, concl. 143. num.10.& ibi ratio differentię aſſignatur.
Extende, vt ibi n.11. cum ſeqq.
Eorum appellatione non ſolùm veniunt ſcuta, Gladij, & Galeę, ſed etiam fuſtes, & Lapidea concl.80. n.8.& concl.143. n.14. & 17.
Declara id eſſe verum impropriè, non autem propriè, vt ibi n.19.
Item eorum appellatione venit omne id, quod eſt aptum nocere, concl.143.n.15.
Declara, vt n.23. & 24.
Extende, quòd eorum appellatione veniant quoq; Arma deffenſibilia; item quæ ante factum non venirent, ea poſt offenſam veniunt, ibi n.20.
Sed eorum appellatione non veniunt dentes, ibi n.21. vbi ratio aſſignatur.
Armorum genus triplex eſt vt in d. concl.143.n. 22. 23. & 24.
Illa deferre, quibus fuerit prohibitum de iure digeſtorum; item de iure Codicis, & de iure Authenticorum, & nouiſſimo, vide ibi n. 26.
Et eorum delatio, quando ſit prohibita mulieribus, forenſibus, nobilibus, diuitibus, Ruſticis, & militibus, & qua pœna tales perſonæ, ſi ea deferant ſint puniendæ, vide ibi n. 27.cum ſeqq.
Eorum vſus Regulariter vbiq; eſt prohibitus, ibi ſub nu.29.
Item eorum delatio, quando Clericis ſit prohibita, vide in Verbo Clerici, & concl.143. nu.35. cum ſeqq. & n.70.
Arma Clericorum debent eſſe lachrymæ, & Orationes, ibi ſub n.41.
Ea cum quibus aliquis eſt inuentus, Fiſco applicantur, vel Bariſello, aut Executoribus, iuxta locorum conſuetudinem, acquiruntur, concl. 143. nu. 44.
Extende id procedere, etiam ſi Arma non ſint eorum, qui capiuntur; imò & ſi pro eis recupe-

cuperandis datur Dominis actio contra Birruarios, ſed contra deferentes tantum, ibi nu.45.
Sed eorum delatio non eſt alicui prohibita in itinere, pro ſui corporis defenſione, quãdo quis per loca periculoſa tranſit, ibi nu.46. & nu.69.cum ſeqq.
Prohibita retinentes domi, quando, & quomodo ſint puniendi. Vide concl. 143.nu.47.
Eorum delationes prohiberi poſſunt generaliter, & particulariter ex cauſa, concl. 143. nu.48.
Illa fabricari, vendi, & emi non poſſunt ſine Principis licentia,ibi nu.49.
Intellige tamen,vt ibidem.
Ea deferens in loco Iudicij, vel vbi Ius redditur, aut in aliqua Congregatione eſt puniendus, etiam ſi ab homine, vel à Iure licentiam haberet, niſi tamen audientia eſſet finita, concl. 143 n.50.
Item ea deferri non poſſunt in Palatio Principis, etiam ſi quis licentiam haberet, & Princeps à ſuo Palatio abeſſet,ibi nu.51.
Contrarium de conſuetudine ſeruatur, concl. 143.nu.52.
Venenata deferens acrius erit puniendus, cum magis quis delinquere dicatur veneno, quàm ferro,ibi nu.53.
Ea deferens in fragranti depræhenſus, ſeu alio modo confeſſus, vel conuictus, poteſt per Iudicem, abſque alio proceſſu puniri,concl.143 nu.55.
Contrarium,nu.56.
Sed illa deferens, an conuincatur per Birruariorum depoſitiones, quòd fuerit in fragranti deprehenſus. Vide latè,concl. 143. num.59. cum ſeqq.
Eorum delatio dicitur leue delictum, ibi ſub nu.58.
Si proiecta in terram reperiantur pœnes plures, quãdo contra aliquẽ ex illis ſit indicium, ad torturam, vel omnes ſint abſoluendi, vide ibi n.63.
Sed ſi reperiantur proiecta pœnes vnum tantum, & ab eo plus, quàm ſex paſſibus non diſtent, tunc præſumitur, quòd ab eo in terram proiecta fuerint, ibi nu.64.
Et arma proijciens, ne reperiantur à familia, punitur, ac ſi cum armis repertus fuiſſet, ibi ſub ſub nu.64.
Iuuentus cum Armis, quis non dicitur, niſi fuerit actu appræhenſus, concluſ.143. num. 65. & 67.
Contrarium, nu.66.
Declara, vt nu.68.
Ea ſolùm defenſiua deferens, prout eſt lorica, Galea, & ſimilia pœna Statuti non erit puniẽdus, cum ea propriè loquendo armorum appellatione non veniant, ibi n.71.
Extende, & declara, vt nu.73. & 74.
Contrarium, num.72.
Sed ea deferens, in quibus caſibus non ſit puniendus, vide ibi n.69. cum pluribus ſeqq.
Armis abutens, & delinquens non iuuatur licẽtia à Iudice ſibi conceſſa illa deferendi, concl. 143.n.99.
Arma, quę Artigliarię vocantur, & Monitiones ſunt de pertinentijs Caſtri, ſeu Ciuitatis, ita quòd eo in feudum conceſſo,ipſa quoq; Arma conceſſa intelligantur, ibi n.100.
Armorum licentia à Iudice cõceſſa videtur,quãdo ille patitur ea deferentem coram ſe comparere, concl.143.n.95.
Contrarium tamen multi tenent, vt ibi n.96.
ARMA, ſiue Inſignia vnius familię, alter propria auctoritate ſumere non poteſt,concl.144 num.1.
Declara, vt num.3.
Arma, ſiue Inſignia Officialium deputatorum, ad ampliandas, vel dirigendas vias Ciuitatis nõ poſſunt ibi per eos in eorum memoriam poni, & ſi fuerint appoſita, & affixa remoueri debent, ibi ſub n.1.
Declara, vt nu.2.
Eorum, atq; cognominis identitas identitatem agnationis, & familiæ præſumi facit, conclnſ. 81.nu.66.& concl.144. nu.5. Cętera vide in Verbo Inſignia.
Armaturæ, & ſcalæ, quando poſſint apponi ad murum vicini, eo etiam inuito, vide in concl. 62. n.108.
ARRENDAMENTA verum valorem beneficij non probant, concl.145.nu.1.
Extende idem etiam procedere in teſte, qui ad arrendamenta ſe refert, ibi n.2.
Quid ſi teſtis deponeret, ſe arrendaſſe, vide ibi nu.3. cum ſeqq. & in Verbo Valor.
Sed quando excuſent à malæ expræſſione valoris,& à pœna regulæ de vero valore exprimẽdo, vide ibi nu.41. cum ſeqq.
Arrendatarius quis probatur, ex eo, quia dat pecuniam, & mercedem locationis pro fructibus futuris colligendis, & contractus tal i modo factus ſuſtinetur, ibi n. 46.
Contrarium, quòd nempè ſolutio anticipatè facta pro arrenda faciat contractum eſſe vſurarium, ibi n.47.
Sed indubio pro excluſione vſuræ venit pręſumendum, vt ibidem.
Arrendatarij Officiorum dicuntur omnia gerere ſub nomine Domini Officij; non autem ſub proprio ipſorum nomine, & contrahentes cũ illis fidem Domini, non autem arrendatarij ſequi videntur, ibi nu.48.
Illi Eccleſię præiudicare non poſſunt, ſi alium in quaſi poſſeſſione conſtituant, concluſ.145. num. 49.
Non tenentur pro culpa, vel delicto à familia illius, qui arrendauit commiſſo, nec ad releuationem, ad quam ipſe arrendans tenetur, ibi num.50.
Arrendatarius Officij Notariatus non tenetur, ad delictum à ſubſtituto Domini ipſius Officij commiſſum, ſed ad illud tenetur ipſe Dominus, qui arrendauit, ibi n.51.
In arrendamentum Epiſcopatus non cadit donum

num, quod ſit Domino pro ſuo iucundo aduentu de rarò contingente, ibi n.52.

Ad Arrendatarios non extenditur conſtitutio pœnalis, quæ loquitur de Domino rei, concluſ.145.n.53.

Arrendatario non prodeſt Priuilegium Domino conceſſum, ibi n.54.

ARRESTVM Carceri æquiparatur, & illud frangens idem eſt, acſi carcerem fregiſſet, concluſ.146. nu.1.

Arreſtari poteſt debitor, ad inſtantiam vnius creditoris, qui ad inſtantiam alterius fuit captus, ibi n. 2.

Limita, vt nu.8. cum ſeqq.

Pro vno delicto arreſtari poteſt, qui pro alio captus fuit, ibi n.3.

Item arreſtari poteſt debitor lite pendente, abſquè attentatorum vitio, quando id fit ad effectum aſſecurandi iudicium, ne arreſtari faciens a poſterioribus præueniatur, ibi n.4.& 5

Contrarium, num.6.

Concorda, vt ibi n.7.

Et vt arreſtum ſubſiſtat crediti iuſtificatio eſt neceſſaria, ibi nu. 8.

Et non ſubſiſtit, niſi prius Mandatum ſeruatis ſeruandis fuerit obtentum, ibi n.11.

Arreſtari non poteſt debitor, ab alio Iudice, quàm ab eo, coram quo cauſa pendebat, niſi periculum eſſet in mora, concl.146. num. 12. & 13.

Arreſtari non poteſt pro cauſa Ciuili, qui fuit captus pro Criminali, concl.146.nu.14. licèt ſub n.15. detur cautela in contrarium optima per creditore.

Non poteſt ille, qui vti ſuſpectus de fuga fuit nulliter captus, ſed ſtatim venit relaxandus, ibi nu.16.

Declara tamen, vt ibidem.

Poteſt Criminaliter, & pro delicto arreſtari ille, qui fuit nulliter, & indebite captus, pro cauſa Ciuili, ibi n.17.& n.18. ratio aſſignatur.

Arreſtari tamen quis non poteſt in die feriata in honorem Dei; licèt in illa fuerit captus, ibi num.19.

Non poteſt reus receſſurus de Curia arreſtari, nequè compelli ad reſpondendum interrogationibus principale negotium tangētibus, niſi dentur diſpoſitiuè per modum Articulorum, ibi nu.20.

Secus autem in eo, qui eſt receſſurus de Curia, vt reſpondeat interrogatorijs, quādo illa eſsēt in actis, & in iudicio data; aliàs ſecus, concl. 146.nu.21.

Item poteſt arreſtari receſſurus de Curia, quādo deberet reſpondere interrogationibus, & litteris Apoſtolicis, donec illis reſpondeat, ibi num 22.

Arreſtatus ſi à Curia recedat, excommunicari poteſt, præcedente tamen citatione, per viam contradictarum, ibi n.23.

Arreſtari, vel ſuſpectus iurari, quando quis poſſit, ex apoca priuata, & quando non, vide concl. 146. n. 24. & concl.153.n.19.

ARRHA contractum nō probat, ſed eſt ſignum futuri contractus, concl.115. ſub n.1.

ARROGATIO quomodo; & de quibus perſonis fiat; & quomodo ab adoptione differat, vide latè in Verbo Adoptio, & concluſ. 58. nu.2. cum ſeqq.

ARS Mæchanica dicitur Mercatura, ſed ea nō vbiq; nobilitatem denigrat, concl.147. num. 1. & 2.

Vilem exercens, quando vnà cum alijs de familia ſit admittendus in præſentando aliquem ad beneficium, vide ibi n.11.cum ſeqq.

Vilem, & Mæchanicam exercentes nobilitatē familiæ denigrant, ibi n.14.

Mæchanicam exercentes, ob eorum ignobilitatem à teſtificando repelli poſſunt, concl.147 num.15.

Declara tamen, vt ibidem.

Artes quæ in multis locis viliſſimæ vocantur, in alijs ſunt magnæ anctoritatis, & ex eis Priores Ciuitatis eliguntur, ibi nu.15.

Artifices nō veniunt appellatione Mercatorum in Statutis, ibi n.16.

Artifex, & non Mercator dicitur quicunquè ſua induſtria operatur, & qui rem emit, vt in aliā formam ſuo opere, & induſtria redactam vendat, ibidem.

Sed in artificio, quando eſt admixta negotiatio tunc tota negotiatio dicetur, ibi n.17.

Artifices habentes publicum ſignum omnibus mercede ſibi conſtituta inſeruire tenentur, quia per illud cum Republica conueniſſe vidētur, ibi n.18.

Prohiberi poſſunt, ne tabulata, banca, & ſimilia ponant, ſi ea vſum priuatorum impediant; Immò id fieri poteſt, etiam ſi non ſint nociua, ibi nu.20.

Prohiberi poſſunt exercere ſulphárariam, vel aliam artem, ob quam malus odor vicino fiat, ibi nu.21.

De imperitia tenentur, quia nemo debet ſe immiſcere exercitio, ad quod nō ſit aptus, concluſ.60.n.82. & concl.147.n.22.

Artes Medicinæ, & Chirurgiæ exercere non poſſunt Clerici, concl.147.n.23.

Artifices alearum non poſſunt prohiberi eas cōficere, per appaltatores ipſarum, concl.147. num. 24.

Plures eiuſdem artis in Ciuitate habere Reipublicę intereſt, concl.147. ſub n. 4. & 24.

Artifici ſi indebitè lis inferatur, eas impenſas repetit, quas vti impeditus in lite lucrari non potuit, ibi n.25.

Artifex vnus ſignum alterius aſſumere non poteſt, concluſ.147. num. 27. & num. 28. ratio aſſignatur.

Extende, vt in concl 171.n.8.

Artifices collectari poſſunt, niſi ſint ita pauperes, vt vix ex eorum arte viuere poſſint, concluſ.147.n.29.

Artem vilem exercere eſt indecorum ei, qui fuit moribus nobilitatis educatus, concluſ 89. num.96.

Ar-

Artificium omne ob continuum exercitium recipit incrementum,concl.131.ſub nu.7.

Artegliariæ, & arma dicuntur de pertinentiis Caſtri,& ideo in illius venditione,ea veniunt, concl.143.in princ.

ARTICVLVS dicitur pars intentionis illud continens,quod quis probare intendit,concl. 148.nu.2.

Articuli,& poſitiones ex libello,illiuſquè ſubſtantia formantur, & loco libelli dantur,concluſ. 148.ſub nu.3.& ibi plures articulorum diffinitiones inuenies,ſed remiſſiue.

Fiunt ad finem probandi, vt per reſponſiones, & confeſſiones partis, ſuper illis ponens, ab onere probandi releuetur,concl.148. ſub n.2. & ibi multa alia notanda, in hac materia habebis.

Et articulans non cenſetur fateri,ſicuti ponens, concl.148.n.3.

Dari non ſolent, niſi cum magna, & deliberata conſideratione, ibi ſub n.6.

Et licèt ſint reuocati; tamen multum faciunt,ad veritatem eruendam,ibi nu.7.

Quando ſunt medio iuramento dati, confeſſio in eis per articulantem facta, contra eundem plene probat,ibi nu.8.

Medio iuramento non dantur, niſi in his, quæ factum proprium concernunt,quia quando de facto alieno agitur, ſufficit credere in conſcientia rem ita ſe habere, ibi nu.9.

Articulus, quando eſt in parte verus, & in parte falſus,in totum negari poteſt,concl.148.n.17. & 22.

Contrarium n.23.

Declara, vt ibidem.

Articulans non prohibetur ad aliud genus probationis ſe extendere,quando in calce articulorum adeſt clauſula, non ſe aſtringens &c. concl.148.n 19 vbi ratio aſſignatur.

Ille,ſiue poſitio confeſſata non cenſetur,quãdo reſpondens ſe refert ad Inſtrumentum,& illud non reperitur, concl.148.n.21.

Illis quomodo debeat fieri reſponſio, vt præciſa,& releuans dicatur. Vide concl.148.n.24. cum ſeqq.

Item ea,quas partes habere debeat, vide ibi, ſub n.2.in fine.

Articuli nihil certi continere dicuntur, quando in eis adeſt clauſula,non ſe aſtringens, &c.ibi nu.20.

Sunt dandi per Dominum cauſæ, quando eſt præſens; aliàs ſi dentur per Procuratorẽ,tũc ille debet habere mandatum in indiuiduo, ad ſic,& ſic ponendum,nec illud ſpeciale ſufficit, ibi nu.30.& 31.

Formati à Procuratore non informato, & habente mandatum generale, ad ponendum, & articulandum, à Domino reuocari poſſunt, etiam non docto de errore, & in ſecunda inſtantia, ibi n.34.& 35.97.& 136.

Obiectiui tribus modis dici poſsũt;nẽpèquoad appellantes,in non appellante,& quoad effectum probandi,concl.148.nu.44.

Et quando ſunt obiectiui, tunc exacta, & ſpecifica probatio requiritur,ibi ſub n. 44.

Declara tamen,vt nu.63.cum ſeqq.

Obiectiui ſi fuerint producti, non datur terminus ad illos declarandos, ſed illis productis erit reſpondendum,ibi nu.45.

Obiectiuos dare poteſt reus,& poſſeſſor contra actorem,ibi nu.46.

Obiectiui contra appellantem, & non de iure dantis illi dicuntur, quando principaliter ius appellantis non deducunt; quamuis in conſequentiam illud includerent, concl.148. num. 47.

De Iure dantis dicuntur, quando ex mera articulantis gratia oriuntur, concluſ.148. ſub num.47.

Et vt non dicantur obiectiui, ad quæ probanda ſe reſtringere debeat appellans,vide concl. 148.nu.48.

Illi tendentes principaliter ad conſeruationem iuris dantis,obiectiui non dicuntur; licèt poſtea virtualiter, & in effectu, ſiue ſecundariò ius aduerſarij excludant, impugnent, ac tollant, ibidem.

Vt dicantur obiectiui ſolùm attenditur, quod primario, & non quod ſecundariò fieri ſolet, ibi nu.50.

Obiectiui dicuntur, quando articulans non intendit ius ſuum principaliter deducere, ſed ius aduerſarij excludere,etiam ſi per excluſionem iuris alieni,vellet articulans iuſ ſuum includere, vel augere, ibi n.51.

Obiectiui dicuntur, quando illis probatis nullum ius acquiritur danti, ſecus vbi illis probatis excluderetur aduerſarius, nec non ipſi dãti ius acquireretur, ibi nu.52.

Illi, vel poſitiones impertinẽtes dicuntur, quãdo,nec per directum, neque per indirectum, aliquo modo cauſæ adminiculantur, concluſ. 148.nu.53.

Sed pertinentes vocantur non ſolùm,ſi directè & principaliter ad cauſam faciant, ſed etiam quando ex leui præſumptione, quouis modo cauſæ adminiculantur, conclu. 148. ſub num.53.

Obiectiui dicuntur in actore de Cappellania honoris, ſiue Prothonotariatus defuncti,quãdo intendit inducere reſeruationem, & excludere gratiam aduerſarij, ibi nu.54.

Declara tamen, vt ibi n.55.

Obiectiui dicuntur, veluti ſi quis diceret, quòd collatio beneficij facta à tali non valuit, quia ipſe erat excommunicatus, ob violentam manuum iniectionem in Clericum,concl.148. num.56.

Obiectiui dicuntur,qui dantur ab impetrante, ob non promotionem aduerſarij infra annum, ibi nu.57.

Illi ſuper exceſſu in taxa,ſiue de exceſſiuo valore dicuntur obiectiui, ibi n.58.

Declara tamen, vt n.59.

Item dati ſuper conſumptione gratiæ dicuntur merè obiectiui, ibi n.60.

Olati

Dati ſuper defectu ætatis ſunt obiectiui, & in eis requiritur ſpecificatio natiuitatis, quoad annum, & menſem, ibi nu.61.
Obiectiui dicuntur attento ſtylo Palatij, vt ſi primus in data non habet clauſulam de Cura animarum; ſecundus verò eam habet, & iſte ſecundus velit dare de Cura animarum contra primum, ibi nu. 62.
Obiectiui poſt terminum ad articulandum datum de ſtylo Palatij non admittuntur, concl. 148. n.71.
Et ratio eſt, quia calumnioſi præſumuntur, ibi num.120.
Fallit, vt num. 113. cum pluribus ſeqq. & num. 159.
Obiectiui licèt in termino dentur; nihilominus ſi non ſint benè ſpecificati, & formati non sūt admittendi, ibi n.72. & 163.
Extende id procedere, etiam ſi ſit obtenta cōmiſſio, quòd exacta eorum forma poſſit omitti, quia tunc ſaltem aliqualiter erunt ſpecificādi, ad hoc, vt contrarium probari poſſit, ne per indirectum defenſio tollatur, concl.148. num.73.
Obiectiui requirunt exactam ſpecificationem nominis, loci, & menſis, nec non aliarum circumſtantiarum, licèt ad diem, & horam ſpecificandam non arctent, niſi eſſent de ſubſtantia materiæ in articulis compræhenſæ, concl.148. ſub num.73. & 164.
Obiectiui debent eſſe benè formati, & ſpecificati, etiam ſi darentur per actorem contra reum, nullum ius pœnitus in beneficio habentem, concl.148.num.74. vbi exemplificatur.
Obiectiui etiam non benè ſpecificati contra abſentem in odium contumaciæ admittuntur, ibi nu.75. & 175.
Dati verbo tantùm in termino non ſuffragantur, niſi illos facto ipſo pars dederit, concl.148 num.76. & 77.
Contrarium, vt ibi n.78.
Concorda, vt ibi nu.80.
Sed in Curia Romana paſſim admittuntur, & ſi pars opponit, tunc Iudex illos admittit, ſaluis exceptionibus, ibidem.
Non admittuntur poſt Sententiam, & litteras executoriales decretas, ſine executas, vt ibidem, & n.111.
Illorum admiſſio in Rota Romana non eſt ordinis Iudiciarij, dummodo tamen ſint pertinentes, quia tunc ſufficit illos fuiſſe receptos à Iudice, & ſuper eis teſtes examinaſſe, concl.148. nu.81.
Quando ambigitur, an ſint admittendi, vel non, tunc Rota illos admittit, Saluo Iure impertinentium, & non admittendorum, ibi n.82.
Notoriè impertinentes omnino ſunt reiiciendi, ibi ſub nu. 82.
Articulos ſi pars facto dederit, & poſtea eos petierit ſibi reſtitui, ad illos corrigendos, tunc Auditor debet prius illos videre, & ſi obiectiuos inuenerit, illos admittere non debet, concl. 148.nu.83.
Secus quando illis ius commune reſpicerent, & de iure dantis eſſent, quia tunc alter terminus, quatenus opus eſſet, aſſignandus veniret, ibi nu.84.
Obiectiui ſi tertiò fuerint repulſi, tunc neq; in ſecunda, neq; in tertia inſtantia amplius dari, & admitti poſſunt, quia tunc impertinentes præſumuntur, ibi n.85. 86. & 139.
Extēde primò id eò magis procedere, ſi calumnioſè darentur, animo protelandi, & differendi litem, & præſertim in cauſa matrimoniali, ibi nu.87.
Extende ſecundò procedere, etiam ſi illi eſſent releuantes in cauſa, ibi n.88.
Merè obiectiui licèt probent contra illum, cōtra quem articulatur; tamen nullum ius ex eis articulanti reſultat, ibi nu. 89.
Obiectiui poſt terminum admitti non debent, etiam per viam reſtitutionis in integrum, ibi num.91.
Contrarium, n.92. & 159.
Concorda, vt ibi n.93.
Dati à Procuratore, ſi erronei detegantur, tunc ille ad iurandum ſuper errore admittitur, quādo eſſemus in beneficialibus; ſecus in prophanis, ibi n.96.
Contrarium, nu.97.
Obiectiui poſt terminum dari non poſſunt, licèt in termino fuerint dati aliqui, ad effectum ſubreptionis, vel ad omnem alium effectum, qui parti eſſet magis vtilis, & proficuus, ibi nu.98. & ibi ratio aſſignatur.
Obiectiui poſt terminum dari non poſſunt, non ſolùm ſi darentur contra probationem iuris aduerſarij, ſed etiam in probationem iuris illius, ibi n.99.
Extende, vt nu.100.
Illi tendentes ad probādum id, quod iam probatum fuit, non ſunt admittendi, quia ſapiunt præſumptionem calumniæ, concluſ.148.num. 100. & 120.
Item obiectiui poſt terminum non admittuntur, nec etiam ad probandum, per confeſſionem partis, concl.148. n.101. & ibi in n.102. ratio aſſignatur.
Obiectiui ſunt dandi in termino præfixo, ad impugnādum ius aduerſarij, etiam ſi ipſe aduerſarius nondum ius ſuum produxiſſet, concluſ. 148.nu.103.
Illos dans ſi proteſtetur, quòd ei liceat eos corrigere, aut nouos dare, tunc illa proteſtatio eum non iuuabit à dādis articulis obiectiuis, quando materia iam erat certa, ſecus ſi poſt terminum ad articulandum orta fuiſſet, ibi num.104.
Declara, vt n.143. cum ſeqq.
Non ſunt admittendi, quando cauſa pendet ſuper alimentis futuris, concl.148.n.110. & ibi ratio aſſignatur.
Illi contradicentes Concilio Tridentino, vti impertinentes non ſunt admittendi, concl.148 nu.112. & 222.
Sed etiam elapſo termino admittuntur articuli,

culi, quando eſſet impetrata commiſſio,vt illi poſt terminum dari poſſent, concl.148. num. 113.
Declara, & extende, vt n.114. & 115.
Obiectiui licèt probari non poſſint poſt terminum per teſtes,poſſunt tamen probari per Inſtrumenta, ibi nu.116.
Obiectiui etiam poſt terminum dari poſſunt per viam exceptionis, contra iuramenta, & iura producta, ibi n.124.
Declara, vt n.126.
Obiectiui licèt nõ admittantur poſt terminum, admittuntur tamen exceptiui, concluſ.148. num.125.
Obiectiui poſt terminum dari poſſunt, quando res eſſet adhuc integra, vel eſſemus propè terminum, quia quando partis non multum intereſt, moram purgare licet, concluſ.148. nu.127.
Contrarium, nn.128.
Obiectiui poſt terminum admittuntur, quando pars aduerſa non contradicit, concl. 148. num.129.
Obiectiuorum admiſſio tenet, quando lapſo termino ad articulandum, Iudex alium terminum aſſignat,& pars non appellat,concl.148. nu.130.
Sed an tunc ſufficiat contradicere, licèt non appelletur, vide ibid.& n.131.
Obiectiui poſt terminnm admittuntur, quando eſſemus in verificatione gratiæ, ſi neutri, ad hoc, vt oſtendatur alteri ius non competere, ibi nu.132.
Obiectiui ſemper admittuntur, quando eſſent dati pro teſtibus abfuturis, concluſ.148.num. 133.
Extende, quòd etiam concernentes petitoriũ in cauſa quoquè poſſeſſorij admittuntur, pro examinandis teſtibus abſuturis,concl.148.ſub num.133.
Obiectiui licèt dari non poſſint in prima inſtantia poſt terminum;poſſunt tamen dari in ſecũda; dummodo in termino dentur, concl.148. num.134.
Fallit tamen,ſi articuli obiectiui ex mala appellatione ruerent, quia tunc etiam in ſecunda inſtantia dari, neq; reformari poſſent, concl. 148.n.135.
Obiectiuos poſt appellationem, an quis producere poſſit ſi in appellatione nihil obiecerit, vide, ibi n.64.& 65.
Obiectiui debent dari benè diſpoſiti, & ſpecificati in bona forma, niſi dans illos in probatione extaret, ibi ſub n.98.
Eorum pertinentia, vel impertinentia, dum controuertitur, terminus datus non currit, ibi n.108.
Declara tamen, vt n.109.
Nonos, vel de directo contrarios iam datos, quando, & quomodo dare, & probare poſſit tertius ad cauſam veniens, vide concl. 148.n.138.
Diſcuſſi in prima inſtantia, ſuper quibus teſtes producti fuerunt prohibentur in futurum admitti, ſicut illi de directo contrarij, concl.148. num.140.
Declara, vt n.141.
Reprobatorij, ſiue repulſatorij fieri ſolent, quãdo per alteram partem fuerunt facti articuli approbatorij, ſiue ſaluatorij, concl.148.num. 142.
Obiectiui poſt terminum, immò etiam poſt concluſum in cauſa dari poſſunt, quando ſuperuenit de nouo illius materiæ obiectę notitia, & in hoc articuiantis iuramento ſtandum eſt, ibi n.143.
Intellige tamen, & declara, vt ibid. & nu. 144. cum ſeqq.
Obiectiui etiam poſt terminum dati in cauſa prophana admittuntur, concluſ. 138. num. 149.
Et an, & quando etiam vſq; ad concluſionem in cauſa, vel etiam poſt illam ſint admittendi, vide ibi n.150. & 151.
Et vt dicantur pertinentes in cauſa prophana ex libello naſci, & ad cauſam aliquo modo facere debent; aliàs impertinentes dicuntur, & per conſequens reijciendi venirent, ibi n.152. cum ſeqq.
Intellige tamen, vt ibidem.
Articuli dicuntur, ab artu, hoc eſt à membro cauſæ, ideò diligenter ab ipſa petitione ſunt formandi, ibi n.155.
Illi, & teſtes etiam de directo contrarij in cauſa Criminali pro defenſione admitti poſſunt, etiam poſt publicatum proceſſum, concl.148. num.156.
Extende, vt ibidem.
Obiectiui in cauſa Matrimoniali, etiam poſt terminum admittuntur, concluſ. 148. num. 157.
Obiectiui dari poſſunt, vbi termini eſſent nulliter ſeruati, & reiterarentur, licèt ab illis articulans excluſus fuiſſet, ſi termini benè, & legitimè ſeruati fuiſſent, concluſ. 148. num. 158.
Obiectiui de ſtylo Palatij, ſiue Rotæ, etiam in tertia inſtantia poſt terminum admittuntur, ibi n.92.& 159.
Nunquam repellnntur ex quacumq; præſumptione calumniæ, vbi de præiudicio irreparabili agitur, ibi ſub n.159.
Obiectiui poſt terminum ſunt admittendi, ſi dētur ad coadiuuandam materiam obiectiuam iam in termino datam; dummodo ex eodem, medio naſcantur, concl.148.n.161.vbi exemplificatur.
Benè ſpecificati, & formati admittendi veniũt, & in dubio tales præſumuntur, concluſ.148. num.162.
Declara tamen, vt ibi n.163. cum ſeqq.
Illis non benè ſpecificatis, vel diſpoſitiuè datis quis reſpondere non cogitur, ibi n.165.
Eorum verba ſunt intelligenda, & declaranda ſecundum verba præcedentia, ibi nu.166. & ibi exemplificatur.

In-

Incerto, vel generico quis reſpondere non cogitur, concl. 148. nu. 167. & nu. 168. ratio aſſignatur.
Item inueriſimili, & ad cauſam non facienti, quis reſpondere non tenetur, concluſ. 148. num 169.
Alternatiuus in cauſa Criminali non reijcitur, ibi num. 170.
Sed quando concernenti factum alienum, vel ius, aut factum proprium, quis reſpondere teneatur, vide ibi n. 171.
Illi dicuntur bene ſpecificati, & admittendi, ſi (Verbi Gratia) in eis diceretur, quòd Eccleſia eſt annexa Hoſpitali à tanto tempore, cuius initij memoria non extat, licèt non exprimat, quòd illud Hoſpitale erat auctoritate Epiſcopi fundatum, concluſ. 148. nu. 173. & ibi ratio aſſignatur.
Obiectiui ſunt admittendi, licèt non ſint bene formati, & ſpecificati, ſi illos dans in probatione eſſet, ibi n. 174.
Sunt admittendi, & boni dicuntur, ſi vnus (Verbi Gratia) ſit infirmitatis, alter verò furoris, ibi nu. 176.
Item boni dicuntur, quando dantur plures materiæ obiectiuæ ab eadem parte, quarum vna ſit benè ſpecificata, aliæ verò non tam benè formatæ, quia tunc tamquam vnitæ, & coadiuuatæ admittuntur, concluſ. 148. num. 177.
Continentes ſimulationem Priuilegij non ſunt reijciendi, ſi in eis ſpecies ſimulationis non fuerint declaratæ, ibi n. 178.
Admittuntur, quando minor, ſiue Eccleſia in eis aſſereret ſe læſam, quamuis non diceret enormiter; dummodo aliàs de læſione in actis cõſtaret, ibi n. 179. & 396.
Illi, in quibus longa poſſeſſio, & fructuum perceptio deducitur, ſufficiunt ad probandam præſcriptionem, licèt in eis nullum verbum de præſcriptione fiat, concl. 148. nu. 180. & ibi ratio aſſignatur.
Debent eſſe facti, & non iuris, concl. 148. ſub num 180.
Non ſunt reijciendi, quando per reum conuentum fuerunt præſentati ſuper poſſeſſione recuperanda, & reſpicerent factum proprietatis, ibi num. 181.
Contrarium, nu. 184.
Concorda, vt n. 183. & 185.
Petitorium concernentes in iudicio manutentionis non ſunt omnino impertinentes, nec irreleuantes, ſed admittuntur, concluſ. 148. num. 182.
Petitorium concernentes ſunt admittendi in principio Iudicij poſſeſſorij, quatenus per eorum probationem excluderetur poſſeſſio prętendentis ſe ſpoliatum; aliàs non, concl. 148. num. 183. & 185.
Illi dicentis ſe eodem die ſpoliatum à diuerſis non cenſentur impertinentes, nec contrarij, ſed veniunt admittendi, cum ad illud idem delictum plures concurrere potuerint, ibi n. 186.
Illi poſt ſuſpenſionem petitorij ab vtraq; parte dati ſuper poſſeſſione, & proprietate, quoad colorandum, vel diſcolorandum poſſeſſorium ſunt admittendi, & eis erit reſpondendum, ibi num. 187.
Sed illi ſuper proprietate dati in interdicto vti poſſidetis ſunt reijcendi, ibi n. 188.
Fallit tamen in interdicto retinendę, vt ibi nu. 53.
Super execrabilitate in materia ſpolij non admittuntur, concl. 148. num. 189. & ibi ratio aſſignatur.
Sed ſuper liquidandis fructibus à ſpoliante perceptis admittendi veniunt, etiam ſi ſpoliator, eidem ſpolio ceſſerit, ibi nu. 190.
At ſecus ſi fuiſsẽt recepti in cauſa principali, quia tunc amplius non recipiuntur in cauſa liquidationis fructuum, ibi n. 191.
Contrarij dari poſſunt, quando perempta eſt inſtantia, & noua incohatur, concluſ. 148. num. 192.
De directo contrarij articulis partis aduerſę in cauſa appellationis non ſunt reijciendi, quãdo teſtes in termino probatorio ſuper articulis partis non plenè probarunt, ibi nu. 193. & ibi ratio aſſignatur.
Et in quibus alijs caſibus, & à quibus perſonis tales dari poſſint, vide ibi n. 156.
Admittuntur ſuper eo, quòd teſtes examinati ſuper articulis partis aduerſæ corrupti, & ſubornati falſum depoſuere, ibi n. 194.
Illi in termino præſentati poſſunt in cauſa appellationis iterum præſentari, & alij teſtes induci ad probandum illud idem, ſi prius pars aduerſa contrarium probauerit, & teſtes in termino repulſatorio publicauerit, concl. 148 num. 195.
Intellige tamen, vt ibidem.
Declaratorij, ſeu additionales cauſam, de qua agitur reſpicientes, ſunt admittendi, concl. 148 num. 196.
Concernentes terras, de quarum decimatione agitur, non extare in Diœceſi releuantes dicuntur, & ſic ſunt admittendi, concluſ. 148. num. 197.
Sed impertinentes, & malè ordinati dicuntur, & ſic ſunt reijciendi, quando eſſent de directo contrarij articulis aduerſarij, licèt id fallat in beneficialibus, ibi n. 198.
Declara tamen, vt nu. 199.
Et quando pro illis ſit concedenda remiſſoria vide in Verbo Remiſſoria, & concl. 148. num. 200. cum ſeqq.
Item præſentati in termino repulſæ illud, idem continentes, quod fuerat poſitum in primis articulis de directo eis partis aduerſæ contrarij, dicuntur impertinentes, & ſunt reijciendi, ibi nu. 207.
Contrarium, nu. 208.
Primam opinionem amplia, vt num. 209. cum ſeqq.
Inuicem repugnantes calumniam arguunt, ibi ſub nu. 209.

Eorum noua admiſſio eſt deneganda, quando teſtes ſuper tota cauſa iurarunt, concluſ. 148. num. 213.
Articulus, vt dicatur nouus, ſiue contrarius, quid ſit conſiderandum, vide concl. 148. nu. 215. & nu. 386.
Criminoſi vti impertinentes non ſunt admittendi, nec illis quis reſpondere tenetur, cum propriam turpitudinem detegere nemo cogatur, ibi nu. 223.
Extende, vt nu. 224.
Fallit pluribus modis, vt n. 225. cum ſeqq.
Illi non ius attentantis reſpicientes non dicuntur releuantes, nec admittuntur, ſi eorum probatio tale notorium non ius non inducat, quod per aliam probationem excludi non poſſet, ibi nu. 233.
Articulus vnus releuans facit, vt cæteri quoquè veniant admittendi, ibi nu. 234. & nu. 236. ratio aſſignatur.
Sed declara, vt ibi n. 249.
Illis tam pertinentibus, quàm impertinentibus eſt reſpondendum de ſtylo Rotæ, licèt ſecus ſit de iure, ibi n. 237.
In Curia Romana ſemper admitti ſolent, cum clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, ibi n. 238.
Extende id præſertim procedere, ſi teſtes ſuper tota cauſa iurarunt, ibi n. 239.
Extende ſecundò id procedere ferè per totam Italiam, ibi n. 240.
Contrarium, nu. 243.
Declara, vt n. 244. cum ſeqq.
Et quid illa clauſula operetur, vide ibi nu. 241. cum ſeqq.
Articuli non dicuntur impertinentes in quibus, quis ab Aduerſario reſponderi petat, quo titulo, & qua cauſa poſſideat, concluſ. 148. num. 250.
Contrarium, n. 251.
Concorda, vt nu. 252.
Articulis reſpondere nòn tenetur emptor conuentus à creditore venditoris pro re empta, ibi nu. 253.
Negatiui impertinentes dicuntur, & admittẽdi non veniunt, cum regulariter negatiua ſit de ſui natura improbabilis, ibi n. 255.
Fallit tamen, vt ibi n. 257. & 258.
Euentuales vti impertinentes non ſunt admittendi, ibi nu. 259.
Declara, vt ibi ſub n. 104.
Interuentionales, quando, & quomodo in cauſa pignorationis ſint admittendi, vide ibi nu. 260. remiſſiuè.
Eorum copia, quando ſit tradenda inquiſito, antequam reſpondeat, vel ſit tradenda ſolùm iis, qui eam petunt ad effectum conficiendi interrogatoria, aut quando clauſi producantur, vide ibi nu. 261. cum ſeqq.
Sed quando clauſi tranſmittuntur, ad hoc, vt examen valeat pars citanda venit, concluſ. 148. ſub num. 261.
Eorũ copia, vbi non datur poteſt apponi clauſula ſaluo iure impertinentium, quia ſi poſt cõcluſum repelluntur, nullus deponere tenetur, ibi nu. 263.
Et vbi ſolent dari aperti, ſi ante examen teſtibus oſtenſi fuerint, non per hoc illi de fide diminnuntur, ibi n. 264.
Secus tamen ſi teſtis fuiſſet allocutus cum parte aduerſa, ibi n. 265.
Et fieri debent ſeruata forma à Statuto tradita, aliàs pro non admiſſis habentur, concluſ. 148. num. 268.
Illorum admiſſio non eſt de ſubſtantia, nec receptionem teſtium vitiat, dummodo illi ſint pertinentes, ibi nu. 269.
Et, vt pro confeſſatis habeantur, quæ ſint neceſſaria, vide ibi n. 24. cum ſeqq.
Articulos datos tacitè admittere cẽſetur Iudex, dum ſuper illis teſtes recipit, concluſ. 148. num. 270.
Et ſi eos admittat Iudex mandando illos intimari parti, ad effectum dandi interrogatoria, & videndum iurare teſtes, tunc non eſt neceſſaria alia citatio, ſi tamen dicta intimatio ſubſequatur, aliàs ſecus, ibi n. 271.
Eorum admiſſio, quando eſt facta parte præsẽte, tunc alia citatio non eſt neceſſaria, ibi num. 272. & ibi ratio aſſignatur.
Item illi, ſuper quibus fuerunt examinati teſtes, eo ipſo cenſentur admiſſi, ſi fuit facta citatio, ad dicendum contra articulos, & Iudex ad examen proceſſit, ibi n. 273.
Illi, ſiue poſitiones dicuntur eſſe de iure libelli, ibi nu 299.
Item illi, & interrogatoria de connexis, & pertinentiis ſupplicationis eſſe dicuntur, concl. 148. nu. 300.
Illi veniunt appellatione actorum, ibi n. 301.
Quando ſuper rei valore fuit dandi, tunc tempus venditionis rei eſt attendendum, concluſ. 148. & ibi ratio aſſignatur.
Et ad hoc, vt articulus ſuper valore rei benè articulantis intentionem concludat, quomodo ſit formandus, diſtingue, vt in concl. 148. nu. 303. cum pluribus ſeqq.
Item quomodo illi ſint formandi pro probanda identitate alicuius rei, vide concluſ. 148. num. 314.
Item quomodo ſint formandi pro probanda liquidatione fructuum, vide concl. 148. n. 315. cum ſeqq.
Quomodo ſint formandi, ad probandam conſuetudinem immemorabilem, vel non immemorabilem, vide concl. 148. num. 331. cum ſeqq. & vide in Verbo Conſuetudo.
Illi ſuper conſuetudine in materia præcedentiæ debent benè actus ſpecificare, aliàs admittendi non veniunt, concl. 148. n. 354. ratio aſſignatur.
Sed illi amplius de nouo non admittuntur, quàdo dicta teſtium publicata, vel dicta fuere, ibi num. 381.
Fallit, vt nu. 384. cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Teſtes.

De-

Declara tamen, quòd Articuli admittantur, ſaluo iure impertinentium, ſi Procurator appellati iuret in animam ſuam, ſiue Principalis, ſe ipſa teſtificata non didiciſſe, concl. 148. n. 383.
Articulus partim nouus, & partim antiquus, etiã poſt didicita teſtificata admittendus venit, ibi num. 385.
Sed nouus non dicitur, ſi in ſubſtantia idem contineat, quod antiquus, licèt in ſono, & verborum cortice differre videatur, concluſ. 148. nu 386.
Et quomodo ſint formandi Articuli ad probandam amicitiam, vide concl. 100. num. 38. remiſſiuè.
Additionales etiam poſt publicationem Proceſſus ſunt admittendi, ſed reus illis reſpondere non cogitur, niſi de nouo citetur, concl. 148. num. 400.
Additionales reiectis primis amplius dari non poſſunt, ibi n. 401.
Articulum falſum producens erit puniendus, licèt non declarauerit eo velle vti pro bono, & fide digno, ibi n. 403.
Intellige tamen, vt ibidem.
Articulus vnus, quando eſt nimis generalis, tunc Auditor R. tæ cogere poteſt partes ad illum declarandum, vel illas à iudicio repellere, concluſ. 168. ſub n. 99.
ARTIGLIARIÆ, & Monitiones ſunt de pertinentijs Caſtri, ſeu Ciuitatis ita, quòd Ciuitate, vel Caſtro in feudum conceſſo, illę quoquè conceſſę intelligantur, concl. 143. n. 100.
ARVNDINETVM, quando veniat appellatione domus, vide in Verbo Domus, & concluſ. 127. num. 6. & 8.
ASCENDENTIVM appellatione omnes veniunt, abſq; termini pręfixione, & ideò in illis repræſentatio ad ſucceſſionem deſcendẽtium non reſtringitur ad certum gradum, ſed omnes veniunt in infinitũ, concl. 149. n. 1.
Illi in concurſu cum deſcendentibus ab hæreditatibus excluduntur, & ad illas deſcendentes admittuntur, ibi n. 28.
Fallit quando eſſemus in feudo antiquo, quia tunc aſcendens deſcendenti ſuccederet, ibi num. 30.
Legitimam in bonis defuncti prętendere non poſſunt, quoties Filij, vel Filię, etiam naturales adeſſent, ibi n. 29.
Plura vide in Verbo Legitima.
Et in pluribus caſibus differunt à deſcendentibus, ibi n. 31. cum ſeqq
Illi in quocunq; gradu exiſtentes ſemper in ſucceſsionibus coniunctos ex vno latere tantùm excludunt, concl. 174. n. 49.
ASSASSINIVM eſt peſsimum genus homicidij, & delictum atrocißinum vocatur, concl. 150. num. 1. & 23.
Aſſaſſini qui dicantur largo modo loquendo, & qui ſtrictò, & an c. primum de Homicid. habeat locum etiam in illis lato modo ſumptis, vel ſolum in illis ſumptis ſtrictè, & propriè, vide ibi nu. 2. cum ſeqq.
Et tale vocatur illud homicidium, quod fit acceptą pecunia, vel alia re, aut ſpecie loco pecuniæ, concl. 150. n. 23. & 65. & concl. 74. nu. 18. in fine.
Extende pluribus modis, vt ibi in concl. 150. n. 24. cum pluribus ſeqq.
Illud delictum immunitate Eccleſiæ non gaudet, concl. 150. n. 24.
Aſſaſſinus ille dicitur, qui nedum aliquo dato, ſed etiam promiſſo homicidium fieri mandat, & talis etiam morte non ſecuta de aſſaſſinio tenetur, ibi n. 28. & 50.
Contrarium, n. 29. 51. & 65.
Et iſtud delictum, quãdo inducatur per ea verba (Amazzate queſto tale, perche ſapete, che la Caſa mia è aperta per voi, & non vi mancarà mai) vide ibi n. 34. & 35.
Aſſaſſini dicuntur, nedum illi, qui inducunt infideles promiſſa pecunia, ad occidendum Chriſtianum, ſed etiam qui ad id opera Chriſtiani vtuntur, ibi n. 36.
Aſſaſſinium ſi committat Clericus Priuilegium Clericale amittit, ibi n. 37.
Extende, vt num. 38. cum ſeqq. & vide in Verbo Clericus.
In huiuſmodi delicto affectus punitur, etiam non ſequuto effectu, ibi n. 53. & vide in Verbo Affectus, & concl. 74. n. 17. & 18.
Aſſaſſinus à quocumq; impunè occidi poteſt, ibi num. 54.
Extende id procedere etiam, ſi ille ſit Clericus, ibi num. 55.
Illius bona à quocunq; occupari poſſunt, ſed illi ad quos ſucceſſio ſpectat in temporalibus, illa conſequi poterunt, ibi n. 56.
Imò iſti tales opprimi poſſunt, etiam illis diebus, in quibus Eccleſia indixit bellatoribus treguas, ibi n. 57.
Item contra illos poſſunt recipi teſtes, etiam lite non conteſtata, & parte non citata, immò ea abſente, ibi n. 58.
Item contra eos alia Sententia non requiritur, niſi declaratoria tantùm, ibi nu. 59.
In hoc delicto appellatio non eſt admittenda, ibi n. 60. & concl. 128. n. 919. & 920.
Item contra illos Iudex procedere poteſt, ex eius mero Officio, ibi n. 61.
Aſſaſſinus defenſionibus, ac alijs dilationibus ſibi debitis de iure renunciare poteſt, ibi num. 65. vbi ratio aſſignatur.
Et ille, vti hoſtis publicus dicitur à lege diffidatus, ideſt extra protectionem legis, & per cõſequens ab omnibus lędi poteſt, ibi ſub n. 62.
Illud delictum committens occidẽdo Chriſtianum, vel id fieri mandans, aut Aſſaſſinos defendens, receptans, aut occultans, excommunicatus efficitur, ibi n. 49. cum ſeqq.
Mandantem in iudicio nominare tenetur, & ſuper hoc torqueri poteſt, ibi n. 63.
Illius hæres rem reſtituere cogitur, etiam lite cum defuncto non conteſtata, ibi n. 64.
Sed talis, quis non dicitur, quando pecuniæ oblatę per mandantem expræſsè non fuerint

per Mandatarium acceptatæ, concl. 150. nu. 65. & n. 66. ratio aſſignatur.

Illud delictum, vt inducatur non ſufficit taciturnitas, & vnius tantum intentio, ſed conſenſus vtriuſq; ſcilicèt tàm mandanti, quàm Mandatarij eſt neceſſarius, ibi n. 67.

Et nunquam contrahitur ex ſpe premij, aut fauoris oblatione, concl. 150. nu. 68. & ibi ratio aſſignatur.

Item tale illud non dicitur, quando fuit datum ſolum Mandatum ad baſſonandum; non autē ad occidendum, licèt mors ſequuta fuerit, ibi num. 69.

Intellige tamen, vt ibid. & n. 70. cum ſeqq.

Aſſaſſinij qualitas, ſiue proditionis, quomodo ſit probanda, ad hoc, vt illud includatur, ſiue excludatur, vide concl. 150. n. 21. & 73.

Sed illius qualitas excluditur, quando mandans eſt præſens delicto, ſi tamen ſit inimicus, etiam quòd Mandatarij non eſſent inimici, & recepiſſent pecuniam ad illud perpetrandum delictum, concl. 150. n. 21. & 73.

ASSECVRATIO alicuius rei ea dicitur, quādo quis alteri rem illius in tuto futuram eſſe, certo ſibi pretio aſſignato, promittit, concl. 151. n. 1. exemplificatur.

Et talis aſſecuratio Nauium, ſiue mercium in multis Regionibus, quæ Maris commoditatē habent, frequenter fieri ſolet, ibi n. 2.

Et ea an ſit contractus nominatus, vel ad emptionem, & venditionem, ſiue locationem, aut fideiuſſionem reducatur, vide ibi num. 3. cum ſeqq.

Aſſecuratio dicitur contractus licitus approbatus, & Reipublicæ vtilis, nec nō rectitudinem, ac Iuſtitiam continere dicitur, ibid. n. 6. & 25.

Aſſecuranti Nauim magis conuenit pecunias dare pro mercium aſſecuratione, quàm fideiuſſione facienda, quia ille grauioribus periculis ſubiacet, ibi ſub n. 3. & 25.

Et talis contractus non valet, ſi altera ex partibus ſciuiſſet, iam Nauim periſſe, ibi n. 7. & n. 8. ratio aſſignatur.

Declara tamen, vt n. 9. cum ſeqq.

Sed quando ea valeat, etiam ſi Nauis eo tempore iam perijſſet, vide concl. 151. n. 9. & 10.

Et ea (Verbi gratia) facta pro ſcutis duobus millibus, in mille tantum ſuſtinetur, ſi merces in ea impoſitæ ſint valoris ſcutorum mille tantùm, concl. 151. num. 12. & num. 13. ratio aſſignatur.

Illius obligatio onerationem ſupponit, concl. 151. n. 13.

Aſſecuratio perſonæ, quando poſſit fieri ab vno Principe in eius loco, cum hoc pacto, vt non ſoluat debita, concl. 153. n. 37. cum ſeqq.

Aſſecurans res communes non præſumitur plus parte ſua aſſecurare voluiſſe, niſi ad vtilitatem etiam partis conſocij id faceret, concluſ. 151. nu. 14.

Super vno Vaſcello aſſecurans non tenetur, ſi fiat oneratio ſuper altero, ibi nu. 15. 16. & 19. vbi aſſignantur rationes.

Item illius promiſſio non extenditur de vno caſu ad alium, ibi n. 15. & 26.

In hoc contractu eſt inſpiciendum id, quod inter contrahentes fuit præcisè conuentum, ibi n. 16. & 26.

Et talis aſſecurans nō tenetur, niſi pro parte ſua, ſi merces erant communes, concl. 151. num. 17.

Aſſecurationes inualidæ efficiuntur, ſi iter impediatur, concl. 151. num. 18. & 26. & ibi ratio aſſignatur.

Et tunc, quid ſit faciendum, vide ibidem.

Et illius pretium reſtitui debet, quoties ipſi aſſecurationi locus eſſe non poſſit, concl. 151. ſub num. 8. & 26.

Aſſecurans Frumentum, vel merces ſuper fragata non tenetur, ſi poſtea oneratio fiat ſuper Barca, ibi n. 19. & ibi ratio differētię aſſignat.

Et primi aſsecuratores non tenentur, ſi Patronus Nauis relicto itinere deſtinato, aliud caperet, ibi n. 20.

Declara tamen, vt n. 21.

Extende id præſertim procedere, quando pro ſecundo itinere nouę aſsecurationes fuiſsent factæ. & eò magis ſi eas ſecundas iàm fuiſse ſolutas conſtaret, ibi n. 22.

Et talis aſsecurator pretium ſolutum repetere volens, ob itineris mutationem, eam vti fundamentum ſuæ intentionis probare tenetur, ibi nu. 21.

Et ad euitandam pretij ſolutionem opponere non poteſt, quòd merces deperditæ non ſint ſuę, vel hędem, niſi conſtaret ex actis eas aliorum Mercatorum eſse, ibi n. 35.

Si ſoluerit in Iudicio executiuo, & poſtea agatur in ordinario de probatione ſiniſtri caſus, onus illum probādi reò aſsecurato incumbit, ſed eo non plenè probato, aſsecuratori iam ſolutum petenti reſtituet, ibi ſub n. 21.

Non tenetur, quando Nauis fuiſset coacta nauigare in alium locum, quia tunc ea non diceretur caſum ſiniſtrum paſsa, ibi nu. 23. & ibi ratio aſſignatur.

De caſu ſiniſtro tenetur, quando Nauis fuiſset capta per hoſtes, & per triduum ab eis detenta, licèt poſtea recuperaretur, & maximè, ſi ob captiuitatem fuiſset effecta deterior, ibi n. 24.

Aſsecuratores tenentur de incurſu Latronum, hoſtium, Piratarum, naufragio, & incendio, ibi ſub n. 24.

Et licitè pretium recipiunt, ob pericula, quibus ſe ſubijciunt, ibi ſub n. 25.

Aſſecuratio Nauis, vel mercium ſub qua forma fiat, vide ibi n. 26.

Aſsecurator, qui de omni riſico, & periculo teneri vellet, excepto iactu, licèt eſset excluſus à detrimento iactus; nihilominus ad naula rerum iactarum teneretur, concl. 151. nu. 27. & ibi ratio aſſignatur.

Iſte contractus illicitus redditur, quoties mutuarentur pecunię pro lucro aſsecurationis, ibi num. 28.

De-

Declara tamen, vt ibidem, & n.29.
Et talis contractus vſurarius non redditur, ob exceſſiuam taxationem, niſi etiam exactio ipſa illius, quod fuit taxatum ſubſequatur, ibi num.30.
Et quando taxatio exceſſiua dignoſcatur, vide ibi nu.32.
Aſſecuratio vitæ alicuius hominis in ſocietate Officij, aut tranſitu per loca Turcarum, Latronum, Hereticorum, aut hoſtium periculis expoſita, licetè fieri poteſt, ibi nu.33. cum ſeqq. vbi contrarijs reſpondetur.
ASSECVRATIO dotis nil aliud eſt, quam ſolutionis promiſſio, ita vt eueniente caſu ille, qui aſſecurauit ſtatim conueniri poſſit, concl. 152. nu.1.
Eam petere poteſt mulier ſuper pecunia ſuo viro debita, ad hoc, vt ea in emptionem bonorum ſtabilium conuertatur, vt poſtea ex eorũ fructibus ea cum viro, & Filijs alatur, concl. 152.n.2.& 24.
Eam dotis maternæ non poſſunt petere Filij Matre mortua, ob vergentiam ſui Patris ad inopiam, ibi n.3.
Illa debetur etiam, quòd de dote non conſtet, niſi per Inſtrumentum confeſſionis per virum emanatæ; at ſecus ſi Inſtrumentum dotale nõ haberet, ibi nu.4.& 70.
Extende, & declara, vt n.5. cum ſeqq.
Eſt facienda pro eo pretio, pro quo reperiuntur emptores, quamuis pretium fuerit minoris, ibi n.15. vbi exemplificatur.
Contrarium, nu.16.
Declara, vt n.17.
Eſt facienda pro ſumptibus in litem à muliere factis, ibi n.18.
Eam poteſt petere vxor, ob vergentiam ſui viri ad inopiam, ibi n.19.
Intellige tamen, vt n.20. cum pluribus ſeqq.
Et quando eam poſſit petere vxor, etiam ſi ſcienter virum inopem acceperit, ibi n.57.& 61.
Item ea per vxorem peti poteſt, etiam ſi dos fuiſſet Socero ſoluta, & ille per apocam priuatam eam conſeruare, & reſtituere promiſerit, eius bona obligando, ibi n.68.
Sed quando per Soceri vergentiam ad inopiam poſſit peti aſſecuratio, vide ibidem.
In aſſecuratione dotis mulier non præfertur creditoribus anterioribus expræſſam hypothecam habentibus, ibi n.69.
Per vxorem peti non poteſt, ſuper bonis ſui viri, quæ fuerint vendicata per creditores, ſi ea Inſtrumentum dotale non habeat, ibi n.70.
Sed ea per vxorem obtenta ſuper bonis ſui viri, & Soceri, Dominij tranſlationem non operatur, ſed ſolum dicitur eidem acquiſita rei aſſecuratæ cuſtodia, ibi n.71.
Contrarium licèt teneant aliqui, vt ibi n.50.
Et operatur, vt bona vxori data, ob vergentiam viri ad inopiam, iure pignoris data cenſeantur, & ſic illa reſtituta pecunia reſtituantur, ibi nu.72.
In huiuſmodi Iudicio vxor debet prius id, quod de viro habet excomputare, & poſtea bona Mariti excutere, & deinde ſi ea non ſufficiant contra tertios poſſeſſores agere, concl.152. nu.38. & 73.
Plura vide in Verbo Dos, & in Verbo Mulier.
ASSECVRATIO Iudicij eſt illa, quæ præſtatur, à debitore carcerato, vel etiam ante capturam, ob ſuſpicionem fugæ, concl.153. n.1.
Aſſecuratio dicitur, vox Barbara, pro vt eſt etiã arreſtum, ibidem.
Aſſecurare Iudicium non tenetur actor, nec reus ſaltem de conſuetudine, quicquid ſit de iuris rigore, ibi n.22.
Declara tamen, vt nu.23. cum ſeqq.
Item vide concl.44. n.12. cũ ſeqq.& concl.135. n.212.cum ſeqq.& concl.146.n.4. cum ſeqq.
Plura vide in Verbo Actor, in Verbo Debitor, in Verbo ſatiſdatio, & in Verbo Suſpectus.
Aſſecurationi Iudicij non eſt locus, vbi pars poſt contractum non fuit effecta deterioris conditionis, concl.153.n.22.
Aſſecutio ſecundi beneficij, quando faciat vacare primum, vide, concl.56. ſub n.144.
ASSENSVS pro feudo dicitur mera gratia, & præſertim in Regno Neapolis, & eſt ſtricti iuris, & propterea ſtrictè interpræstandus venit, concl.154.n.1.
Aſſenſus naturam aſſumit illius diſpoſitionis, ſuper qua interponitur, ibi n.2.
Requiritur in alienatione feudi, & nunquam præiudicat, niſi quoad expræſſa tantùm, ibi num.3.
Nunquam trahitur ad ea, quæ Dominus non cogitauit, ibi n.4.& 9.
Et ſpecialiter ad vnam ſpeciem conceſſus, ad aliam non extenditur, ibi ſub n.4.
Præſtitus ſuper venditione facienda, ad iam factam non extenditur, ibi n.5.
Item ſuper venditione facta præſtitus, ad aliam faciendam non trahitur, ibi nu.6.
Et, quando ad ratificationem non extendatur, vide ibi nn.7.
Præſtitus, vt vendatur Titio non ſuffragatur, ſi poſtea vendatur Sempronio, ibi num 8.& ibi ratio aſſignatur.
Non extenditur de re, ad rem, nec de perſona ad perſonam, nec de tempore ad tempus, ibi num.10.
Ad vnum tempus conceſſus, eo elapſo ille euaneſcere cenſetur, ibi nu.11.
Super debito principali præſtitus, ad pœnam & intereſſe non extenditur, ſi de eis nihil fuerit dictum, ibi n 12.& 22.
Contrarium, n.21.
Concorda, vt n.23.
Corruit, niſi omnes conditiones, & qualitates in eo appoſitæ, & reſeruatæ verificentur, ibi num.13.
Præſtitus ſuper pacto retrouendendi intra tempus à partibus taxandum, non procedit, pro eo tempore à partibus poſtea prorrogato, concluſ.154. num. 14. & ibi ratio differentiæ aſſignatur.

Vt teneat,nedum eſt neceſſaria facultas diſponendi, & nominatio perſonarum ad contractum concurrentium, ſed etiam modus erit verificandus, concl.154.n.15.

Licèt ſit præſtitus ſuper ſingulis in conceſſione Baroniæ contentis; tamen ſi ſit difformis à conceſſione reſpectu ſeruitij illam conceſſionem non validat, ſed nouus aſſenſus eſſet neceſſarius, ibi n.16.

De nouo eſt neceſſarius, quando res retroceditur in eum, qui aliquam rem particularem feudi iam transtulerat, etiam ſi ſuper illius alienatione aſſenſus præſtitus iam fuiſſet, ibi nu. 17.& 18. ratio aſſignatur.

Fallit, vt nu.19. & 24.

Præſtitus ſuper contractu, ad illius reſolutionẽ trahitur, quando ipſa reſolutio ex natura cõtractus veniret, concl.154.n.16.& n.20. ratio aſſignatur.

Extenditur ſecundum naturam cõtractus ſuper quo interponitur, ibi n. 20.

Nouus non eſt neceſſarius, quando contrahens agere valet ad reſciſſionẽ contractus, ob enormem læſionem, ibi n.24.

Eſt neceſſarius in ratificatione alienationis rei feudalis, ſi in illius alienatione fuerit neceſſe eum præſtare, ibi n.25.

Fallit ſi in promiſſione de ratificando aſſenſus reperiretur præſtitus, quia tunc alia ratificatio non eſſet neceſſaria, ibi n.26.

Etiam in ceſſione feudi exigitur, concluſ.154. num.27.

Contrarium, quando ceſſio eſſet facta in augmentum feudi, & ſic Domino eſſet vtilis, vt ſi ea habiliori, & aptiori ad ſeruiendum fieret, ibi num.28.

Sed omnino eſt neceſſarius in alienatione feudi ibi nu.29.

Contrarium, quando alienatio eſſet facta per ſubfeudatarium Domino immediato, niſi tamen feudum eſſet quaternatum, ibi nu.30. & n.31. ratio aſſignatur.

Non eſt neceſſarius, quando alienatio fuit facta præſente Domino, ibi n.32.

Intellige tamen, vt ibidem.

Ille Baronis eſt neceſſarius, quando fit alienatio ſubfeudi alteri perſonæ, quàm Domino, concl.154.num.33. & vide latè in concl.173. ſub n. 12.

Ille Baronis, ſiue Regis, vel vtiuſq; quando eſt neceſſarius, tunc in alienatione feudi, non ſolùm impetrari debet ſuper venditione, ſed etiã ſuper pacto de retrouendendo, ibi nu. 34. & n.35. ratio aſſignatur.

Contrarium, n.36.& 37. ratio aſſignatur.

Impetratus ſuper obligatione feudi ſemper intelligitur impertitus, quatenus alia bona non extent, & ſic in ſubſidium, & non aliàs, ibi num.38.

In retrouenditione, an, & quando requiratur, ibi n 35.36. & 39.

Eſt adhibendus in pacto de retrouendendo, concl.154.num.

Contrarium, num. 41. & ibi ratio aſſignatur.

Item eſt neceſſarius in pacto de non petendo, ibi nu.42.

Obtentus per Patrem à Rege in venditione feudi non ſufficit, ſi conſenſus Filij non cõcurrat, ibi nu.43.

Intellige tamen, vt ibidem.

Non requiritur in diſpoſitione facta de feudo hæreditario in beneficium hæredis in ipſo feudo ſucceſſuri; ſecus reſpectu tertij, qui illud (Verbi Gratia) ſub haſta emiſſet, concl.154. num. 44.

Nunquam validat actum inualidum, præterquã ex defectu conſenſus, ibi n.45.

Regius non eſt ſufficiens ſanare alienationem rei minoris, quæ ex defectu ſolemnitatum eſſet nulla, ibidem.

Requiritur in ſolutione pretij ex re feudali prouenti, quia illud creditoribus non conſignatur, ſi ipſi aſſenſum prædictum non habeant, ibi nu.45

Extende, & declara, vt n.47 & 48.

Illius reſeruatio contractum non ſuſtinet, quãdo eſt tradita poſſeſſio, etiam ſi adeſſet illa clauſula; Nec aliàs, nec aliter, vel alio modo, ibi n. 49.

Extende, vt n.50.

Et tunc dicitur conceſſus, & præſtitus, quando in ſcriptis fuit ſigillatus, aliàs ſecus, ibi nu.52. & n.53. ratio aſſignatur.

Regius non ſuffragatur in alienatione feudi, ſi ſolùm fuerit cõceſſus per Verbum (fiat) Scriptũ manu Principis Memoriali ei ad id oblato, ibi nu.54. & ibi ratio aſſignatur.

Contrarium, nu.57.

Concorda, vt nu.61.

Regius non valet, niſi fuerit expeditus in forma Regiæ Cancellariæ, ibi ſub n.54.

Et quando non reperitur regiſtratus intra tempus in Regia Camera, tunc pro non *præſtito* habetur, ibi n.55.

Et quomodo, & intra quod tempus regiſtrari debeat, vide ibi n.56.

Probari poteſt per teſtes, ſi de eo non appareret in ſcriptura, ibi n.58.

Intellige tamen id procedere, ſi dictum eorum in ſcriptis redigatur; aliàs ſecus, ibi n.59.

Illius materia recipit interpretationẽ, per verba æquipollentia, quando tamen idem ſignificant, ſed ille in dubio ex lapſu triginta annorum præſumitur, ibi n 60.

In venditione alicuius rei interueniens facit illã feudalem præſumi, ibi n. 62.

Ille Domini non eſt neceſſarius, quando alienatio feudi fieret in perſonam à Domino approbatam, ibi n.63.

Item non eſt neceſſarius, quando agnatus alienat feudum in compræhenſum in inueſtitura, vel Emphiteuta in alium Emphiteutam, concluſ.154.n.64.

Regius non eſt neceſſarius, quando alienatio feudi Paterni in proximè ſucceſſurum eſſet facta, ibi n.65.

Secus

Secus ſi alienatio nō fieret in remotiorem, ibi ſub n.65.
Ad conſecutiua extenditur, ibi nu. 66.
Si in obligatione bonorum interuenerit, tunc Iudex poteſt ſine alio aſſenſu ſuum aſſenſum interponere, tamquam conſecutiuum ad aſſenſum Regium, ibidem.
Si pręſtetur ſuper contractu principali trahitur, etiam ad ea omnia, quæ pro illius executione fieri debent, ibi n.67.
Pręſtitus ſuper contractu extenditur quoquè, ad diſtractum, ibi o.67.
Venditioni præſtitus trahitur etiam ad reſolutionem, quæ fit in vim l.2. C. de reſcind. vend. ibi n.69
Omne illud compræhendit, quod tacite fit, per ſubauditum intellectum à lege, concluſ. 154. num.70.
Si conceedatur, ſiue licentia teſtandi de feudo operatur pro illa vice, vt quis de eo, ſicut de re allodiali diſponere poſſit, & ſic ceſſionariū capacem reddit, ibi n.71.
Ad connexa extēditur, & ad omnia illa acceſſoria, quæ ex natura contractus veniunt, ibi n. 74. & ibi ratio aſſignatur.
Præſtitus ſuper alienatione feudi, cenſetur etiā præſtitus ſuper alienatione partis illius, ibi nu. 75. & ibi ratio aſſignatur.
Fauore dotis impetrari poteſt, ſuper feudalibus poſt mortem viri alienatis, ibi n.76.
Declara, vt n.90. cum ſeqq. & n.102.
Impetrari poteſt, per vxorem, mortuo eius viro, ſuper obligatione bonorum feudalium ab ipſo viro, pro aſſecuratione ſuæ dotis facta, non obſtante, quòd hęres Mariti ipſam obligationē, vti ex defectu Regij aſſenſus nulliter factam, reuocauerit, ibi n.77. vbi ratio aſſignatur.
Contrarium, n.78.
Concorda, vt ibi n.79.
Et primam opinionem, extende, vt ibi nu. 80. cum ſeqq.
Regius in Regno Neapolis mulieribus illius Regni præſtitus intelligitur in Inſtrumēto dotali, quia eo loci feuda pro dote obligantur, ibi n.81.
Extende procedere, etiam in donatione propter nuptias, & antefato, ibi n.82.
Extende primò id procedere, etiam ſi Maritus, ſiue dotans ſucceſſore careret, concluſ.154. num.83.
Extende ſecundò procedere, nedum in feudis priuatis, ſed etiam in titulatis, concluſ.154. num.84.
Regius per vxorem impetrari poteſt, nō ſolùm pro dote, ſed etiam pro antefato, vbi Maritus delictum commiſiſſet, ſed nondum de eo accuſatus fuiſſet, ibi n.85.
Declara, vt n.90. cum ſeqq. & n.102.
Regius non eſt neceſſarius in alienatione feudi plani, & de tabula, ac ruſtici; ſecus in alienatione feudi quaternati, concluſ.154. num.86. cum ſeqq.
Per vxorem impetratus, quando alicui præiudicium inferret, tūc ad illius fauorem retrahi non poſſet, ibi n.90.
Contrarium, quando eſſemus in obligatione de euictione alicuius rei, quia tunc ad eam aſſenſus retrahitur, ibi n.91.
Regius poſt ius parti quęſitum obtentus in illius præiudicium non valet, ibi n.93.
Superueniens poſt ſecundam Emptionem factam cum aſſenſu, non conualidat primam Emptionem factam ſine, in præiudicium ſecundi emptoris, ibi n.94.
Regius nihil prodeſt, quando eſt fundatus ſuper contractu, qui per reuocationem fuit annullatus, ibi n.95.
Contrarium, n.96.
Concorda, vt ibi n.97.
Pro præſtito habetur, ſi Princeps acconſentire renuat, concl.154. num.103. & num.104. ratio aſſignatur.
Extende, & declara, vt n.107. cum ſeqq.
Contrarium, num.105. & num. 106. ratio differentiæ aſſignatur.
Aſſenſus, ſiue conſenſus, vbi requiritur in alienatione alicuius rei non refert, ſiue præcedat, ſiue ſubſequatur, ibi n.113.
Declara tamen, vt n. 114.
A Rege præſtitus ſuper alienatione feudi, ita, & taliter ei præiudicat, quòd etiam ſi alienans, ſine deſcendentibus moriatur, illud per Regem amplius reuocari non poterit, ibi n.115. & n.116. ratio aſſignatur.
Illum Regium poteſt etiam præſtare Pro Rex in contractibus, & Emptione feudorum, ibi nu. 117. & 118.
Intellige tamen, vt ibid. d.n.118.
Ex diuturnitate temporis pręſtitus præſumitur, ibi n.119.
De illo impetrato, ſi inter duos contendatur, tunc ille erit præferendus, qui prius aſſenſum obtinuit, ibi n.120.
Ille, qui eſt præſtandus in feudis, requiritur etiā in Emphiteuſi, concl.154. nu.121. & ibi ratio aſſignatur.
Aſſenſus, ſiue actoritas Epiſcopi, quomodo, & quando ſit præſtanda ab ordinario in reſeruatione, ſiue creatione Iuris patronatus, vide ibi n.122. cum ſeqq.
Et quando ille, vt contrahatur in præiudicium alterius iuris medio tempore acquiſiti, & quādo tacitus ſufficiat, & quid ſi eſſemus in tranſlatione Iuris patronatus? & tūc, an ante eam vel poſt interuenire debeat? vide ibi, & præſertim in num.133.
ASSERTIONI Papæ ſtandum eſt, quando atteſtatur de facto proprio, ſiue alieno ſecum geſto, concl.97.n 70. & concl.155.n.1.
Extende id adeò eſſe verum, vt probatio in contrarium admitti non debeat, concl.154. num. 2. & 21.
Item extende, & limita, vt num. 3. cum pluribus ſeqq.
Et facta per verba (vt accepimus) an probet, vel ſit iuſtificanda per partē, vide ibi n.12. cū ſeq.

Facta per illa verba (vt accepimus) vel per illa (ſicut exhibita nobis petitio continebat) non eſt propriè atteſtatio, ſed ſimplex relatio, quòd ita acceperit, ibi n.15.
De idoneitate ab eo prouiſi adeò eam probat, vt alia iuſtificatione non egeat, concluſ. 155. num.22.
Illi in litteris Apoſtolicis factæ omnino credendum eſt, ne ille de mendatio arguatur, ibi nu. 23. & 24.
Statur, quando ſecularizationem feciſſe teſtatur, ibi nu.29.
Statur, quando dicit beneficium eſſe reſeruatum, donec de contrario doceatur, concluſ. 155.n.30.
Statur in præiudicium illius, qui ſupplicationẽ Papæ dedit, ibi n.31.
Et aſſertiua, & enunciatiua verba Papę determinatè prolata per modum cauſę finalis, plenè probant, ibi n.32.
Item aſſertioni Papę, ſe fuiſſe de facto informatum ſtandum eſt, donec de contrario doceatur. ibi n.33.
Sed illi non ſtatur, quando agitur de probando aliquo delicto, vt ſi aſſereret Sententiam fuiſſe ex illius ordine, & voluntate, ac ex cauſis ſibi notis latam, ibi n.34.
Contrarium ibidem.
Concorda, vt ibidem.
Plura vide in Verbo Papa.
Aſſertioni Epiſcopi ſtatur in ijs, quę proprium ipſius pręiudicium reſpiciunt, concluſ.155. num.35.
Item illi ſtatur circa Iuris Patronatus probationem, concl.155. nu 36. & nu.37. ratio aſſignatur.
Fallit tamen vt ibi, ſub n.38. & ibi multa.
Circa qualitates beneficiorum ſuę Diœceſis illi valdè deferendum eſt, concl.155.n.39. & n.41. ratio aſſignatur.
Statur etiam contra Capitulum, quando ea ſit in actis producta à Capitulo, niſi impugnatiuè, ſiue per compulſum producta fuiſſet, ibi num.42.
Statur, quando aſſerit aliquem in poſſeſſione obijſſe, ibi n.43.
Ea in materia pręheminentiarum multum probat, ibi n.44.
Item illi Vicarij ſtatur in pertinentibus ad eius Officium, ibi n. 45.
Sed illi Ordinarij non eſt ſtandum, quando de illius commodo tractaretur, concluſ. 155. num.46.
Item ea Ordinarij non probat in pręiudicium Eccleſię, & ſucceſſorum, ibi n 48.
Illi non ſtatur circa animum reſidendi, ad hoc, vt alternatiua gaudeat, ibi n.49.
Item illa Ordinarij ſuper eo, quòd alienatio rei Eccleſię fuerit facta prędentibus ſolemnitatibus, ſtandum non eſt, cum illę ſint quid facti, & facta non pręſumantur, niſi probentur, ibi nu.50.
Aſsertioni alienantium non ſtatur ſuper eo, quòd res ſit ſolita alienari, ibi num.51.
Item illi Partium non ſtatur circa cauſam vtilitatis, niſi eſſet ſeruata forma à Iure requiſita, concl.155.n.52.
Illa Prælati non eſt ſufficiens ad probandam vtilitatem Eccleſiæ, vel tractatum in alienatione interueniſſe, concl.85.n.327.
Aſſertioni à Cardinali factæ ſtandum eſt: concl. 155.nu.53.
Extende, vt nu.54. cum ſeqq. & vide in Verbo Cardinalis.
Illi Principis de facto ſui prædeceſſoris ſtandum eſt, etiam in præiudicium tertij, concl. 155.nu.58.
Officialis Papæ, vt eſt Legatus, Nuncius, Viſitator Apoſtolicus, ſiuè quilibet alius grauis Miniſter, eſt credendum, ibi nu.59.
Item illi viri Nobilis ſtandum eſt, ibi nu.61.
Extende primò eò magis procedere, circa ea, quæ ad illius officium ſpectant, concluſ. 155. nu.62.
Extende ſecundò procedere in ea viri probatæ vitæ, & famæ, cui credendũ eſt, etiam ſi aliqua Iuris præſumptio aduerſetur, ibi num.63. vbi exemplificatur.
Aſſertioni Iudicis in Sententia dicentis, viſis actis, &c. creditur, ſi apparet acta fuiſſe tranſportata; aliàs ſecus, ibi num.64.
Sed illi non eſt ſtandum, niſi eius fides comprobetur ex actis, ibi n. 66.
Item illi non creditur, ſi atteſtaretur ſe eſſe talem vigore Bullæ plumbatę ſcriptæ in Pergamena lingua Latina, cum Sigillo plumbeo, &c. ibi n.67. & ibi ratio aſſignatur.
Nequè illi executoris mixti eſt ſtandum, niſi ex actis de iuſtificatione gratię conſtet, ibi num.68.
Illi Iudicis non ſtatur, per quàm illius Sententiam iuſtificare vellet, ibi n.69.
Extende, quòd nequè minus illi creditur, quãdo illa tenderet ad eius iuriſdictionem fundãdam, ibi n.70.
Sed aſſertio Iudicis, quando probet minorem ętatem, vide concl.72.n.36.
Plura vide in Verbo Iudex.
Aſſertioni Arbitrorum ſtandum eſt, quando illis eſſet data poteſtas procedẽdi, etiam ſine ſcriptis, concl.155.n.71. & concl.133.n.79.
Contrarium, n. 72. & concl. 128. ſub n. 888. & concl.133.nu.78.
Extende hanc ſecundam opinionem, & declara vt ibi nu.73. cum ſeqq. & concl.133. num.71. cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Arbiter.
Illa Notarij probat contractum fuiſſe celebratum, cum numerata pecunia manualiter, & in contanti, concl.155.n.8.
Extende id adeò eſſe verum, vt qui contrarium dixerit per contrarias, & concludentiſſimas probationes illud probare teneatur, ibi n.81. cum ſeqq.
Plura, Vide in Verbo Notarius.
Aſſertiones, & enunciatiuæ duæ antiquæ, & ſupra hominum memoriam plenè probant, con-

concluſ. 120. num. 83. & concluſ. 155. nu. 89.
Declara tamen, vt in concl. 120. nu. 84. cum ſeqq. & vide in Verbo Enunciatiua.
Aſſertioni officialium plenè eſt credendum in his, quæ eorũ Officium reſpiciũt, & præſertim quando in loco ſtylus ita vigeret, concl. 155. num. 104.
Illi Nuncij ſtandum tamẽ non eſt, circa ſolemnitates in ſubhaſtatione neceſſarias, ibi n. 105
Declara, vt inferius, n. 221. & ſeqq.
Item illi à Birruarijs factæ de vi ſibi illata non creditur, ibi n. 106.
Extende, & declara, vt ibi nu. 107. & vide in Verbo Birruarij.
Item Notarij enunciatiuę Regulariter non creditur, ibi n. 109.
Aſsertio Inſtrumenti nunquam veritati præiudicat, ſed ſolùm ei ſtatur donec cõtrarium probetur, ibi n. 114.
Illi Mariti ſe ſuam vxorem carnaliter cognouiſſe, creditur, etiam ſi vxor contradiceret, ibi num. 118.
Fallit in ea coniugum, quæ votum continentię non probat, ad effectum faciendę ſeparationis thori, ibi n. 119. & ibi ratio aſſignatur.
Secus autem in ea oritorum coniugum in tempore non ſuſpecto facta, quæ valdè ad probationẽ Matrimonij confert, concl. 155. n. 120.
Illi Nuncij ſtatur in his, quæ ad ſuum Officium ſpectant, aliàs ſecus, ibi n. 121.
Extende, & declara, vt n. 122. cum ſeqq. & vide in Verbo Nuncius.
Aſſertioni partium in non prohibitis ſtandum erit; at ſecus in prohibitis, concl. 155. nu. 125. & num. 126. ratio aſſignatur.
Item illi ſtatur in alienatione rei Eccleſiæ, concluſ. 87. n. 115. & 122.
Secus autem in ea aſſertione partium ſuper eo, quòd lis, vel timor litis adeſſet, ad validiandam tranſactionem, quia id aliundè venit probandum, ibi n. 128.
Extende, quod neque ſtatur illi in materia intereſſe, niſi de eo liquidè conſtaret, ibi n. 136.
Aſſertioni illius, qui eſſet prohibitus aliquem actum facere, credendum non eſt, concl. 255. num. 127.
Illi Patris, quæ tenderet ad validitatem præteritionis Filij non eſt credendum, præſertim quando exceptio præteritionis eſſet per Filiũ incontinenti probata, & ea ex parte Patris non vera, ibi ſub nu. 127.
Aſſertioni iuratæ alicuius eſt ſtandum in his, quę in eius animo reſident, concluſ. 155. n. 131.
Extende, quòd illi ſit ſtandum magis, quàm factis ipſis in contrarium indicantibus, concl. 109. n. 11.
Declara tamen, quòd ex præſumptionibus cõtrarium probari poſſit, concl. 155. n. 132.
Extende, quòd aſſertio partis aduerſæ dicentis aliquem dentorem, vel occupatorem eſſe, ſufficit ad probandam poſſeſſionem, ad effectum manutentionis obtinendæ, ibi nu. 133.
Aſſertioni iuratæ minoris contrahentis ſtandum eſt, ſi Decretum Iudicis concurrat, ibi n. 134.
Fallit, vt ibi nu. 135. & 136. & vide in Verbo Minor.
Illi teſtatoris eſt ſtandum, quando de probando errore, & voluntate eiuſdem ageretur, ibi nu. 137.
Extende idem procedere in illa hęredis, & Notarij, cui circa voluntatem teſtatoris maximè ſtandum erit, ibi n. 138.
Subextende id primò eò magis procedere in aſſertione iurata teſtatoris ſuper nullitate, & ſimulatione contractus, cui valdè credendum erit, ibi n. 139.
Subextende ſecundò id procedere, ſi ita aſſerens eſſet morti proximus, ibi nu. 140. & ibi ratio aſſignatur.
Secus autem in ea aſſertione teſtatoris, ſe ſcripſiſſe Teſtamentum coram teſtibus dicentis, quia illi non ſtatur, niſi aliter ex coniecturis appareat, ibi nu. 142.
Ea facta ab offenſo ad exculpandum probat, etiam ſi enunciatiuè fiat, ibi n. 141.
Illa Auctoris probat contra omnes habentes cauſam ab eo, concl. 155. num. 143. & concl. 173. num. 4.
Declara tamen id procedere, ſi ſucceſſor indigeat, vel iure ipſius auctoris vti velit, aliàs ſecus concl. 144. & concl 173. n. 5.
Ea cedentis, quando poſt ceſſionem ceſſionario obſit, vide ibi n. 145. & 146.
Illa vendentis poſt venditionem emptori non nocet, ibi ſub nu. 145.
Ea Parrocchi bonam fidem inducit cõiugibus, dum ipſe diceret habuiſſe licentiam cõtrahendi Matrimonium, quia tunc ipſi coniuges iuſtam cauſam credendi digno viro habuerunt, ibi nu. 147.
Illa viri legalis, & fidedigni iuſtam cauſam credendi præſtat, ac bonam fidem inducit, etiam ad effectum præſcribendi, concluſ. 155. num. 148.
Facta in libello vim confeſſionis habet, eique contra proferentem ſtandum eſt, concl. 155. num. 151.
Fallit tamen, vt ibid. & n. 152. cum ſeqq.
Fallit ſecundò in aſſertione in libello incidenter, non autem principaliter factę, cui ſtandum non eſt, ibi vt nu. 153.
Declara tamen id nõ procedere in delicto falſi criminis vbi confeſſio, etiam incidenter in libello facta contra aſſerentem probat, concl. 155. nu. 154.
Aſſertioni adminiſtratorum aliquid per eos fuiſſe impenſum ſtandum eſt, ſi tamen doceant de legitimis, & iuſtis cauſis, aliàs ſecus, concl. 155. num. 159.
Illi adminiſtratoris allegantis, ſe non adminiſtraſſe, ſed alium, non eſt credendum, niſi per eum alium adminiſtraſſe doceatur, concl 155. num. 160.
Illa Patris, vel Matris an probet ætatem Filij, vide in Verbo Ætas, & in concluſ. 72. num. 33. cum ſeqq.

AS.

ASSESSORIS Officium eſt conſulere Iudici, ſed non iudicare, concl. 156. nu. 1.

Intellige tamen, vt n 28. & 29.

Illius Conſilium tenetur Iudex perquirere in Sententiando, ſed non ſequi, niſi eſſet iuſtum, & iuridicum, ibi ſub n. 1.

Extende procedere etiã in arbitro, qui deberet ſententiare cum voto alterius, vt in concl. 156 n. 1. & ibi declaratur iſta concluſio.

Fallit tamen in adiuncto, vt in concl. 53. n. 9.

Aſſeſſores Principum non poſſunt aliorum Principum, & ſtatuum tranſactionibus intereſſe, nec proprijs commodis inuigilare, ſed ſuo Officio tantùm curam adhibere tenentur, concl. 156. num. 3.

Aſſeſſor conſulere poteſt, tàm partibus præſentibus, quàm etiam abſentibus, & non requiſitis, ibi nu. 5.

Contrarium, nu. 6.

Concorda, vt ibi n. 7.

Sponte per Iudicem electus ſuſpectus iurari nõ poteſt, quia nil aliud, niſi quandam informationem, ſiue ipſiuſmet Iudicis inſtructionem facit, ibi n. 8.

Illius electionem Iudex imperitus facere tenetur, ibidem.

Ille Epiſcopi an, & quando poſſit eſſe Laicus, vide ibi n. 9. & 19.

Electus ex Statuto, vel ex Commiſſione ſuſpectus recuſari poteſt, ſi prius (Verbi Gratia) in eadem cauſa fuiſset Aduocatus, ibi nu. 20.

Declara tamen, vt ibi nu. 22.

Aſseſsor petens munus Aduocationis in Camera, ſi ante Aſseſsoratum Aduocationem exercuerit, nõ eſt opus iurare de nouo, aliàs ſecus, concl. 156. nu. 23.

Aſseſsorum iuramenta, ab illis Aduocatorum ſũt diuerſa, ibi ſub nu. 23.

Secus autem erit in Aſseſsore ordinario, quia ſi in alium locum altiorem præſentatus, vel aſsumptus fuerit, tunc iterum iurare, ſed non iterum examinari tenetur, concl. 156. n. 24.

Si vnus moriatur, tunc Collegium ſuceeſsorem ex pluribus propoſitis eligere ſolet, ibi nu. 25.

Tales eſse non poſsunt, qui de legitimo matrimonio non ſint nati, concl. 156. num. 24. & ibi ratio aſſignatur.

Eorum Conſilium excuſat Iudicem, ſi ex ſua opinione aliquid incongruè actum reſultet, ibi nu. 27.

Neque iniuſtæ opinioni, ac Sententiæ Iudicis ſtare tenentur; ſed ei cõtradicere, & pro poſse reſiſtere debent, ne Populus defectu iuſtitiæ damnum patiatur, ibi nu. 28.

Intellige tamen, vt nu. 29. & 30.

Imò non proteſtantes, nec contradicentes, quando Iudex alicui iniuſtitiam facit, ſunt puniendi, concl. 156. n. 30.

Illis ſalarium etiam non conuentum debetur, ibi n. 31. & ibi ratio aſſignatur.

ASSISTENTIA bonorum dicitur remediũ requirens id, quod Saluianum concernit, concl. 157. nu. 1.

Et eſt terminus valdè frequens in ſacro Conſilio Neapolitano, ibi n. 2.

Aſſiſtentia eſt verbũ, quod in iure pluribus modis ſecundum ſubiectam materiam accipitur, ibi num. 3.

Eam Canonicorum tenetur requirere Epiſcopus, dum in Viſitatione vult procedere in forma Iudicij; licèt eorum Conſilium, & conſenſus non ſit neceſſarius, concl. 1. nu. 46 & concl. 157. num. 3.

Illa autem bonorum, vt concedatur non eſt opus Dominium Principalis debitoris in re, de qua agitur probare, ſed ſufficit probare debitorem illa bona obligata in genere poſſediſſe, concl. 157. n. 4.

Intellige tamen, vt ibidem.

Ea conceditur, etiam ſi prius non liquidetur debitum contra Principalem debitorem, concl. 157. num. 5.

Et vt obtineatur ea expræſsè, & clarè peti debet, quia petita non cenſetur ſub clauſula (petens ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari) concl. 157 num. 6.

Illam bonorum ad finem vendendi olim petere conſueuerunt peritiores Aduocati, concl. 157. num. 10.

Eam impedire non poteſt tertius poſſeſſor pretium offerendo, concl. 157. num. 15. & ibi ratio aſſignatur.

Illam, quis petens pro dote, & dotis vſufructu, ſi obtineat, ſed ab eo Decreto fuerit reclamatum, tunc pendente reclamatione Actori, vſusfructus debetur, ibi n. 20.

In vim illius agens, ac eam obtinens non poteſt amplius ſuper alijs bonis variare, concl. 157. num. 21.

Iſtud ius ſpacio triginta annorum pręſcribitur, ibi num. 22.

Ea etiam ſuper feudo ex Generali obligatione peti poteſt, ibi n. 23.

Intellige tamen, vt ibidem.

Plura vide in Verbo Adiudicatio.

Illa exercendi iuriſdictionem in omnibus locis Diœceſis Epiſcopo competit, qui cum in illis ſuam intentionem fundatam habeat, manutenendus venit, ibi n. 24.

Extende, quòd etiam illa Epiſcopo competat circa quaſipoſſeſſionem conferendi beneficia in ſua Diœceſi, & in ea manutenendus venit, ibi nu. 25.

Subextende, & limita, vt num. 26. cum pluribus ſeqq.

Plura vide in Verbo Epiſcopus.

Aſſiſtentia alicuius in homicidio caſualis, & non præmeditata pręſumitur, concl. 157. n. 33. & concl. 175. n. 3. & 21.

Ex ea ſola in homicidio irregularitas non incurritur, niſi aſſiſtens directè, vel etiam indirectè in eo aliquid fuerit operatus, vt puta inflamando, & animando percuſſores, vel quid ſimile faciendo, concl. 157. num. 34. & concl. 175. n. 18.

ASSOCIANTES homicidam ad locum tutum, &

& illum à manibus inimicorum, vel Curiæ defendentes, quando de homicidio teneantur. Vide concl. 175. nu. 4. cum ſeqq.

ASSOCIATIO, ſeu Mandatum de aſſociando, eſt concedendum ei, qui in Inſtrumento clauſulam cõſtituti, ſiuè præcarij habet, dummodo Inſtrumentum clarum, & liquidum ſit, concl. 158. nu. 1.

Eſt concedenda, abſquè vlla partis poſſidentis citatione; ſed propria auctoritate à familia aſſociatus, poteſt bonorum ſibi obligatorum poſſeſſionem capere, ibi nu. 2.

Eſt concedenda, etiam contra tertium poſſeſſorem, qui ex ſingulari titulo poſſeſſionem fuit adeptus, ibi nu. 3.

Conceditur Domino cenſus ad poſſeſſionem bonorum cenſualium, ob moram debitoris in ſolutione fructuum, ibi nu. 4.

Extende idem procedere ad fauorem fideiuſſoris, in illo contractu cenſus adhibiti, ibidem.

Subextende etiam, quòd ea, vigore clauſulæ conſtituti contra Minorem, & Eccleſiam conceditur, concl. 158. nu 5.

Et nèdum eſt concedenda creditori, ſed etiam illius ceſſionario, ibi nu. 6.

Item conceditur, licèt interim ſit mortuus cõſtituens, vel conſtitutarius, ibi nu. 7. & ibi ratio aſſignatur.

Fallit, vt num. 8.

Sed poſt mortem conſtituentis non conceditur, ſi res, quam ſe pro alio poſſidere conſtituit, fuerit ab eius hærede appræhenſa, & conſtitutarius poſtea poſſeſſionem naturalem appræhendere neglexerit, vt ibi num. 8. & ibi ratio aſſignatur.

Sed non conceditur, quando contractus, in quo fuit appoſita clauſula conſtituti, efficeretur nullus, ibi nu. 9. & ibi ratio aſſignatur.

ASTROLOGIA duplex eſt, Alia Diuinatiua, & Dæmonum conſultiua, ſiue ambitioſa, & hæc eſt prohibita; alia verò eſt Naturalis, per quã Aſtrorum naturalis curſus inueſtigatur, vt ex eo aliquod iudicium habeatur; veluti ſerenitatis, pluuiæ, peſtis, & ſimilium, concl. 159. num. 1.

Naturalis eſt præcipuè Agricolis, Nautis, & Medicis permiſſa, concl. 159. ſub nu. 1.

Illius appellatione in dubio intelligitur de permiſſa, ad hoc, vt delictum euitetur, concl. 159. num. 2.

Sed licèt per multos dicatur inutilis, & non de pane lucrando; nihilominus inter ſeptem artes liberales connumeratur, concluſ. 159. num. 3.

Aſtrologùs ſi aliquid ab alio recipiat, ob iudiciariam Aſtrologiam, illud in conſcientia reſtituere non tenetur, etiam ſi mendacia dicat, vt regulariter Aſtrologi facere conſueuerunt, concl. 159. nu. 4. & nu. 5. ratio aſſignatur.

Iudiciaria fuit prohibita à Sixto V. de 1585. præterquã circa Agriculturã, Nauigationem, & artem medicam, illiuſq; conſtitutionem innouauit Vrban. Octauus primo Aprilis, 1631. & multas pœnas contrafacientibus infligit, vt ibi ſub num. 3.

ATRAMENTI diuerſitas Scripturæ ſuſpicionem non inducit, concl. 123. num. 155. & concluſ. 125. n. 20.

Contrarium, ibidem n. 21.

Concorda, vt ibi n. 22.

ATTENTATVM nil aliud eſt, quàm omnis actus, ſine rationabili cauſa, lite, appellatione, aut his æquipollentibus pendentibus, à Iudice, ſiue à parte, aut ab habentibus cauſam ab eis, in contemptum iuriſdictionis, & præiudicium partis factus, officioq; Iudicis, cuius fuit læſa maieſtas in primis, & ante omnia reuocandus, concl. 160. num. 2.

Attentatorum reuocatio, ſi coram alio Iudice, quàm eo appellationis petatur, in nihilo ſuffragatur, ibi nu. 3.

Extende, quòd eorum reuocatio coram Iudice appellationis eſt ficta, etiam ſi in commiſſione adeſſet facultas reuocandi attentata, cum ea ſit, prout de iure intelligenda, concl. 160. num. 4.

Fallit, vt nu. 5 & 6.

Illa Iudicis à quo reuocari debent à Iudice ad quem, non obſtante clauſula (ſine retardatione executionis literarum Apoſtolicarum, ibi num. 7. & 9. & ibi nu. 11. ratiò aſſignatur.

In illis magis Iudicis contemptus, quàm ius partis venit attendendus, concluſ. 160. num. 11. & 88.

Eorum reuocatio in quacumq; parte litis peti poteſt, antequam tamen ſit concluſum in cauſa, ibi num. 12.

Sed quando adſunt ab vtroquè latere litigantium, tunc omnia hincinde vnico contextu reuocanda veniunt, ibi n. 13.

Et attentatum, quando eſt in parte, tunc idem eſt, acsi fuiſſet attentatum in totum, ibi n. 14. & ibi ratio aſſignatur.

Et an fuerint adinuenta ex iure poſitiuo, Naturali, aut Diuino, vide ibi nu 15.

Attentatum eſt vox, quæ Antiquis Doctoribus fuit incognita, ibi n. 16.

Attentata multipliciter à Doctoribus conſiderantur, & ex multis cauſis proueniunt, vt eſt Pendentia litis. Recuſatio Iudicis, Cauſę auocatio per Superiorem facta, Appellatio, & ſimiles, ibi nu. 17.

Dolum in attentante præſupponunt, ibi nu. 18. 34. & 274.

Imò ille eſt neceſſarius, ad hoc, vt quis attentaſſe dicatur, ibi n. 34.

Attentas dicitur eodem tempore ius, Iudicem, & partem lædere, concl. 135. n. 140. & concl. 160. ſub nu. 18.

Dicitur deteſtabilior ſpoliante, & odioſior Diabolo, concl. 160. ſub nu. 18. & 271. & ibi ratio aſſignatur.

Et eorum remedium dicitur æquum, iuſtum, vtile, facile, ac magis priuilegiatum, quàm illud ſpolij, concl. 160. n. 19.

Eorum reuocatio fit, aut Iudicis Officio Mercenario,

cenario, quando ſcilicèt ad inſtantiam partis petitur, aut Officio nobili, ſine partis inſtantia, concl. 160.n.21.
Eorum purgatio, quæ fit Iudicis Officio dicitur remedium extraordinarium,cui non eſt locus, quando per viam ordinariam agi poſſit, concluſ.160.nu.22.
Illa non cauſat,qui in ſua poſſeſſione continuat, ibi n.204.
Extende, vt ibidem.
Sunt reuocanda,etiam ſi pars non inſtaret,præſertim, quando ea fuerint in ſpretum inhibitionis commiſſa, ibi n.25.
Extende id procedere, etiam ſi inhibitio eſſet iniuſta, ſed Rotalis tamen, vt ibi nu.26.& 27. vbi ratio aſſignatur.
Imò reuocari poſſunt etiam ad inſtantiam illius, de cuius intereſſe non conſtet, ibi n. 28. & ibi ratio aſſignatur.
Contrarium in concl.129. nu .71. & concl.135. num.112.
Non ad inſtantiam partis, ſed ex Officio Iudicis ſunt reuocanda, quando verè conſtaret, de notorio non iure petentis reuocationem, ibi n.29.& 115. cum ſeqq.
Sed ad hoc, vt non purgentur, ob bonum ius attentantis, de eo, aut per rem iudicatam, aut per confeſſionem partis conſtare debet, ibi nu.30.& 209.
Attentatum,ac innonatum dicitur quicquid pendente appellatione, vel tempore ad appellandum erit actum, & illud in primis, & ante omnia eſt reuocandum, concl. 160.num.32.& 37. & concl.129.num.23. cum ſeqq. & concl. 135. nu.138.
Extende. quòd Iudex aliter faciens iniuſtitiam facit, concl.135.ſub n.138.
Declara tamen primò id procedere,dummodo cauſa eſſet appellabilis; aliàs ſecus,concl.160. num.33.
Item declara, vt ibi n.34.
Non ſunt reuocanda, ſi ab ingnorantibus fierent, concl. 129.ſub n.76.& concl.160.nu.34. & ibi ratio aſſignatur.
Et ſunt purganda, quoad omnes proceſſus, & ea ſemper executionem, cum omnibus indè ſecutis reſoluunt, concluſ. 160. n.35.& 242.
Et niſi purgentur, non eſt procedendum in negotio priccipali, etiam ſi iudicium eſſet ſpolij, ibi nu.36.
Fallit, vt ibi n.42. & prius concl. 129. ſub num. 45. & 69.
Eorum cauſa, quando eſt obſcura, & altiorem indaginem requirit, tunc vna cum negotio principali eſt expedienda, ibi n.37.
Reijci poſſunt, quando ſunt turbida, vel à negotio principali pendent, aut conſtat de malo iure petentis eorum reuocationem, concl. 135.num.111. 112.& 113.cum ſeqq.& concl. 160.num.37.& 38.
Quando habent cauſam cum negotio principali coniunctam ſeparari non poſſunt,ibi n.40.& & 255.
Extende id eò magis procedere, quando Sentētia lata in cauſa connexa pareret exceptionem rei iudicatæ in cauſa principali,concl.160 num.41.
Non impediunt,quominus in negotio principali procedatur, quando poſt commiſſionem cauſæ, de attentatis non fuit oppoſitum, ſed immò in negotio principali diſcuti fuerit tolleratum, concl.160.num.42.& concl.129.ſub nu.45. & 69.
Intellige tamen, vt ibi n.97. & 98.
Actualiter, & integrè etiam, quoad expenſas ſunt purganda, neq; ſufficit depoſitio partæ ſummæ, cum obligatione reſtituēdi reſiduum, liquidatione facta, concl.135.n.141.& concl. 160.n.43.258.& 265.
Intellige tamen, vt concl.135.num. 142. cum ſeqq. & concl.160.nu.45. cum ſeqq. & n.258. cum ſeqq.& n.279.
Eorum expenſæ, quando non ſunt liquidæ, an proceſſum ad vlteriora retardent, vide concl. 135. nu. 96. cum ſeqq. & concl.160.n.47. cum ſeqq. & 277. & ſeq.
Sunt reuocanda etiam, ſi nō fuerit appellatum, vel fuerit quidem appellatum, ſed nulliter; concl.160.n.51. & concl.129.n.47.
Contrarium, concl.129.num.44. & 70. & concluſ.160.n.52.
Concorda, vt concl.129.num.48. cum ſeqq. & concl.190.n.53.
Et licèt non renocentur in appellatione extraiudiciali, per viam attentatorum, reuocantur tamen via ordinaria, ſiue Iudicis Officio, concluſ.129.n.51.& 207.
Reuocanda veniunt, ſi appellatio extraiudicialis fuerit Iudici, & parti notificata; aliàs ſecus ob iuſtam cauſam ignorantiæ, concluſ. 129. num.52.
Pendente appellatione in primis ſunt reuocanda, ſi inhibitio præceſſerit; aliàs ſecus, concl. 160.num.54. & ibi ratio aſſignatur, & concl. 129.nu.262.
Per inhibitionem, illa cauſantur, quando ea fuerit actualiter præſentata, & executioni demandata, aliàs ſecus, concl.160.n.55.
Extende, vt ibi n. 56.cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Inhibitio.
Attentata, an dicatur executio. vel poſſeſſio capta, vigore trium conformium poſt inhibitionem, vide concluſ. 160. num. 67. 68. & 224 cum ſeqq.
Attentata per conſenſum, vel ratificationem partis excluduntur, concl.129.n.87. & concl. 160.n.101.& 103.
Extende id procedere, ſiue ille conſenſus ſit expræſſus, ſiue tacitus, concl. 160. num.60. 96. & 234.
Per inhibitionem cauſantur, etiam ſi appellationi, cuius vigore emanauerat inhibitio fuerit per appellantem tacitè, vel expræſſe renunciatum, ibi n.61.
Item cauſantur per inhibitionem, etiam ſi Iudex ad quem, qui inhibuerat pronunciaret malè

lè fuiſſe appellatum,& benè iudicatum, concl. 160.nu.62.

Item per inhibitionem cauſantur, etiam ſi ipſa inhibitio fuerit per Procuratorem aſſertum, cum cautione de rato obtenta, concluſ. 160. nu.63.& 106.

Licèt non dicantur geſta, pendẽte recurſu; fallit tamen, ſi inhibitio præceſſerat, concluſ. 160. num.72.

Per inhibitionem cauſantur, etiam ſi ipſa inhibitio emanauerit in vim Commiſſionis appellationis, quę ob nõ redditionem pro Apoſtolis prætenderetur deſerta, concluſ. 160. nu. 73. & 220.

Extende idem procedere in his, quæ fuerunt, geſta poſt inhibitionem emanatam, vigore Commiſſionis reſtitutoriç, prout de iure, ibi num.74.

Fallit, vt nu.75. & 76.

Eorum reuocationem non impedit exceptio excommunicationis, ob recurſus ad Iudices laicos incurſæ, ibi n.79.& 275.

Eorum proſequutio, ſeu appoſitio curſum fatalium impedit, concl.160.nu.80.& concl.129. num.285.

Et non ſolum de iure ſunt purganda, ſed nec etiam de facto vnquam nocere poſſunt, concluſ.160.n.81.& 257.

Etiam in cauſa Criminali ſunt reuocanda, ibi num 82.

Dicuntur facta poſt appellationem ab interlocutoria, ſi tamen Iudex ad quem inhibuit; aliàs ſecus, concl.160.num.83.& prius concl. 129.nu.80.

Poſt appellationem ab interlocutoria commiſſa non reuocantur, niſi prius conſtiterit de grauamine, vel appellans ſe illud probaturum obtulerit, vel niſi reſpectu eius, quod fit contra appellationem, concl.160.n.84.

Non reuocantur poſt Sententiam interlocutoriam, vel grauamen extraiudiciale intra tempus appellandi, vel poſt appellationem à falſo Procuratore interpoſitam, niſi poſt talem appellationem iuſtificatam, concl.160. num.85.

Item poſt appellationem à grauamine non reuocantur, niſi prius de ipſo grauamine conſtiterit, concl.129.nu.72.& concl.160.n.130. & nu.131. ratio aſſignatur.

Eorum reuocatio non impeditur, etiam ſi non fuiſſet iuſtificata cauſa in appellatione expreſſa, ibi n.86.

Declara, vt n.87.

Poſt Sententiam interlocutoriam, ſiue extraiudiciale grauamen commiſſa, nõ per viam attentatorũ, ſed per illam nullitatis reuocanda veniunt, concl.160.num.96. & num.97. ratio aſſignatur.

Intellige, vt n.98. & ſeq.

Illis renunciaſſe cenſetur, qui paſſus fuit Sentẽtiam in iudicatum tranſire, concl.68. & concluſ.160. ſub n.100.

Fallit tamen, quando ille talis ignorauit eam nullitatem, ſiue ſpolium, vt ibidem.

Poſt rem iudicatam, non per viam attentati, ſed per eam nullitatis reuocanda veniunt, concl. 160.nu.100.

Extende, & declara, vt n.101. cum ſeqq.

Illis renunciatum cenſetur, quando attentans fuiſſet admiſſus ad probandum ſuum bonum ius, & illud probaſſet, concl.160. num.102. & concl.129.ſub n. 45. & 69.

Intellige tamen, vt concluſ. 160. num. 103. & 104.

Appellatione deſerta reuocanda non veniunt, concl.129. ſub nu. 216. & 220. & concl.160. num.106.

Declara tamen, quòd illa per viam nullitatis reuocanda venirent, ibi n.107.

Extende ea quoq; non venire reuocanda poſt concluſum in ea, ibi n.106.

Declara tamen. vt ibidem.

Sed in dubio non ſunt præſumenda, ibi nu.108. & concl.129.n.77.

Facta à Procuratore ſpeciale Mandatum non habente, non per viam attentatorum, ſed per eam nullitatis reuocanda veniunt, concl.129. num.66. & concl.160. nu.109.& nu.110.ratio aſſignatur.

Declara, vt n.111. cum ſeqq.

In tertio Regulariter non conſiderantur, concluſ.160.num.118. & 119.

Fallit, vt n.125.cum ſeqq.

Et per partem, vnà cum tertio commiſſa, non per viam attentatorum, ſed per illam nullitatis reuocanda veniunt, concl.129.num.73. & concl.160.n.120.

Non cauſantur ex geſtis in diuerſa cauſa, concl. 160.n. 22.

Et quæ dicantur ad hunc effectum cauſæ diuerſę, vide ibi n.123.remiſſiuè.

Extende, vt nu.124.

Attentare dicitur tertius, quando habet cauſam à parte, quæ eſt in lite, ibi n.125.

Sed id facere non dicitur, qui habet poſſeſſionem à tertio, ibi n.126. & 200.

Item attentare non dicitur Iudex, quando Sequeſtrum ad inſtantiam tertij factum reuocat, ibi n.127.

Attentatum, an dicatur id, quod fecit Iudex in cauſa non vocato tertio, qui coram eo, comparendo proteſtatus fuerat; nihil fieri niſi eo citato, vide concluſ.160. num 128. & 129.

Attentata an dicantur geſta per principalem quando inhibitio fuit ſolùm Procuratori intimata, vide concluſ. 160. num. 92. 93. & num. 94.

Non reuocantur, quando talis reuocatio ſcandalum afferre poſſet, veluti ſi ageretur de exhumando corpore mortuo, concluſ.160. nu. 132.

Item ſi de diminutione cultus diuini ageretur, cum declaratione tamen, vt ibidem.

Non dicuntur geſta à Papa, quia ille non attẽtat, ſed immò potius prouidendo vitium

litigioſi tollit; maximè ſi mentio de lite facta fuiſſet, concl.160.c.133 & 134.
Attentata poteſt eſſe poſſeſſio capta in vim prouiſionis Apoſtolicæ, licèt ipſe Papa non attẽtet, ibi n.135. & 192.
Attentatum non dicitur id, quod lite pendente Apoſtolica auctoritate fuit geſtum, concl.160 num.136.
Et quaudo dicantur attentata geſta per executorem literarum Apoſtolicarum, vide ibi nu. 138. cum ſeqq.
Conſiderari non poſſunt reſpectu Iudicis, qui poſt delationem appellationis, nil innouauit; ſecus ſi è conuerſo, ibi n.141.
Declara, vt n.147. & ſeqq.
Attentare non dicitur pars ſi ignorauit, quòd Iudex appellationi detulerit, concluſ. 160. num.42.
Attentata non cauſantur ex iniuſtitia in terminis Ægidianæ, niſi ea ſit notoria, concluſ. 160. num.143.
Sed ceſſant in omnibus caſibus, in quibus eſt prohibita appellatio, ibi n.144.
Eorum renocatio, quoad præterita non habet vim poſſeſſorij recuperandæ, & retinendæ ſi pars non habuit ſe pro ſpoliata, licèt quoad futura vim retinendæ ſapiat, concl.160. num. 146.
Attentata lite pendente, ſuper remedio retinendæ poſſeſſionis non ſunt tunc temporis reuocanda, concl.160.nu.149.& n.150.ratio aſſignatur.
Extende, vt n.151.& 155.
Non cauſantur, vbi Ægidiana intrat, licèt ſecus quando Sententia mixturam contineret, ibi nu.152.& 153.
Intellige, vt ibi n.154.
Eorum purgatio non eſt neceſſaria, quando ſumus in vltimis audientijs Rotæ, concl.160. num.158.
Fallit in ſpolio violento; quia illud prius venit, purgandum; licèt ſecus, quando illud eſſet ſolùm attentatum, ibi n.159.
Poſt concluſum in cauſa an, & quando ſint purganda, vide ibi n. 61. & 161.
Illis non eſt locus, quãdo Iudex executiuè procedere potuit, ſiue quando lis calumnioſa eſſet, ibi 162.
Extende, vt n.163. cum ſeqq.
Ab illis excuſat ignorantia Decreti, ob temporis breuitatem, intra quod non potuit eius notitia in partibus haberi, ibi n.167.
Reiecta per Signaturam Sanctiſſimi, cum ea Clauſula (conſtito de bono iure) Sententiam non annullant, nec nullitas ex eo capite attentatorum apponi poteſt, concluſ. 160, num.168.
Attentata non dicuntur ea, quæ fiunt à Iudice poſt inhibitionem, poſt tres Sententias ad executionem procedente, in vim Commiſſionis reſtitutionis in integrum, prout de iure, concl.160.num. 169. & num.171. ratio aſſignatur.
Contrarium, quòd ſcilicèt attentata cauſa pendente reſtitutionis ſint reuocanda, concl.160. n.170. & 218.
In beneficialibus non reuocantur, quando de bono iure conſtat, ibi n.173.
Non ſunt reuocanda poſt lapſum viginti annorum, niſi eſſemus in ſpolio attentato, ad quod enim præſcribendum requiruntur anni trigi̇nta, ibi nu.174.
Eorum reuocatio, ſi non fuerit petita in prima inſtantia, poterit peti in ſecunda, concluſ. 160.nu.175.
Poſt inhibitionem, etiam Rotalem non inducuntur, quando vigore obligationis Cameralis, ſeu guarentigiæ ageretur, concl.129.n 88. & concl.160.n.176.
Itellige tamen, vt in dicta concl. 160. nu.176. cum ſeqq.
Non ſunt reuocanda, quando ex ea reuocatione cultus Diuinus diminueretur, concl. 135. num.144.
Non reuocantur per appellationem, ab interlocutoria, concl.128.n.24.& concl.160 n.152.
Non ſunt reuocanda, ſi reuocatio citra euidẽtem iniuriam fieri non poſsit, ibi n.75.
Non reuocatur, quando procedi debet manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta, concluſ. 160. ſub nu.180.
Attentatum illud non dicitur, quod fuit factum, ob aliam rem, de qua lis pendet, concl.129. num.74.
Attentata, quando dicatur poſſeſſio, vide concl. 160.num.182.cum pluribus ſeqq. & in Verbo Poſſeſſio.
Attentatus, quãdo dicatur actus, poſt litem motam geſtus, vide ibi n.187. & ſeq.
Attentatorum defuncti exceptio non retardat immiſſionem ſubrogato, ibi n.191.
Attentata, quãdo dicatur Sententia, vide *in Verbo* Sententia, & concl.160. n.214. *cum ſeqq.*
Attentata dicitur executio facta poſt appellationem ab exceſſu interpoſitam, concl.128. n.81. & 96.& concl.160 n.217.
Extende pluribus modis, & declara, vt n. 218. cum ſeqq.
Attentata per ceſſionem, ſeu renunciationem puram, non autem conditionalem ſunt purganda, concl.160.nu.237.& nu.238. ratio aſſignatur.
Et quãdo per renunciationem probari poſſint, dicam interius, ſed vt benè purgentur cedens omni iuri, quod ſibi ex illis competere poſſet, renunciare tenetur, concl.160. n 240.
Eorum purgatio perpetuum ſilentium cõtinere debet, ibi n.241.
Quoad omnes Proceſſus ſunt purganda, ibi nu. 242. & 243. ratio aſſignatur.
Et ſunt purganda nomine omnium, à quibus perpetrata fuere, & cum legitimo Mandato, ibi 244.
Et tunc præcipuè per renunciationem probari poſſunt, quando per Procuratorem commiſſæ fuerunt, ibi n.246.

Purgari

Purgari poſſunt in loco Iudicij, etiam quòd alibi fuerint commiſſa, ibi n.247.
Contrarium, n.248.
Concorda, vt n.249.
Sufficienter purgantur, quando fit ceſſio illorum in actis, ibi n.250.
Item ſufficienter purgantur, etiam ſi integra actorum tranſportatio non fiat; ſed ſufficit ſolùm ea acta tranſportare, ex quibus illa iuſtificari poſſint, concl.160.n.35.
Eorum purgatio inducitur, quando quis poſſeſſioni captæ renunciat, permittendo Aduerſarium, ex ea fructus colligere, concluſ.160. num.251.
Eorum purgatio per ſimplicem renunciationem iudicialium actuum ab aduerſario, ſiue illius nomine factorum, aut per ceſſionem factam omnibus actis poſſeſſorijs induci poteſt, concl.160.n.252.
Et, vt reuocentur non attenditur, an ſtatus ſit bonus, vel malus, ſed quilibet erit ſufficiens, concl. 160. num. 253. & num. 254. ratio aſſignatur.
In eorum reuocatione nullo iuris ordine ſeruato, ſed Summariè, & abſq; vlla terminorum obſeruatione proceditur, ibi n.255.
Intelige tamen, vt ibidem.
In rebus mobilibus commiſſa, vt reuocentur ſola detentatio ſufficit, ibi n.256.
Sunt adeò purganda, vt non ſolum de iure vnquam nocere non poſſint, ſed nec etiam de facto, ibi n.257.
Item, vt purgentur ea ex eiſdem actis, non autem ex nouiter deductis ſunt iuſtificanda, ita vt ſine actorum tranſportatione ea purgari non poſſint, ibi n.262.
Sunt purganda, antequam remiſſoria petatur, ibi n.263.
Et tam per Principem, quàm per Iudicem, & partem purgari poſſunt, ibi n.264.
Attentare cum dicatur delictum, ideò de eo clarè conſtare debet, nec per teſtes de auditu, vel aſſertionem Notarij probantur, concl.160 num.131.
Illis renunciare cenſetur, qui ſuper iuſtitia Sententiæ diſcuti patitur, concl.129.n.69.
Attentās nedum eſt condemnandus in fructibus perceptis; verum etiam in illis, qui percipi potuerunt, concl.160.n.266.
Extende, vt n.267. cum ſeqq.
Declara, vt n.279.
Et an teneatur, etiam ad diſtributiones quotidianas, vide ibi n.268. cum ſeqq.
Ad euitandam fructuum reſtitutionem ille non admittitur, ad beneficium c. Odoardus de ſolut. concl.160. num.272. & nu.273. ratio aſſignatur.
Ille in dolo verſari dicitur, dum attentat, cum attentata ſine dolo non committantur, ibi num.274.
Quando eſt pauper quandoq; conceditur, vt fructus, & expenſæ in fine litis reſeruentur, ibi num.279.
Plura in hac materia attentatorum, vide in Verbo Appellatio.
Attentatio alienationis, ſi ſit à teſtatore prohibita, tūc hęres cadit à iure ſuo, etiam ſi tractatū, non perficeret, & ſtatim ab eo Pœnitentia ductus recederet, concl.84.n.35.37. & 44.
Attentatus Copulæ, vide Copula.
ATTESTATIONI alicuius, quando ſit ſtandum, & quando non, vide in Verbo Aſſertio, & concl.155. per totam.
AVARITIA eſt nimia præter modum pecuniarum, & diuitiarum libido, ac auri ſacra fames, concl.161.n.1.
Et auarus dictus eſt ab auendo, ideſt cupiendo, quaſi auri auidus, ita vt nunquam opibus expleri credat, ibi n.2.
Tres ſpecies ſunt auaritię, ſed quibus modis in ea peccetur, vide ibi n.3.
Illius mali effectus, qui ſint, vide ibi n.4. cū ſeqq.
Et ea in quolibet præſumitur, abſq; quòd probetur, ibi ſub n.5.
AVCTORIS aſſertio, quando probet contra habentes cauſam ab eo, vide concl.155.n.143 cum ſeqq. & in Verbo Aſſertio.
AVCTORITAS Capituli, quæ ſit, & ad quæ extendatur, vide in Verbo Capitulum, & concluſ.162. per totam.
AVCTORITAS Curatoris, vel Tutoris, quando ſit neceſſaria in contractu minoris, vide in Verbo Tutoris auctoritas, & concl 86.n.39. cum ſeqq. & concl.163. per tot.
AVCTORITAS Doctoris eximij ſufficit ad inducendam iuſtam cauſam litis, & tranſactionis, concl.155. ſub n.129.
AVCTORITAS Papæ conſenſum, tractatum, & ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiæ requiſitas ſupplet, concl.85.n.34.62.80. & 164. & concl.165.n.43.
Extende, vt in concl. 85. nu. 298. cum ſeqq. & vide in Verbo Papa.
Principis auctoritas, quæ dicatur ordinaria, & quæ abſoluta, vide concl.165.n.1.
Et ea Principis abſoluta, ſi ſine cauſa exerceatur, Tyrania dicitur, vt ibidem.
Plura vide in Verbo Princeps.
AVCTORITATE propria, quando quis aliquam rem, vel Poſſeſſionem capere poſſit, vide concl.164. per tot.
AVCVPARI non poſſunt venatores, in alieno fundo contra Domini voluntatem, concl.164 num.166. Contrarium, ibi n.2.
Concorda, vt prima opinio procedat, quando Dominus venationem vetauerit; ſecunda verò, quādo ea non fuerit prohibita, aut eſſemus in locis publicis, concl.166.n.3. cum ſeqq.
Aucupium, & venatio inter ſe ſpecie differunt, concl.166.n.69.
Plura vide in Verbo Venatio.
AVDITOR Cameræ Apoſtolicę, inter cętera Priuilegia illud gladij Spiritualis habet, cōtra contumaces, & rebelles Sententiis Cameræ Apoſtolicę non parentes, cenſuras Eccleſiaſticas proferendo, concl.167.n.1.

Poteſt cauſas Pupillorum ad ſe auocare, etiam ſi ſint extra Vrbem in partibus, & ibidem contraxiſſent, concl,167. n.15. & n.16, ratio aſſignatur.
Priuilegia Pupillorum limitare poteſt, licèt nõ in totum tollere, ibi n.16.
Dicitur ſolus executor, & Iudex Ordinarius obligationis Cameralis priuatiuè, quoad alios ibi n.22,
Declara tamen id procedere in Curia; ſecus extra illam, ibi n.23.
Contrarium huic declarationi, ibi nu,28,
Concorda, vt ibidem ſub n.29.
Item declara, vt n.32. cum ſeqq.
Extende id etiam procedere in deputato, ab ipſo Auditore Cameræ, ibi ſub n,23,
Dicitur executor obligationis Cameralis, etiam cum derogatione aliorum Priuilegiorum, & Decreto irritanti, ibi n,24.
Declara tamen, vt ibi ſub n.39. & ſeq.
In Curia reaſſumit cauſas executiuas, ab alijs Tribunalibus, & inhibet, etiam auctoritate Papæ ſibi attributa, ibi n,25.
Fallit, vt ibi ſub n.39. & ſeq,
Illius tamen facultates in reaſſumendo cauſas, attentata non excuſant, ibi n.30. & 41.
Cauſas reaſſumit, & etiam exequitur, quando in Commiſſione nõ fuit facta mentio obligationis Cameralis, immò neque tunc inhibitio poſt Commiſſionem obtenta cauſat attẽtata, etiam ſi eſſet Rotalis, ibi n.31,
Sed non reaſſumit cauſas ad Curiam Capitolinam remiſſas, nec ex Memoriali Papæ, niſi cauſa cognita, concl,167. n 32, & n, 33. ratio aſſignatur.
Iuriſdictione caret, quando in litteris non eſſet datus executor, ſed alius ſpecialis, veluti ſi Ordinarius in illis aſſignaretur, concl.167.nu, 34. & 105.
Dicitur generalis executor literarum Apoſtolicarum, quando illis alter executor non fuit deputatus, concl.167.n.35.
Quando eſt datus executor cumulatiuè, tunc cum alio per præuentionem procedere poteſt, ibi n.36.
Literas Apoſtolicas non exequitur, niſi prius illis verificatis, ibi n.37.
Cauſas nõ reaſſumit in vim facultatum, ſi obligatio Cameralis ab alio Iudice dependet, ibi nu.39.
Item cauſas non reaſſumit, ſed potius ad Signaturam remittit, quando obligatio Cameralis non clara, ſed dubia eſſet, concl,167, n, 42. 43. & 44.
Appellantem reponit de ſtylo, ibi n,45,
Et tunc quid ſit ſeruandum, vide ibi n.46,
Terminos ſubſtantiales nulliter, & malè tentos reiterare poteſt, ibi n,47,
Cauſas eorum, qui ad ipſum recurrunt, omiſſo medio, vel etiam primo Iudice, cognoſcere poteſt, concl,167, nu. 48, & prius concl.128, num,20,
Dicitur Auditor Papæ, & ideò confugientibus ad ſe non debet aures denegare, ſed illos libenter amplecti, concl.167.ſub n.48. & 49.
Extende, vt n.49. cum ſeqq.
Vbiq; locorum, tàm in diſtrictu Vrbis, quàm extra, iuriſdictionem in cauſis quarumcumquè appellationum Iudex dicitur, ibi n,56,
Præferri debet in cognitione cauſarum appellationum, & præſertim Criminalium Clericis Cameræ Apoſtolicæ, etiam in ijs locis, qui ab ipſis Clericis gubernantur, concl.167. nu,57. cum ſeqq.
Immediatè Sententias condemnationum, & abſolutionum ſubſcribit, & ſic de per ſe ſuam iuriſdictionem exercet, ibi ſub n,59.
Illi, etiam legati de latere obediunt, concl.127, ſub nũ.60.
Intellige tamen procedere, vt ibidem,
Illius facultates, nedum bona, ſed ſed etiam Corpus, & Animam obligant, imò etiam Priuilegijs in corpore iuris clauſis præiudicant, concl.167.ſub n,62.
Vti Auditor Papæ ratione ſupremę ſuperioritatis, vel Dominij directi, in ſubditos Vaſalli procedendo, & mulctando iuriſdictionem exercere poteſt, ibi n.64.
Nullam iuriſdictionem in beneficialibus habet, concl.167, nu.99. cum ſeqq. & concl.78. num, 2. 3. & 4.
Declara, vt concl.128. ſub n,906. & concl.167, num.102. cum ſeqq,
Vltra tres dietas, vbi non eſt datus executor, ad Iudicium non vocat, ibi n,107.
Quando in literis eſt datus executor, etiam contra Epiſcopos procedere poteſt, ibi n.108
Illius Sententia, quando non ſeruatis terminis ſubſtantialibus ſit nulla, vel ſuſtineatur, vide ibi n.109.
Quando in cauſis Mercatorum Summariè, vel ordinariè procedere debeat, vide ibi nu.110, cum ſeqq.
Non deputat Iudicem in cauſis, niſi obligatio Cameralis adſit, ibi num,115, & ibi ratio aſſignatur,
Declara, vt ibidem,
Non poteſt procedere, iuxta ſuas facultates, niſi obligatione in forma Cameræ extenſa, concl. 167.nu.116,
Fallit, vt ibi n.120. cum ſeqq. & vide in Verbo Obligatio Cameralis.
Dare poteſt executionem omnibus obligationibus, etiam extra ſtatum Eccleſiæ rogatis, quando partes in ea conſenſerunt relaxationi Mandati vnica, vel nulla citatione precedente, ibi n.131.
Inſtrumentum per Sentẽtiam vulneratum exequi non poteſt, concl,128,n,740.
Suam iuriſdictionem per duos Locumtenentes exercet, à quibus ad illum non datur appellatio, quia eſt vnum, & idem Tribunal, ibi n.185
Et quando vnus eorum, ſiue alter, quem ille deputat functus eſt Officio ſuo, Sententiam ferẽdo, tunc alium in eadem cauſa deputare non poteſt, concl.167.n,115,

In

In Inſtrumento guarentigiato procedere poteſt, cum expreſſa inhibitione, quoad alios Iudices, quibus cauſa commiſſa fuiſſet, concl. 157. num. 127.

Habet illud Priuilegium, vt actor poſſit ſæpè mutare Iudicem, donec ſit ſatisfactus, ibi n. 48.

AVDITORES Rotæ, qui olim Auditores Sacri Palatij dicebantur à Sixto Quarto rédacti fuerunt ad Numerum Duodecim, concl. 168. num. 1.

Et meritò illi Duodecim Apoſtolis æquiparari poſſunt, vt ibidem.

Omnes habent inſtructionem cauſarum coram alijs pendentium, & Sententiam proferunt de conſilio Omnium, ita vt omnes proferre dicantur; Immò in hoc iuramentum habent, cui ſi contrauenirent periuri efficerentur, ibi num. 5.

Omnes faciunt vnum Tribunal, & ſic vna eſt omnium iuriſdictio, & vnus loco alterius ſubrogatus cenſetur, licèt ratione commodioris expeditionis inter eos diſtributiones particulares cauſarum fiant, concluſ. 168. num. 6.

Et ſi vnus eorum ad Cardinalatum promoueatur, tũc iuriſdictio, quoad illius cauſas penes alios Coauditores remanet, ibi n. 9.

In procedendo ordinariam iuriſdictionem habent, in decidendo autem verè Delegati dicuntur, ibi n. 11. & 18.

Auditor Rotæ pronunciare poteſt in cauſa, in qua nullum dubium habet de conſenſu aliorũ Coauditorum, licèt cauſam illam in Conſilijs poſuerit, ibi n. 13. & 25.

Ex generali Comiſſione ſubſcribere poteſt Sententiam alterius Auditoris defuncti, etiam ſine citatione, ibi nu. 14.

Succeſſor cauſas originarias Auditoris anteceſſoris reaſſumit, licet Auditor ſecundus non procedat in cauſa, ſtante præuentione primi, ſi tamen à primo inhibitio emanaſſet; concl. 168 nu. 15. & 16.

Et illis, quibus modis cauſæ committantur, vide ibi nu. 17.

Iuriſdictionem habere dicuntur habitu, ſed non actu, ibi n. 18.

Nihil facere poteſt Auditor in cauſa, quæ ab eo fuerit auocata, ibi n. 21.

Ponens non tenetur ſequi Sententiam votantium, quando ſibi de iniuſtitia conſtaret, ibi num. 22.

Item non tenetur extendere Deciſionem, quãdo Proceſſus, in quo eſt reſolutio ſua lata non fuit in totum interpretatus, nec viſus, concl. 168. nu. 23.

Auditores Rotæ volentes habere conſilia in cauſis coram eis vertentibus, Proceſſum benè videre, & clare dubia vera eligere debent, vt ſui Coauditores vera conſilia tribuere valeant, ibi n. 24. & 27.

Eorum conſilia, ſiue vota ſi ſint diſcordia maiori parti ſtandum erit, ibi nu. 25.

Et antequam iudicent Proceſſum Iudicis, à quo videre debent, concluſ. 168. num. 26.

Auditor ſecundæ inſtantiæ abſoluere non poteſt, excommunicatum ab Auditore primæ, niſi actis dictæ primæ inſtantiæ benè viſis, concl. 168. n. 28. & 61.

Dicitur egregia perſona, & ideò mittendum eſt ad eum, pro teſtimonio ferendo, concluſ. 168. nu. 29.

Prouiſionem de beneficio facere poteſt, ſeruatis ſeruandis, quamuís gratia ſit directa Ordinario in forma Dignum, ſi tamen lis ſit introducta in Rota, alias ſecus, ibi n. 52.

Et quando Auditor in beneficijs prefertur, quod tempus in materia capacitatis, & idoneitatis prouiſi ſit attendendum, vide ibidem remiſſiue.

Inſtituere poteſt præſentatum in beneficio, ibi num. 53.

Et ſi pronunciet beneficium alicui eſſe debitum, tunc poterit etiam poſſeſſorem in fructibus, poſt litem motam perceptis, & non petitis condemnare, ibi n. 54.

Succeſſor etiam, abſque noua Commiſſione de beneficio prouidet, ibi n. 55.

Imò etiam ille appellationis prouidet de beneficio, veluti primo Auditori fuerat cõmiſſum, ibi n. 56.

Deputatus in cauſa beneficiali poteſt purificare gratiam; Immò ſi executor lite pendente id faceret, eſt reuocandum, ibi n. 57.

Sed reſignationem beneficij admittere non poteſt, ſine ſpeciali Mandato Papæ, ſed illum litis, & cauſæ ſic, ibi n. 58.

Recipere poteſt ceſſionem litis, ſed non Iuris, ibi ſub n. 58.

Abſolutionem ad cautelam dare non poteſt, niſi ex ſpeciali Commiſſione, licèt ſecus ſit extra Curiam, ſi tamen ſibi ſimpliciter abſolutio cõmittatur, ibi n. 59.

Si concedat literas abſolutionis, tunc non dat, præceptorias, ſed intimatorias, concl. 168. num. 60.

Excõmunicatum ad cautelam abſoluere ſolet, ſtabile, quòd illa abſolutio ad Ordinarium excommunicantem remittatur, ibi n. 61. & concluſ. 10. n. 63.

Cognoſcere non poteſt de iniurijs, niſi de expreſſa Commiſſione, ibi n. 62.

In cauſa criminali reum citare non poteſt, vt compareat perſonaliter, niſi id ei fuerit ſpecialiter commiſſum, ibidem.

Non poteſt carceratum relaxare, non cognito prius de carcerationis iniuſtitia, ſed benè poteſt interim à carceribus habilitare, & idoneã cautionem exigere, ſi cautio fuerit præſtita coram A.C. Sed nulla, aut non idonea prætendatur, ibi n. 64.

Super deſertione appellationis pronunciare nõ poteſt, ſine ſpeciali Commiſſione, concl. 168. num. 65.

Contrarium, n. 66. & concl. 129. n. 230.

Concorda, vt ibi nu. 67. vbi ratio differentiæ aſſignatur.

Et quando in cauſa appellationis, vel diſertionis illius, ſine citatione procedere poſſit, vide ibi n.69.

Pronuncians appellationem deſertam non poteſt in expenſis condemnare, nec perpetuum ſilentium imponere, niſi debiti termini ſeruentur, ibi n.70.

Poſtquam pronunciauerit appellationem deſertam, appellantem tamen reponere poterit, ſi de ſua diligentia doceatur, ibi n.72.

In procedendo, & decidendo quam conſuetudinem, & quos terminos ſeruare debeat, vide ibi n.73.

Abſquè noua commiſſione procedere non poteſt, quando remiſſoria fuit bullata, & Papa manus appoſuit, etiam ſi articuli in remiſſoria non includantur, & partes illi renunciare vellent, ibi n.74.

Habens ſolum articulum grauaminis, non poteſt niſi prius illo expedito, ad aliquem actum procedere, vigore cōmiſſionum, etiam de ſpeciali Mandato habentium clauſulam; Quod ſi per Informationem, &c. ſibi præſentatarum, ibi nu.75.

Secus in articulo grauaminis, à quo in partibus fuerit appellatum, quia tunc Auditores in negotio principali, ſibi commiſſo procedere poſſunt, ibi n.76.

Statim poſt præſentatam Commiſſionem, Iudicibus extra Rotam inhibent, licèt ſecus in Rota, quia ibi prius de appellatione conſtare debet, & quòd per eam cauſa ad Sedem Apoſtolicam fuerit deuoluta, ibi n.77.

Illi cui fuit commiſſa cauſa appellationis non deuoluentis, nec non negotij principalis, cum poteſtate citādi ad partes, ſtatim Iudici à quo inhibere poteſt, ibi n.78

Extende, quòd tunc poterit cognoſcere de negotio principali, per appellationem deuolutо, etiam non exiſtente grauamine, vel etiam ſi malè fuerit ab Auditore Cameræ appellatū, ibidem.

Item ille, cui commiſſum ſit negotium principale ex ſpeciali Mandato Papæ, cum poteſtate citandi ad partes, etiam nulla appellatione interiecta, inhibere poteſt citatione Decreta, licèt nondum execuuta, ibi n.79.

Partibus inhibere poteſt, quando illi negotium principale, aut principaliter, aut in conſequētiam fuerit commiſſum, ibi n.80.

In cauſis appellationum ab Auditore Cameræ, vel alijs Iudicibus ſtatim citata parte ad dicēdum contra Commiſſionem inhibere poteſt, nec vnquam cauſas remittit, ſed eas pœnes ſe retinet, ibi n.81.

Ante litem conteſtatam iuriſditionem non habet, ibi n.82.

Quando illi committitur taxatio fructuum alicuius beneficij, in quibus, quis fuit condemnatus per tres conformes, nedum illos taxare poteſt, vſq; ad vltimam Sententiam, ſed etiam poſt vſq; ad tempus, quo ipſe taxationem faciet, ibi n.83.

Lite coram eo pendente expenſas, etiam in partibus factas taxare poteſt, concluſ. 168. num.84.

Contrarium, quòd ſcilicèt taxet eas tantùm factas coram eo, ibi n.85.

Concorda, vt ibi n.86.

Et in taxatione earum quomodo ſe gerat, vide ibi nu.88.

Si pendente appellatione reuerētiales dederit, taxationem expenſarum facere non debet, nec aliquid innouare, niſi cauſa ad eum reducatur, etiam ſi earum taxationem ſibi in Sententia reſeruauerit, ibi n.87.

Item taxat expenſas coram Auditore Cameræ factas, ſi commiſſio mandet procedere, prout Auditor Cameræ poterat, ibi n.88.

Facultatibus Auditoris Cameræ vti poteſt, ſi in Commiſſione, ita ſibi fuerit conceſſum, aliàs ſecus, concl.167.n.113.

In vim Commiſſionis ſibi factæ, vt ſcilicèt procedat ſola facti veritate inſpecta, etiam terminos Palatij obſeruare poterit, concluſ. 168. num.89.

Sed an id etiam procedat in cauſa beneficiali, & matrimoniali, vide ibidem.

Vigore vnicæ Commiſſionis, vſquè ad Sententiæ executionem incluſiuè procedere poteſt, vt ibidem.

Et ſi fiat Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, nihilominus ſedere debet in ſuo loco, ſecundum antiquitatem Auditoratus, nec tunc vlla ratio dignitatis erit habenda, ibi n.90.

Declara tamen, quòd ille extra Rotam, & præſertim in Cappella Papæ cæteris præfertur, ibidem.

Auditores Rotæ, ſi abſint ab Vrbe de licentia Papæ pro præſentibus habentur, concl. 168. num.92.

Decuriones, & Conſiliarij Reipublicæ dicuntur, ibi ſub n.94.

Dicuntur quoq; Auditores, & familiares Papę non tamen veri, ſed ficti, concl.168.nu.95. & 96. & ſub n.97.

Sed illi, ac eorum familiares non poſſunt eſſe familiares Cardinalium, etiam ſi vnus eorum Cardinalem concomitaretur in Legatione, & ab eo alimenta reciperet, ibi n.97.

Compellere poſſunt partes ad concordandum, ſi diù fuiſſet litigatum, & de Iure non liqueret; aliàs ſecus, ibi n.98.

Subſcribūt expeditiones, & remiſſorias ad partes tranſmittendas, pro recipiendis teſtibus, & ſimilibus, ſiue ſimus in beneficiali, ſiue in prophana cauſa, vt minoribus expenſis expeditiones fiant, ibi n.99.

Cogere poſſunt partes ad declarandum articulum nimis generalem, vel eas à Iudicio repellere valent, ibidem.

Sunt exempti à iuriſdictione ordinarij, ac eorū loca tenentes, ibi n.92.

Et licèt Subdiaconos in Capella Papæ non præcedant, ob eorum actuale ſeruitium; fallit tamen extra eam, concl.168.ſub n.92.

AVFVGERE tentans à carceribus pœna arbitraria puniri debet, concl. 169.n.1.
Sed ſi nondum erat conuictus, tunc pœna mitiori puniendus venit, ibi n.3.
Item non eſt puniendus, ſi carceratio erat iniuſta, ibi n.4.
Plura vide in Verbo Carcer.
AVGVMENTVM dicitur omne id, quod Principali accedit, & illius naturam ſequitur, ac ſecundum eam regulatur, concl.170. n.1.
Et illud accedens fundo detinetur loco pignoris, ſi tamen fieret facto hominis, & ſic per detinentem pignus; ſecus ſi valor illius rei ex tēpore eſſet auctus, ib nu.2.& 3.
Superueniens in re, cuius Dominium ad Capitulum ſpectat, ex quauis induſtria, proportionabiliter inter Canonicos diſtribui debet, ibi num.4.
Eodem Priuilegio gaudere debet, quo principale gaudet, ibi n.5.
In illo idem ius ſtatuitur, quod in principali aucto, ibi n.6.
Declara, vt ibidem.
Et an, & quando teneatur fideiuſſor de eo, vide in Verbo Fideiuſſor, & concl. 170. num.7. cum ſeqq.
Illud, ſiue fructus rei legatæ, quando legatario, veluti hęredi debeantur, vide concl.170. nu. 14. vſquè ad 21.
Extende, & declara, vt ibidem.
Et pro eo, quando detur eadem hypotheca, quæ datur pro fructibus, vide concl.170.n.21. & vide in Verbo Hypotheca.
Illud, vel diminutio rei dotalis ad vxorem ſpectat, ibi n.29.
Quid ſi talis res in dotem data fuerit æſtimata? vide in Verbo Eſtimatio, & concl.68. nu.2.& concl.170.n.29.cum ſeqq.
Et augmentum dotis, quibus modis fieri, & cōtingere poſſit, vide ibi n.31.& ſeqq.
Et an illud ſpectet ad Filios in proprietate, aut ad Patrem, vide ibidem.
Dicitur pars dotis, & de eo idem iudicatur, quod de ipſa dote, ibi n.34.
Fallit, quando illud non eſſet verum, ſed ſimulatum, ibi n.35.
Non debetur, niſi pro qualitate dotis ſolutæ, & non aliàs. ibi 36.
Contraria opinio, eſt magis æqua, & communis, vt ibi ſub n.37.
Illud nōn eſt, vbi non eſt dos, ibi nu.37.
Poſt contractum matrimonium ſapit naturam donationis, ibi n.31.
Plura vide in Verbo Anteſatum.
Illud pecuniæ in Gabellis debetur venditori, ad quem res principalis pertinet, concluſ. 170. num.42.
Sed quod ex corporibus hæreditarijs prouenit lucro legitimæ cedit, ibi n.43.
Illud, veluti diminutio contingens in legitima, ad quem ſpectet, vide in concl. 42. num.725. cum ſeqq.
Illud temporis, vel manufactum ſpectat ad Emphiteutam, & feudatarium, ac illius hæredes; non autem ad Dominum directum, ibi num.44.cum ſeqq.
Declara tamen, vt ſub n.46.
Et ſuperueniens in re, poſt perfectam venditionem commodo Emptoris cedit, concluſ.170. num.17.
Quid ſi in Emptione adſit pactum redimendi? vide concl.94.n.9.cum ſeqq.
Item, quid ſi venditio fuerit facta ſub haſta? vide concl.170.n.47.
Illud temporis ſpectat ad filiam, pro legitima, ibi nu.48.
In moneta commodo creditoris, non autem debitoris cedit, ibi n.49.
Augmentum, ſiue diminutio alicui rei ſuperueueniens, ad quem ſpectet; nempè, an ad hæredem, ſiue legatarium in legatis, aut Filium in legitima, vide concl. 42. nu.725. cum ſeqq. & in concl.170.n.43.
AVGVSTINVS Sanctus dicere ſolebat, quòd licet eſſet Senex, & tot annorum Epiſcopus, tamen ab anniculo doceri erat paratus, concluſ.60.nu.84.
AVIAMENTVM alicuius apothecæ, ſiue exercitij fit per Artifices benè tractando Aueutores, concl.171.n.1.
Et illud æſtimationem recipit Arbitrio Iudicis, ſiue Arbitri, ibi n.2.
Declara, vt n.4.
Auiamentum differt à directo, vtiliquè Dominio, ibi num.3.
Quando eſt bonum, ob perſonarum frequētem concurſum, tunc quęſtum affert, concluſ.171. num.4.
Inter Fratres, aut Socios debet eſſe commune, ac illius lucrum certo pretio, per arbitros æſtimari, ac taxari poteſt, concluſ.171. num. 5. & nu. 6.
AVOCATIO cauſarum eſt litis pendentis coram inferiore ad Superiorem, abſquè prouocatione facta, tranſlatio, concl.172. n.1.
Auocata, quando ſemel eſt cauſa, tunc ea ſemper in Curia Principis remanet, nec inferior in ea amplius, ſe ingerere poteſt, concl. 165. nu.63.& concl.172.n.2.
Extende, & declara, vt in concl.165.nu.64. & concluſ. 172.n.3.cum ſeqq.
Auocatio cauſarum Viduarum, Pupillorum, & aliarum perſonarum miſerabilium, per Principem fieri poteſt, concl. 165.n.58.
Extende, & declara, vt ibi n.59. cum ſeqq.
Plura vide in Verbo Cauſa.
Et facta motu proprio differt ab ea facta ad partis inſtantiam, concl.172.n.24.
Et ſi ab vno Iudice in partibus non fuerit intimata, quando impediat eum amplius non poſſe procedere, & quando non, vide concl. 172.ſub num.9.
Auocatio poſſeſſionis, quando poſſeſſorem ſua poſſeſſione priuet, vide concl.172 n.26.
AVTHENTICÆ ex cauſa de lib. præt. quando ſit locus, vide conl.88.n.5.

AV-

AVTHENTICA: Hoc, niſi C. de ſolut. vt locũ habeat, quæ requirantur, vide concl.91.n.11. 12. 18. & 19.

Illi renunciatum cenſetur per generalem renunciationem cuicumq; Iuris, & legum auxilio, concl.91.n.21.

Ingreſſi de Sacroſanct. Eccleſ. non habet locum in bonis Patrimonialibus illorum militum, qui cum vxoribus viuunt, concl.65.n.13.

Res quæ C. com. deleg. quando procedat, & quando non, vide concl.84.n.133.

Auth ex cauſa C. de lib. præt. quomodo procedat, vide concl.88.ſub n.5.

AVTHOR dicitur ille, à quo ius in nos tranſit, concl.163.n.1.

AVTHORIS mala fides in ſucceſſorem vniuerſalem, non autem in ſingularem tranſit, concl 173.n.1.& ibi ratio aſſignatur.

Authoris aſſertio probat contra omnes habentes cauſam ab eo, concl.155. n.143.& concl. 173.nu.4.

Declara tamen, vt concl.155.n.144.cum ſeqq. & concl.173.n.5.

AVVS, neptem dotare tenetur, quando Pater non habet, vnde dotare poſſit, concl.174.n.1.

Quando cenſeatur magis diligere Nepotem, quàm proprium Filium, vide concl.73. num. 38. & ſeq.

Illius conſenſus requiritur, quando nepos vult conuenire Patrem pro alimentis, concl.89.n. 145.& ibi ratio aſſignatur.

Item requiritur in donatione facta à Nepote, vt ea ſuſtineatur, ibi ſub n.145.

Tenetur alere Nepotem, vel neptem in ſubſidium, quando Pater eſſet Pauper, concl.89. num.148.

Paternus potius tenetur alere, & dotare Nepotes, quàm illorum Mater, concl.89.n.191. & concl.174.n.10.& 13.& ibi ratio aſſignatur.

Maternus, non autem Paternus alere tenetur, Nepotes ex Filio Spurio, concluſ. 89. num. 263.

Contrarium, quod [illegible], tàm vnus, quàm alter ad id teneatur, vide ibi n.264.

Concorda, ibi n.265.

Maternus, quando Nepotem, vel neptem alere, vel dotare teneatur, vide concl.89.nu.423. cum ſeqq.& in Verbo Alimenta, & concl.174. nu.6.cum ſeqq.

Paternus dicitur habere neptem in ſua poteſtate concl.174.n.2.

Quando habet neptem in poteſtate tenetur eam [illegible] dotare, ſiue ea ſit diues, ſiue non, ſecus ſi eam in poteſtate non habeat, quia tunc tenetur in ſubſidium tantum, concl.174.n.3.

Ille ſemper ſub nomine Patris in omnibus diſpoſitionibus, & Statutis etiam ex propria verborum ſignificatione continetur, concl. 174.nu.4.

Paternus ſi conſentiat Nepotem Hæbreum baptizari contradictioni Patris præfertur, ibi n.5. & ibi ratio aſſignatur.

Etiam neptem ex Filio emancipato in ſubſidium dotare tenetur, ibi n.11.

Extende, vt ibi n.12.

Et veluti ipſe releuatur in eo; nempè, vt à Nepotibus præteriri non poſſit, ſub pœna nullitatis teſtamenti, ita quoq; in altero grauatur, vt ſcilicèt neptes dotare teneatur, concl.174.ſub num.15.

Sed dotans neptem in dubio id facere cenſetur contemplatione Filij, ibi n.24.& ibi ratio aſſignatur.

Intellige tamen, vt n.27.& ſeqq.

Maternus dotans neptem de ſuo dot[illegible] non præ[illegible]tur; ſecus in Paterno, concl.174. num.42.

Auus, & Auia, veluti in ſuo teſtamento Nepo[illegible] præterire non debent, ita nec è conuerſo, [illegible] teſta[illegible] corruit, ibi num. 48. & ibi r[illegible] aſſignatur.

Paternus, & alij Aſcendentes in quocunq; gradu exiſtentes ſemper coniunctos, ex vno latere tantum excludunt, ibi n.49.

Maternus in hæreditate Nepotis Patruo dicti Nepotis præfertur, ibi n.50.

Auia in ſucceſſione ab inteſtato ſuccedit cum Fratre vt [illegible] coniuncto, concluſ. 174 num. 51.

Auia, [illegible] Nepoti ex Filia ab inteſtato [illegible]dit, ibi n.52.

Aui, & [illegible] appellatione veniunt Proauus, & Proauia, ibi n.53.

Dec[illegible] procedere in fauorabilibus; ſecus in odioſis, [illegible].

Auia, & Mater non dicuntur Agnatæ Filio, ſiue Nepoti, concl.174. num.54 & ibi ratio aſſignatur.

Auunculus, quando excludat Filius Sororis ab hæreditate Auiæ, & Matris reſpectiuè vide concl.149. ſub n.12.

AVXILIVM præſtans alteri aſſiſtendo, de homicidio tenetur; dummodo cum aſſiſtentia animus doloſus, & cogitatus concurrat, & ipſa aſſiſtentia non fuiſſet caſualis, concl.175. num.1. 2. & 3.

De eo, quando teneantur Conſanguinei, ſiue Amici homicidæ, qui homicidio completo in eodem loco perpetrati delicti comparentes, illum ad locum tutum reducunt à manibus inimicorum, & Curiæ defendendo, vide conc. 175.ſub n.4. & 7.

Auxi[illegible], [illegible] dicantur opus eſt illos [illegible] [illegible] ibi n.5.

Sed tales non dicuntur, ſine principali, concl. 175. ſub nu.6.

De cooperatiuo quis non punitur, niſi probetur quòd [illegible] præceſſerit, ad maleficium committendum, ibi n.6.

Eadem pœna ſunt puniendi, qua delinquentes ipſi, ibi n.8.

Auxilium præſtans frangenti pacem, & illum [illegible], [illegible] quoq; de fracta pace tenetur, ibi num.9.

Et illud, ſiue conſilium, & fauorem præſtans de-

delinquenti pro obtinenda gratia, apnd Sedem Apoſtolicam dicitur excommunicatus, ibi num. 10.

Declara tamen, vt ibi nu. 11.

Et auxiliatore abſoluto, quando principalis abſolutus cenſeatur, vide concl. 175. num. 15. cum ſeqq.

Auxilium, ſi prẹſtiterit Clericus homicidio irregularitatem incurrit, concl. 175. n. 18. & n. 19. ratio aſſignatur.

Illud, ſiue aſſiſtentia in homicidio, abſq; dolo præſtita, quomodo ſit punienda, & quanto tempore præſcribatur, vide concl. 175. ſub n. 15. ſed remiſſiuè.

Illud præſtans abortui faciendo eaſdem pœnas meretur, quibus principalis afficitur, concl. 7. num. 1.

Et quæ ſint iſtæ pœnæ, vide ibidem, & num. 2. & 13.

Illud, vel opem præſtans delinquenti, eadem pœna punitur, qua ipſe delinquens, etiam ſi mors ſecuta non fuerit, ſi tamen ad actum proximum fuerit deuentum, & niſi pœnitentia interceſſerit, concl. 150. n. 31.

Auxilium, ſiue opem, quando quis præſtiſiſſe dicatur, etiam ſi ſteterit in loco longinquo, & remoto ab eo, in quo fuit factum homicidium vide in concl. 175. ſub n. 2.

B

BACVLVS, & lapis veniunt appellatione armorum, concl. 80. num. 8. & concl. 143. num. 16.

Declara, vt concl. 143. n. 19. & 54.

Baculo, vel fuſte percutiens aliquem, ei atrocem iniuriam inferre dicitur, concl. 143. n. 18.

Baculo percutiens, vel occidens, quando pœna homicidij ſit plectendus, vide concl. 143. ſub num. 18.

BALLÆ in Gabella præſumuntur eſſe illius Mercatoris, cuius ſigno, ſiue Marca ſunt ſignatæ, concl. 144. n. 10. & concl. 147. n 28.

BANCARIA Cedula vim ſolutionis habet, concluſ. 135. ſub n. 70.

Bancherij noſtri temporis verè Depoſitarij non dicuntur, & ideò in illis Priuilegium prælationis ceſſat, concl 119. n 41.

BANNIMENTA, quando ligent, & quo tẽpore præſcribantur, vide concl. 108. ſub num. 53. remiſſiuè. & concl. 111. ſub n. 37.

Illa præcepta pœnalia ſemper iuſtum metum in ſubditis inducunt, concl. 166. ſub n. 20.

Plura vide in Verbo Edictum.

Banniti, etiam in contumaciam capti à Curia post annum, ſtatim facta recognitione perſonæ nempè nominis, & cognominis in eorum pœnis condemnari poſſunt, concl. 128. ſub num. 490.

Intellige tamen, vt ibi n. 491. & 494.

Noſtri temporis, in quibus differant à deportatis, vide concl. 142. n. 41. remiſſiuè.

Illis opem præſtantes, & cum illis conuerſantes publici rebelles, & rei leſæ Maieſtatis dicuntur, concl. 175. n. 8.

Patri Bannito alimenta debentur per Filium, etiam ſi eum non alere iuraſſet, concluſ. 89. num. 194.

Extende, vt ibi n. 195. & vide in Verbo Alimẽta.

Bannito, vti infami omnes actus Ciuiles ſunt interdicendi, concl. 59. n. 74.

Bannitorum acceſſus, & fluminis vicini, ratio eſt, inſpicienda, in conſideranda vtilitate alienationis rei Eccleſiæ, concl. 85. n. 144. & 227.

Virum bannitum licitè recipere, & alere poteſt vxor, ſicuti etiam magnus amicus amicum, concl. 84. n. 194.

Bannitus, appellatione pendente, impunè occidi non poteſt, concl. 129. n. 25.

Fallit de conſuetudine, ibidem, n. 25. & 26.

Baronis ſubditus, ſi per Principem obtineat, gratiam reſtitutoriam, quæ ſit plenaria, ac efficaciſſimis, & prægnantibus verbis prolata, omnia bona, etiam in alium titulo oneroſo tranſlata, & à Barone confiſcata recuperat, concl. 167. n. 69.

Intellige, vt ibi n. 79 cum ſeqq.

Gratiatus, ſed non reſtitutus ad bona non tenetur ſatisfacere ſuis creditoribus, etiam ſi deuenerit, ad piguiorem fortunam, & eſſet cum iuramento, & obligatione Camerali obligatus; at ſecus, quando eſſet plenariè reſtitutus, ad bona, concl. 165. ſub n. 26.

Ille Homo mortuus dicitur, quia amittit bona, & perſonam, ita vt in eo omnes actiones perſonales ciuiles, & naturales ceſſent, neq; reuiuiſcunt, niſi ſit reſtitutus ad bona, & honores, ibi d. n. 26.

Licèt vigore alicuius Statuti poſſet impunè occidi, id tamen non procedit inter Patrem, & Filium, niſi in caſu proditionis Patriæ, concluſ. 89. n. 195.

Pendente tempore ad appellandum teſtamentum condere, & hæres inſtitui poteſt, neq; intra illud tempus infamis dicitur, concluſ. 129. num. 27.

Bannitus ea, quæ ſunt iuris Ciuilis; non autem ea, quæ iuris naturalis, & gentium perdit, concl. 59 nu. 74. & concl. 89. nu. 195. & concl. 165. ſub n. 26.

Quando poſſit remedium l. diffamari intentare, vel Officium Iudicis implorare, vide concluſ. 44. n. 89.

Et tolleratus à Superiore impune occidi non poteſt, concl. 143. n. 95.

Bannum, quod concedit indulta occidentibus, & extirpantibus Bannitos, quando extendatur de vna perſona ad aliam, & de loco ad locum, vide in Verbo Abolitio.

BAPTISMVS, & Doctoratus imprimunt Caracterem indelebilem, concl. 62. nu. 4.

Illius liber non probat ætatem, ſi non ſit benè cuſtoditus in plebania, concl. 71. nu. 24.

Item illius fides, vt probet ætatem, & deſcendentiam, quę adminicula concurrere debeãt, vide concl. 72. n. 9. cum ſeqq.

Eſt

Eſt actus, qui ad parenres ſpectat, & propterea profeſſio fidei in en fit in fide parentum, concl.69. ſub n.138.

BARO non poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, quam cum Vaſſallo habet, etiam ſi illi Conſultor adiungeretur, concl.167.n.98.

Suos ſuhditos malè tractans eſt iuriſdictione priuandus, etiam nulla præcedente monitione concl.167.n 93. & 94.

Si tempore Tiranni Sententiam ferat ea ſuſtinetur, quia in dubio præſumitur voluiſſe exercere actum licitum, & eum auctoritate veri Domini, non atem Tiranni facere, concl.109. num.8.

Ille, vel Dominus alicuius Terræ, quando, & in qua parte propria inſignia ſculpere poſſit, vide concl.144.n.17.

Barones angarias in eorum ſubditos imponerè non poſſunt, concl.106 ſub n.1.& 5.

Illi Eccleſiæ, ob receptationes Bannitorum cnnfiſcationes à Subditis prætendere non poſſunt, coucl.167.n.72.

Quando Bannitum gratiare poſſint, vide concluſ.12.num.19. cum ſeqq. & concluſ. 167.ſub nnm.2.

De cauſis vſuræ cognoſcere non poſſunt, concl. 167.n.83.

In cognoſcendis delictis clandeſtinis, ſe ingerere non poſſunt, concl. 167. nu.84. & ibi ratio aſſignatur.

Licèt ampliſſimum Priuilegium habeant cognoſcendi de delictis ad Magnam Curiam ſpectantibus, de eo tamẽ falſę monetæ cognoſcere non pnſſunt, ibi n.92.

Habentes merum, & mixtum Imperium bannimenta, & proclamata tempore careſtiæ facere poſsũt, ne fruges extrahantur, concl.111. n.23. & vide concl.166. ſub n.18.

Illi, vel alij feudatarij Eccleſiæ non poſſunt inconſulto Summo Pontifice Caualcatas facere, nec copias militum coadunare, concl.143. num.5.

Quandn remiſſionem ſuorum Vaſſallorum, ab Officialibus Regijs, vel alijs qui in captura præuenerunt prætendere poſſint, vide concl. 167.n.81. cum pluribus ſeqq.

Eorum bona fideicommiſſo, ſiue Primogenituræ ſubiecta, quando ſine licentia Principis, & ſolemnitatibus alienari poſſint, vide concl. 84. ſub nu.188.

BASTARDI, & Spurij dicuntur incapaces bonnrum Patris, & nulla nobilitate gaudent, etiam ſi à viro nnbili deſcenderent, concl.42. n.190.& 192. & concl.81.n.23.

Fallit tamen pluribus modis, vt in concl.142. ſub n.65. & cnncl.144.n.8.

Nunquam veniunt appellatione Filiorum, ſiue ſimus in fauorabilibus, ſiue in odioſis, cum nullam cngnationem, & agnationem retineant, concl.242.n.192. & concl.81.n.21.

An admittantur ad feudum, quando ad illud fuit admiſſus Baſtardus à principio, vide in Verbo Feudum.

An ſuccedant fratribus, vel alijs collateralibus, nec non in caſu, vbi ſint vocati conſanguinei, vide concluſ. 42. nu. 190. cum ſeqq. & cnncl. 81.nu.24.

Inſignia agnationis deferre non poſſunt, concl. 144.nu.7.

Declara tamen, vt ibi n.8.

Baſtardus non dicitur ille, qui Hoſpitali fuit expoſitus, & præſertim in illo Sancti Spiritus de Vrbe, concl.142. ſub n. 65. verſ. & ad id notandum erit.

BENEDICTIO ab Abbatibus Clericorum Canonicorum de Pace in Vrbe dari poteſt, in eorum Eccleſiis, dum ſolemnia celebrantur, licèt pręſentibus exteris Prælatis, & Cardinalibus, etiam de latere legatis, concluſ.1. num.12.

Potius confertur ad quandam ſolemnitatem, & conſuetudinem, quàm ad ſubſtantiandum actum, ibi n.16.

Ab Abbate, quando, & quomodo ſit petenda, vel impetranda, vide concl.1. n. 16. cum ſeqq.

An die tantùm Dominico, vel etiam aliis diebus conferri pnſſit, vide ibi n.21.

Non eſt tanta, quanta eſt conſecratio Eccleſiæ, & Epiſcopi, concluſ.1 ſua num.21. & ibi ratio aſſignatur.

Quando eſt Abbati danda, illins confirmatio præcedere debet, ibidem.

Et ſi ab Epiſcopo denegetur, an tali caſu ſit appellandum, vide ibi n.28. remiſſiuè.

Eam poteſt dare Abbas extra ſuam iuriſdictionem, ſine tamen ſolemnitate, & ſine animo exercendi iuriſdictionem, ibi n.110.

Pontificalem poteſt dare Abbas in Eccleſia aliena, ſi licentiam celebrandi in ea habeat, aliàs ſecus, ibi n.111.

Occaſione ludi celebratus nullam actionem producit, concl. 102 n. 2.
Extende, vt ibi n. 4. cum ſeqq.
Principali non ſubſiſtente, quando corruat, etiam obligatio acceſſoria, vel ea ſuſtineatur, vide concl. 56. num. 109. & concluſ. 114. per totum.

Quando recipit robur à ratificatione, & non ao actu præcedenti, tunc ſufficit ſeruare ſolemnitates illius loci, vbi contractus ratificatur, ſi quę ſint; aliàs ius commune in earum defectum attenditur, concl.86.n.120.

Quando potius dicatur cenſualis, quàm Emphiteoticarius, vide concl.87.n.121.

Ille, qui fit cum Papa alijs ſolemnitatibus non eget, quia illius auctoritas defectum ſolemnitatum ſupplet, concl.85.n.298.

Regulariter eſt exequendus, etiam ſi de illius nullitate, ſiue reſciſione agatur, concluſ.129. nu.348.

Requirit ſolemnitates illius loci, in quo celebratur, concl.80.n.118.

Fallit, vt ibi nu.119. cum ſeq.

Illius reſciſio, quando ob modicitatem pretij non detur, vide ibi n.52.& ſeq.

Reſciſionem autem illius, ob modicitatē pretij petens valorē probare non debet, de tēpore contractus preciſè, ſed de tempore anteriori, & poſteriori per aliquot annos, concl. 69.nu.29

Fallit pluribus modis, vt ibi n.30. cum ſeqq.

Plura vide in Verbo Reſciſio,

Illo reſoluto, cenſetur etiam reſolutum precarium, tanquàm acceſſorium ad illum, concl.19 num 11.

Illius ſubſtantiam mutare non poſſunt contrahentes, nominando contractum vno modo, quo de iure ſuſtineri non poſſit, concl.48.n 90. & ibi exemplificatur.

Et talis præſumitur qualis à partibus nominatur; licèt id fallat, vt in concl.48.n.21.& ſeqq.

Vitiatur in totum, ſi non ſit obtentum Beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum cum clauſula, non aliàs, nec aliter, nec alio modo, concl.85. nu.108.256. & 257.

Vſurarius non redditur ex promiſſione alimentorum voluntaria, concl 89.n.259.

CONTRADICTARVM proceſſus, quando, & quomodo ſit fabricandus, vide in Verbo Proceſſus.

CONTRAHENS cum alio regulariter non tenetur eſſe ſollicitus, quòd pecuniæ in cauſam expreſſam vertantur, concl.86.n.209.

Extende, & declara, vt ibidem, & ſub n. 231.

Contrahens cum aliquo tanquàm tali, nō poteſt amplius eum eſſe talem negare, & vti talem reprobare, concl.153.n.20.

Contrahens mecum, mecum agere debet, concl. 49.nu.1.

Contrahentes reſeruato beneplacito, aut ſub cōditione, quando poſſintà contractu reſilire, vide concl.85. nu. 243 cum ſeqq. & in Verbo Pœnitentia.

Contrahentis mens, etiam ex actu nullo deprehenditur, concl. 84. ſub n.39.

Contrahere qui poteſt, poteſt etiam pretium recipere, concl.47.n.55.

CONTRARIORVM eadem eſt diſciplina, concluſ.71.n.14.

CONTRAVENIENS literis Apoſtolicis ex communicatione afficitur, concl.126. nu 85.

Contrauenire literis Apoſtolicis dicitur, qui eis ſimpliciter eo modo, quo diſponunt, non paret, ſed cum aliqua proteſtatione, vel aſſertione contrarij, aut qualitatis adiectione, ibi num. 86.

Contraueniens prius, prius eſt puniendus; ſecus ſi omnes ſimul contrauenerint, quia tunc culpa cum culpa compenſatur, concl.50. n.62.

Contrauenire quis non dicitur, niſi formaliter contraueniat, concl.48.n.76.

Contrauentionem adeò approbare cenſetur qui poſt illam in contractu perſeuerat, vt poſtea amplius de ea opponere nō poſſit, concl.131. num.30.

CONTRIBVERE qui teneantur in adiuuando Dominum, vide concl.54. per totam.

CONTVMACIA alicuius delictum verè non probat, concl.8. ſub num.38. & concluſ. 128. num.493.

Extende primo, & declara, vt in dicta concl.8. ſub n.38.

Extende ſecundo, vt in dicta concluſ. 128. ſub num.492.

Delinquentem ſatis de crimine inculpat, ſicut è contra ſpontanea præſentatio inditia mitigat, concl. 150. ſub n.42.

Illius effectus omnes per comparitionem infra annum euaneſcunt, concl.8. ſub n.38.

Ea Vaſalli non ceſſat, per ſolutionem Canonis, ſi cætera requiſita non adimpleat, concl.101. ſub nu.11.

Contumaci alimenta non debentur ex fructibus beneficij; licèt ea debeantur depoſito, & ſuſpenſo, concl.89.n.510.

Sed an illi currat tempus ad appellandum à die latæ Sententiæ, val habitæ notitiæ, vide concl. 128. nūm.441. cum ſeqq. & concl.129.n.174. cum ſeqq.

Vero non eſt danda reſtitutio, niſi Parito iudicato, & refectis expenſis, concl.129.n.177.

Extende, & declara, vt ibi n.178. & 179.

Admittendus venit, ſi comparendo alleget velle appellationem proſequi, & vſquè adhuc non comparuiſſe, ob iuſta impedimenta, vt puta belli, odiorum publicorum, & particulares partialitates probet, concl.128.n.447.

Extende, & declara, vt n.448.

Talis ille Procurator dicitur, qui nunquam in cauſa comparuit; ſecus ſi in aliquo incidenti non comparuiſſet, etiam (ſecundū aliqos) in citatione ad audiendam Sententiam, concl. 129. ſub nu.176.

Et in materia adimplemēti talis ille dicitur, qui fecit, vt illud non ſequeretur, quia tunc pro adimpleto habetur, concl.128 n.446.

In non reſpondendo poſitionibus, quando condemnari, aut pro confeſſo, vel negāte haberi, & quando moram purgare poſſit, vide ibi nu. 451. & 452.

Non dicitur ille, qui fuit citatus in alieno territorio; licèt perſonaliter, niſi ad effectum, vt poſſit dari immiſſio, concl.129. nu.176.

Ob

Ob delictum, pro quo pœna corporis afflictiua irrogatur, extra carceres non auditur, niſi aliter à Principe fuerit ordinatum, concl.8.n.38.

Quando debeat proteſtando ſe excuſare; Item, quando per excuſatorem ſit audiendus, vide ibidem.

Quando ſit ad nouas defenſiones admittendus, vide concl.128.n.495. remiſſiuè.

Verus appellare poteſt, nedum in Ciuilibus, ſed etiam in Criminalibus de Iure Canonico; ſecus de Iure Ciuili, quod procedit etiam in ficto contumace, ibi num.440.

Verus apparenter, & exiſtenter, vel apparenter tantùm, & non exiſtenter; Item contumax fictus apparenter, & exiſtenter, vel apparenter tantùm, quis dicatur, & quādo illis appellatio concedatur, vide ibi n.449.

Itē verus quis dicatur, vide concl.8.n.38.&44.

Verus dicitur ille, qui fuit perſonaliter citatus, concl 128. ſub num.441. & 445. & concl.129. num.175.

Verus quoquè dicitur ille, qui contemnēdo Iudicem, dixit Nolo comparere, vel Nolo venire, aut non veniam, concl.8. ſub num.44.& concl.128.n.445.

Verus dicitur, qui data opera fecit, vt ad illius manus citatio non peruenerit, concluſ. 128. num.446.

Item verus ille dicitur, qui Procuratorem conſtituit, & ille indè alium ſubſtituat, ſed poſtea ſubſtitutus recedat, quia tunc poteſt per contradictas procedi, concl.129 n.180.

Declara tamen id eſſe verum, quoad validitatem Sententiæ; ſecus quoad alios effectus, vt ibidem.

Sed verus non dicitur, qui domi tantùm fuit citatus, concluſ.8. ſub num. 44. & concluſ.124. num.444.

Contumax in vna cauſa poteſt à Iudice repelli in alia, ſed quomodo id procedat, vide concl. 128.num 493.

CONVENTICVLAM facientes ad effectum eximendi aliquem à carceribus, pœna exemptionis, non autem conuenticulæ ſunt puniēdi, concl.169.n.24.

Conuenticulam facientes, quando excuſentur, & nullam pœnam mereantur, vide ibidem ſub num.24.

CONVENTIO habita ſuper ſorte, cenſetur etiā facta ſuper fructibus, concl.19.n.15.

Conuentiones, renunciationes, & pacta, quando prætextu erroris annullentur, annullata principali diſpoſitione, vide concl.56.n.201.

CONVENTVS, & Capitulum Regularium vnum Corpus conſtituit cum Epiſcopo, qui tamen Monachis præeſſe dicitur, concluſ.1. num.134.

CONVERSATIO aſſidua arguit amicitiam, & tunc amicus de geſtis alterius amici informatus præſumitur, concl.100.n.30.

Conuerſantes cum Bannitis, illiſq; opem præſtātes publici rebelles, & rei læſæ Maieſtatis dicuntur, concl.175.n.8.

CONVERTITARVM Priuilegium mandans in earum cauſis executiuè, & manu Regia procedi, prodeſt etiam illarum Aduerſarijs, concl.64.n.16.

Earum Priuilegium ſuper hæreditatibus mulierum inhoneſtè viuentium in Vrbe, quomodo procedat, vide concl.159.n.12. & concl. 161. num.17.

COPIA ſimplex, & non authentica in odium ſurripientis Scripturam probat; at ſecus regulariter, concl. 104.n.17.

Copiæ ſimplici Scripturarum, ſiue earum indicationi, quando ſit ſtandum, vide ibidem.

Copiam actorum petens coram Iudice à quo, appellationi renunciare non cenſetur, concl.129 num.334.

COPVLA, Et, inter plures poſita in contractibus operatur, vt tot ſint contractus, quot ſunt perſonæ; In vltimis autem voluntatibus fauorem extenſiuum operatur, concl.25.n.22.

Copula carnalis quomodo probetur, vide concl. 21.n.14. & concl.59.n.101.&ſeq.

Ex ea arguitur præſumptio Iuris, & de iure ad Matrimonium arguendum, concluſ.115. ſub num.1.

Copulæ carnalis magnum ſignum affert amor reciprocus, concl.105.n.11.

Illius attentatus non ſufficit ad faciendum ſpōſalia de futuro in Matrimonium de præſenti tranſire, ſed opus eſt, quòd mulier plenè cognoſcatur, concl.115.n.8.

CORPORA mortuorum, ne inhumata, & inſepulta remaneāt, Reipublicæ intereſt, concl.42 num.494.

Corpus mortuum non eſt exhumandum, ne ei vexatio detur, & ſcandalum afferatur, etiam ſi attentatè fuerit ſepultum, concl. 160. n.132.

Plura vide in Verbo Cadauer.

Corporis Vitium, ob quod Prælatus ſuum munus exercere nequeat, eſt iuſta cauſa, vt renunciare cogatur, concl.1. ſub n.118. propè fin.

Illud Chriſti, an apponi poſſit in Conſecratione Altaris deficientibus reliquijs, vide concl. 95.nu.1. & 3.

Dicitur cibus Animæ, & ideò non debet conſeruari, niſi cauſa infirmorum, vel alia neceſſaria, ibi ſub n.3.

Languens ſine Medicina ſanari non poteſt, cōcluſ. 89.n.558.

Correctio Morum, vide Mores.

CORRELATIVORVM eadē eſt natura, quia diſpoſitum in vno habet locum in altero, concluſ 36.num.9. concl. 54. nu.45. & concl.128. ſub num.910.

Eorum regula nō habet locum in his, vbi diuerſa ratio viget, concl.58.n.20.

CORRESPECTIVÆ obligationes intelliguntur, quatenus hincinde obſeruetur, & non ceſſet obligatio reſpectu cauſę, concluſ. 50. num.65.

Correſpectiuitas actuum quomodo inducatur, & quando præſumatur, & quādo non, vide concluſ.48.nu.19.

Et inducitur ex vicinitate actuum, ſiue ex præſtatione conſenſuum vno, & eodem die coram eiſdem Notario, & teſtibus, concl. 142. num.133.

Secus autem, vbi ageretur de præſumendo delicto, vt ibidem.

Correſpectiuorum eadem eſt natura, ita vt vno eorum ceſſante, alterum quoq; ceſſare dicatur, concluſ. 48. ſub num.19. & concluſ. 141. num. 132.

Plura vide in Verbo Actus correſpectiui.

CORRVMPENS acta Iudicij, quando, & qua pœna puniatur, vide concl.121.num.2. & in Verbo Acta.

Corrumpens Annonam, vide Annona.

Totam vniuerſitatem corrumpi impoſibile videtur, concl.85.n.231.

CREDITOR an quis ſit, vel debitor ſciti non poteſt, niſi computis ſolidatis, concl.133. ſub num.98.

Ante diem, & euentum conditionis, quando agere poſſit, concl.153.n.19.& ſeqq.

Anterior reuocare non poteſt alienationem, ſiue ſolutionem bona fide factam ab hærede, ad fauorem ſecundi creditoris, concl.87.num. 15.& 101.

Plura vide in Verbo Anterior, & concl.119.

Chirographarius, quando præferatur illi Inſtrumentario, vide concl.123.n.59.

Cogi non poteſt ad recipiendum eius creditum minutatim, ſed benè integrum ſic, concl.91. num.15.

Extende idem procedere in adiecto ſolutioni, ibi nnm.16.

Commendatarij in ſubſidium prælationem ſuper fructibus Commendæ habet, concluſ. 119. num.43..

Ipſe debitorem de ſuga ſuſpectũ capere poteſt, & poſtea illum Iudici conſignare, ob periculum in mora, concl.56. n.140. & concl.164. num.26.

Intellige tamen, vt in d.concl.164.n.27.

Ex cauſa depoſiti, etiam anterioribus eſt præferendus, concl.119.n.40.

Fallit in Bancherijs noſtri temporis, quia illi verè Depoſitarij non dicuntur, ibi n.41.

Ex cauſa depoſiti non eſt præferendus creditori ex cauſa funerum, ibi n.42.

Expenſas facere tenetur pro alendis Animalibus, ad eius inſtantiam ſequeſtratis, concl.108 ſub nu 47.

Fructus rei pignoratæ ex ſola cõſecutione Mãdati de adiudicando legitimè non percipit, niſi etiam de effectuali adiudicatione doceatur, concl.52.n.33.& ibi ratio aſſignatur.

Si ſit hæres, quando primo loco alienat, id facere præſumitur, ad ſibi ſatisfaciendum de eo, quod ſibi debetur, concl.85.n.131.

Sed quando ſatisfactus præſumatur, vide ibidẽ.

Immiſſus in poſſeſſionem in vim Saluiani, locationi iam factæ ſtare tenetur, concluſ.2. num.66.

Immiſſus in poſſeſſionem ex primo Decreto, vel non ſeruatis ſeruandis, nõ facit fructus ſuos, concl.52.nu.36.

Sed quomodo ſit audiendus ad effectum, vt illi reſtituatur poſſeſſio, vide concluſ. 129. ſub num.177.

In pecunia cogi nõ poteſt ſpeciem, ſiue corpus in ſolutum recipere, concl.91.n.2.

In quantitate cogi non poteſt per Statutum recipere ſtabilia in ſolutum, concl.91. nu.14. & ibi ratio aſſignatur.

Declara tamen, vt ibi n.18. cum ſeqq.

Mariti anterior vxori præfertur, etiam in conſecutione alimentorum, concl.89.n.411.

Petens plus debito, quando debitum amittat, vide in concl.45.& in Verbo Actor.

Plus conſequi non poteſt ratione intereſſe, quã percepiſſet ex ipſa re, ſi illam habuiſſet, quia æſtimatio loco rei ſuccedit, concluſ. 70. ſub num.10.

Potiorem, & anteriorem ſe eſſe oſtendere tenetur, quando ſit alienatio neceſſaria; at ſecus in voluntaria, concl.84.n.207.

Poſterior per quamlibet leuem diligẽtiam præfertur primo, & primus, ob ſuam negligentiam ſuo credito fraudatur, concl.87.num.15.& ibi ratio aſſignatur.

Poſterior anteriori ſoluens, quando in eius locum ſubintret, vide concl.119. nu. 31. cum pluribus ſeqq.

Poſtquam pro aſſiſtentia egit, & obtinuit, amplius variare non poteſt, concl.157 n.21.

Plura vide in Verbo Aſſiſtentia.

Propria auctoritate, & furtiuè rem à ſuo debitore capere non poteſt, concl.164. n.22.& ibi ratio aſſignatur.

Quid ſi pro illius rei recuperatione difficilem haberet aditum, vel periculum eſſet in mora? vide ibi n.23. cum ſeqq.

Quando ante tempus debitorem conuenire poſſit, vide in Verbo Agere.

Quando admitti debeat ad licitandum in ſubhaſtatione pignorum per ſe, vel per interpoſitam perſonam, vide concl.52.n.26.

Quando illi aliud pro alio eo, vel debitore inuito, ſolui poſſit, vide concluſ. 91.nu.6. cum ſeqq.

Non poteſt cogi recipere creditum ante tempus, concl.91. ſub n.15.

Quando debitorem carceratum alere teneatur vide concl 89.n.460. cum ſeqq.

Quando pignus ſibi benè viſum pro ſuo credito eligere poſſit, vide concl.119. ſub n.63.

Quando pro modico credito rem magni valoris retinere poſſit, vide ibi n..63.

Quando illius ſit electio in alternatiuis, vide concl.96.ſub n.15.18.20.21. & 25.

Reuocare non poteſt bona per debitorem ante contractum debitum alienata, niſi fraus, & malitia interuenerit, concl.87.n.14.

Creditum bis exigi bona fides non patitur, concluſ.90.nu.29.

Illius iuſtificatio ſemper eſt neceſſaria, vt arreſtum ſubſiſtat, concl.146.n.8.

Iuratum, vt præſcribatur ſpacium quadraginta annorum eſt neceſſarium, concl. 42. ſub n.25.
Liquidum non dicitur contra adminiſtratorem, ſiue ſocium, niſi ſocietate, vel adminiſtratione finita, & rationibus, ac calculis ſolidatis, concl.146.n.9.
Contrarium, nu.10.
Quando eſt modicum, cauſa breuioribus dilationibus eſt terminanda, concl.108.n.47.
CRIMEN Læſę Maieſtatis Diuinæ, vel humanę à Patre commiſſum, quando faciat Filios legitimam, & alimenta amittere, & quid ſi fuerit commiſſum contra alios inferiores, ab ipſo Principe, vide concl.42.n.375. cum ſeqq.
In huiuſmodi delicto bona applicanda veniunt Fiſco Principis, non autem inferiori, & feudatario, concl.167.n 67.
Plura vide in Verbo Læſę Maieſtatis crimen.
Crimina, quę, & quomodo puniantur, ex ſolo affectu, & conatu, licèt effectus non fuerit ſequutus, vide in concluſ. 74. & in Verbo Affectus.
Quę ſint, in quibus appellatio non detur, vide concl.128.n.919.
Sola atrocitas, vel qualitas criminis, ad prohibendam appellationem, non ſufficit, concl.128 ſub nu.920.
Ob illud oppoſitum in excipiendo, quis à beneficio non deponitur, licèt illud eſſet probatū, ſed ad id crimē debet per viam accuſationis proponi, concl.148.n.126.
Crimen teſtatoris, quando ab hęrede opponi poſſit, vide in Verbo hęres, & in concl.148. ſub nu.225.
Criminale iudicium, quando Ciuile impediat, vide concl.161.n.32.
CVLPA Caret qui eandem diligentiam in rebus alienis, quam in propria re, & perſona adhibuit, concl.99. ſub n.34.
Illam allegans, & in ea ſe fundans eam probare tenetur, concl.89.n.374.
Declara tamen, vt in concl.99.n 37.
Lata in Ciuilibus dolo æquiparatur, concl. 40. nu.35. & concl.60.n.80.
De lata, leui, vel leuiſſima, aut de dolo, quando quis teneatur, vide d.concl.60.n.80.
Illa, ſine delicto nemini immunitatem præſtat, concl.86.n.56.
Et vbi non adeſt, tunc quis fideliter, & legaliter adminiſtraſſe cenſetur, concl.56.n.111.
Non eſt imputanda ei, cui eſt neceſſe parere, concl 165.n.108.
CVMVLATIO actionum, quando detur, & quando non, vide in concl.35. per totam.
Item illa petitorij cum poſſeſſorio, quando ſit facienda, vide concl.135.n.16. cum ſeqq. & n. 47. cum ſeqq.
CVRA animarū quid ſit, & circa quæ verſetur, vide concl.137.n.43.
Et quando beneficio, vel dignitati ſubeſſe dicatur, vide concl.72.n.72. remiſſiuè.
Et ſi ſit annexa beneficio, tunc illud impetrare quis poteſt, licèt non habeat Ordines, dummodo ſit initiatus prima tonſura, & viginti-quatuor annos completos habeat, concl.72. nu.69 & 71.
Illius nemo ſit capax, niſi ſit Sacerdos, concl. 137.nu.43.
Eam ſuſcipere nemo cogitur, niſi neceſſitas, vel conſuetudo concurrat, ibi ſub n.44.
Ea ſi non exprimatur in literis, tunc prouiſio Apoſtolica ſubreptitia dicitur, concluſ. 126. num.21.
Sed illius expreſſio ſufficit, vt per æquipollens fiat, ſi tamen æquipollens ſit ad Curam neceſſarium. ibi n.22. & 23.
Quando non eſt principalis, ſed acceſſoria illius curę expreſſio, tunc abſq; vitio ſubreptionis gratię omitti poteſt. Ibi n.24.
Non eſt neceſſaria illius expreſſio, quando ea habitu tantùm eſſet, ſed non actu, ibi n 25. & ibi exemplificatur.
Contrarium, nu.26.
Concorda, vt nu.28.
De ea ſufficiens mentio facta non dicitur, ſi in gratia dicatur, quòd animarum cura, ſi qua imminet, nullatenus negligatur, ibi n.28. & ibi ratio aſſignatur.
Plura vide in Verbo Anima.
Curatum non præſumitur beneficium, ex eo, quia in Eccleſia Sacramenta adminiſtrentur, niſi etiam probetur, quòd illud obtinens ad ea adminiſtranda adſtringatur, & recipientes ea illuc accedere cogantur, concluſ. 126. num.29.
CVRATORIS auctoritas, quando in contractu minoris ſit neceſſaria, vide concl.86.num 39. cum ſeqq. & concl.163. per totam, & in Verbo Minor.
Hæreditati iacenti, quando, & quomodo ille ſit dandus. vide concl.51.num.9. & in Verbo Aditio.
Illius datio probationem minoris ætatis inducit, concl.72.n.21.
Declara id procedere ſolùm in præiudicium illius, qui illum dari fecit concl.86.n.255.
Item declara, vt in concl.163.n.10.
Et talis datio vni, vti furioſo, quando illius dementiàm probet, vide concl.72.n.28.
Illius ſpecialis deputatio requiritur in alienatione ſtabilium Minoris ex Statuto Vrbis, concluſ.86.n.40.
Contrarium tamen, de iure communi, ibi n.41.
Ille Minori alium Curatorem habenti in contrahendo dari non poteſt, niſi primo remoto, ibi num.41.
Sed id cum cauſæ cognitione fieri debet, concl. 86.num 43.
Neq; ille eſt concedendus minori, quando ipſe tractaret de donatione facienda, & ſic quādo de perdendo agitur, ibi n.42.
Semper ex iuſta cauſa dandus eſt, concl.85. ſub num.42.
Illius deputationi non eſt locus in cōtractibus minorum, & mulierum, dum proximiores, de quibus loquitur Statutum, adſint, ibi n.45.

Ex-

Extende, & declara vt ibi n.46. cum ſeqq. & vide in Verbo Proximiores.
Et ſuſpectus à cura remoueri poteſt, concl. 56. num.61.
Plura vide in Verbo Tutor.
CVRIA Romana nnnq; remittit delinquentes, ſed alij Iudices benè eos ad illam remittunt, concluſ 168. ſub n.98.
Curiales, & familiares Regis, & illius Primogeniti in Curia degentes arma deferre poſsũt, concl.143.n.92.
Curialia, & Vrbana verba ea proferentem non obligant, concl.156.n.32.
CVRSORES qui ſint Clerici admittuntur ad plenam fidem faciendam in cauſis grauibus Sanctæ Fidei, vt ſi deponerent pœnes talem Libros Hæreticorum, aut Negromãticorum inueniſſe, concl.155.n.108.
CVSTODES Laici animalium Clericorum accuſari poſſunt, cum ipſis animalibus de dãno dato, & de eo tenentur, concl.108.nu.51.
Illi Portarum in Statu Eccleſiaſtico forenſes certiorare tenentur de pœna delationis armorum, concl.143.n.31.
Cuſtodia Eccleſiæ inferioris ſpectat ad Epiſcopum; at ſecus de Cathedralibus, in quibus ſolus Papa Viſitatorem, & Adminiſtratorem conſtituit, concl.56.n.152.
Illa bonorum, quam habet vxor in bonis viri vergentis ad inopiam, quid operetur, vide in concl.152. per totam.
Cuſtodire qui tenetur Librum, aut aliam rem ratione Officij non excuſatur ſolo iuramento, ab eius exhibitione, ſed amiſſionis caſum probare tenetur, aut edere, vel intereſſe præſtare cogitur, concl.78.n.52.
Cuſtos Carcerum non poteſt Carceratum à Iudice relaxatum pro expenſis, & ſalario Cuſtodiæ retinere, ſed eum relaxare, & poſtea pro conſecutione ſui crediti agere debet, concluſ. 89.nu.466.
Contrarium de conſuetudine ſeruatur, ibi num. 467.
Carcerũ, ſiue Arcis, quãdo teneatur de culpa ſubſtituti, vide remiſſiuè in concl.142. ſub n.51.
Ille, vel Depoſitarius rerum, quando ad earum æſtimationem teneatur, ſi per incurſum Latronum, aut alio fortuito caſu deperdantur, vide concl.99. num.35. cum ſeqq. & in Verbo Depoſitarius.

D

DAMNA, & intereſſe, quando veniant in remiſſione iniuriç, & in pacis confeſſione, vide concl.40.n.11.
Et quando ea ſortis reſtitutionem inducant, vide concl.37.n.17.
Ea in iudicio attentatorum refici debent à die attentationis, non autem à die motæ litis, concluſ.160.n.261.
Et quando veniant appellatione expenſarum, de ibid. n.261.
Damni cauſam dans damnum dediſſe dicitur, concluſ.169. ſub nu.22.
Damna, & lucra ſocijs communia fiunt, concl. 108.nu.15.
Damnificans tenetur ad pœnam, & damnum inſimul, quando territoria ſunt bannita, concluſ.108.n.49.
Declara tamen, quòd prius damnum, quàm pœnam ille ſoluere tenetur, ibi n.50.
Seminata, ſeu ſegetes ſortitur forum illius, in cuius territorio damnum fuit illatum, concl. 108.num.52.
Et quomodo illud veniat æſtimãdum, vide ibid. remiſſiuè.
Damni probatio fieri poteſt, per duos teſtes, quamuis debitum principale Scripturam requireret, ibi n.54.
Damnoſa ſi dicatur eſſe alienatio rei Eccleſiæ eſt habenda ratio eorum, quæ veriſimiliter in diminutionem valoris, ac fructuum rei alienatæ contingere poſſunt, vt eſt fluminis vicini, ac bannitorum ſolitus acceſſus, concluſ.85.num. 227.
Talis non probatur alienatio rei Eccleſiæ ex redditibus fundorum vicinorum, niſi probentur fundi illi eſſe eiuſdem bonitatis, & talis reditus, ibi n.228.
Damnum dicitur amiſſio lucri iam in ipſe radicati, & acquiſiti, concl.42.nu.667. concl.50.nu. 35. & concl.69.n.23.
Illud euitare cupienti leges magis ſuccurrunt, quàm illi lucrum captare quęrenti, cum non ſit par, ſed diuerſa ratio, damnum facere, & lucrum amittere, concl.29. n.22.concl.78.nu. 104.& concl.86.n 100. & 220
Quando alicui damnum datur, tunc illud, nedum primariò, ſed etiam ſecundariò veniat attendendum, concl.62.n.12.& 79.
Si ſit datum ab animalibus, tunc ea retineri poſſunt, donec eorum Dominus ſciatur, & cautionem de reficiendo damnum pręſtiterit, concluſ.108.num.41.
Declara tamen, quòd ipſe Dominus tunc retineri non poſſit, ibi n.44.
Et quando fuit per aliquos datum damnum illorum bona ſunt pro damnis paſſis tacitè obligata, ibi n.48.
Et quando neſcitur, à quo fuerit illatum, tunc omnes tenentur inſolidum, vt ibidem.
Et illud, quando à loco, & à Villa, in quibus datum ſit reſarciri debeat, vide concluſ.108.nu. 57.remiſſiuè.
Etiam per coniecturas illud probarĩ poteſt, & vbi teſtes eſſent ſingulares, tunc erit locus Iuramento ſupletiuo, ibi n.55.
Iuramento damnum paſſi non ſtatur, ſi ille alias falsò iurauerit, ibi n.56.
DARDANARIVS dicitur annonæ, & aliarum Mercium acerbiſſimus venditor, & vexator concl.111.n.43.
Dardani contumelioſè à Dardano Mago dicuntur, & Dardaniç artes magicæ vocantur, ibi n. 43. & ibi ratio aſſignatur.

Dar-

Dardanarijs nihil fraudulentius, nihilquè iniquitus; ideò meritò varijs conſtitutionibus eorum fraudes coercentur, concluſ. 111. ſub num. 43.
Eorum horrea tempore penuriæ pro bono publico aperiri poſſunt, ibi ſub n. 42.
DATA antiquitatem Inſtrumenti non probat, niſi adminicula concurrant, cum poſſit eſſe, quòd Scripturæ modernæ, ſub antiqua data fiant, concl. 120. n. 63.
Data relaxationis litterarum datam plumbationis non probat, concl. 126. n. 54.
DATARIVS dicitur Organum Papæ, concl. 97. num. 4.
In Dataria duo regiſtra adſunt, vnum ſupplicationum, alterum litterarum, vt ibi, litteris amiſſis recurri poſſit, concl. 126. n. 61.
DATIO inſolutum pro maiori quātitate, quàm ſit debitum, quando vitietur in totum, vide concl. 43. n. 17.
Et in hac materia, vide concl. 137. n. 15. & 17.
Item, quando potius datio inſolutum ſit præſumenda, quàm pignus, vide concl. 152. n. 72.
DEBITA ſoluere, quando teneantur ſucceſſores in feudo ex pacto, & prouidentia, vide concl. 87. num. 42.
Debiti appellatione nō venit pactum debitum, concl. 100. n. 29.
Illius partem ſoluens totum debitum agnouiſſe cenſetur, concl. 103. nu. 24 & vide in Verbo Partem debiti ſoluens.
DEBITOR ad damna, & intereſſe non tenetur, quando ei per Sequeſtrum fuit ſolutio impedita, concl 128. ſub n. 434.
Adimplere non cogitur pro parte ſua in contractu vſurario, concl. 70. n 8.
Æſtimatione quanti plurimi non eſt onerandus, ſi penuria inſolita ſuperuenerit, ibi n. 2.
An quis ſit debitor, vel creditor ſciri non poteſt, niſi computis ſolidatis, concl. 133. n. 98. & concl. 153. ſub n 15.
Illius bona ante contractum debitum alienata, per creditores reuocari nō poſſunt, niſi fraus, & malitia interuenerit, concl. 87. n. 14.
Captus ad inſtantiam vnius creditoris, quando ad inſtantiam alterius arreſtari poſſit, & quādo non, vide latè in concl. 146 n. 2. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Arreſtum.
Et carceratus, quando ſit per creditorem alendus, vide concl. 89 n. 460. cum ſeqq.
Si ſit pauper, & per creditorem non alatur, eſt relaxandus, ibi n 461.
Et Debitor dicitur ille à quo inuito aliquid ſi volumus extorquere poſſumus, nec ei vlla exceptio competit, qua ſe tueri poſſit, concl. 153. num. 3.
Et quis talis eſſe poteſt, tàm per viam contractus, quàm per illam delicti, ibidem.
Debitoris electio eſſe ſolet in alternatiuis, concluſ. 96. n. 14. 23. & 24.
Declara tamen id eſſe verum regulariter; ſecus ſi alternatiua ad fauorem creditoris ponatur vt eſt in electione exigendi, concl. 96. n. 15.
Sed poſtquam ſemel elegit amplius ei variare non licet, ibi nu. 17.
Declara tamen id procedere poſt litis conteſtationem; at ſecus ante, ibi n. 19.
Si in eligendo illius mora intercedat, tunc in creditorem dicta electio tranſit, ibi num. 20. vbi ratio aſſignatur.
Extende, vt ibi n. 21.
Plura vide in Verbo Alternatiua, & in Verbo Electio.
Fallitus, aut ſuſpectus de fuga capi non poteſt in Eccleſia, Monaſterio, vel Hoſpitali ſi ibi confugiat, concl. 153. nu. 32. & 34.
Contrarium, nu. 33.
Intellige, & declara, vt n. 35.
Et in dubio præſumitur eſſe ſoluendo, & qui cōtrarium dicit, illud probare tenetur, concluſ. 153. num. 19.
Si quis ſit debitor in Frumento, ad hoc, vt in mora conſtituatur debet creditor probare ſe miſiſſe ſaccum, vel beſtiam, aut perſonam pro eo aſportando, concl. 50. n. 29.
In mora non dicitur, quando non ſoluit, ſi in loco, vbi erat facienda ſolutio non aderat, qui eam reciperet, ibidem.
In mora non conſtituitur, ob inter pellationem, ſibi factam de tempore, quo ducebat vxorem, vel ſepeliebat ſuum defunctum, aut dum Miſſam audiebat. concl. 70. n. 3.
Et dies luctus quantum durent, & quibus perſonis ſuffragentur, vide ibi n. 4.
In pecunia, quando poſſit ſoluere in bonis, & quando non, vide in concl. 91. n. 18. cum ſeqq. & nu. 34. & 35.
Ire ad domum creditoris regulariter non tenetur, ſed ſatis eſt, ſi in proprio domicilio ſoluere ſit paratus, concl. 89. n. 574.
Non tenetur obtemperare Iudici mandanti, vt creditori minori, abſq; ſolemnitatibus ſoluat, ſed ad Superiorem prouocare poteſt, concluſ. 128. nu. 457.
Declara tamen, vt ibidem.
Quando arreſtari poſſit lite pendente, abſquè attentatorum vitio, ad effectum aſſecurādi Iudicium, vide concl. 146. n. 4. cum ſeqq.
Quando in acquirendis poſſit ſuis creditoribus præiudicare, vide concl. 42. num. 599. cum ſeqq.
Quando pretium debitum offerre, & rem adiudicatam à creditore reuocare poſſit, vide concl. 52. n. 55. cum ſeqq.
Quando ante diem conueniri poſſit, vide in Verbo Agere, & in concluſ. 153 num. 19. & ſeqq.
Ille, qui dedit fideiuſſorem, qui ſtatim, ac fuit obligatus fugam arripuit, ex breuitate temporis illius fugæ conſcius præſumitur, & ſic aliū fideiuſſorem in eius locum dare tenetur, concluſ. 87. nu. 95.
Suſpectus de fuga, quando Iudicium aſſecurare teneatur, vide concl. 44. num. 14. & concl. 153.
Et talis ſuſpectus capi non poteſt, quando idoneum

neum fideiuſſorem præſtitit, concl.153. nu.29. & ibi ratio aſſignatur.

Sed poteſt per creditorem, ob periculum in mora propria auctoritate capi, dummodo intra viginti horas Iudici præſentetur, concl.164 num.26.& 27.

Plura vide in Verbo Suſpectus.

Debitorum neceſſariorum cauſa poteſt feudum alienari, concl.87.n.48.

Debitorum Nomina, vide Nomina debitorum.

Debitum per Patrem contractum, quando præſumatur conuerſum in vtilitatem Filiorum, ita vt vxor, & Filij ad illius ſolutionem teneantur, vide concl.89.nu.122. cum ſeqq.

Quando cæptum eſt ſolui in vno loco, in eodē eſt perſeueranda illius ſolutio, ibi n.575.

Remiſſum cenſetur, ex diuturnitate temporis, & rationibus ſepius inter adminiſtratorem, & Dominum calculatis, concl.120.n.82.

Illud ſpeciei, quando in debitum quantitatis, & Pecuniæ reſolui poſſit, vide concl.89.nu.579. cum ſeqq. & concl.91.n.4.& ſeqq.

Et vnum, quando conuertitur in alterum, tunc illud primum extinguitur, nec illius naturam retinet, concl.89.n.63.

Vnum, vt antiquius alio dicatur, non dies creationis illius, ſed dies ſolutionis attendenda venit, concl.120.n.141.

DECANATVS dignitas ætatem annorum vigintiquatuor completorum requirit, concl.72. num.74.

Decanus delicta leuia Clericorum punire poteſt concl.137.n.37.

In abſentia Archidiaconi, illius iure vti poteſt, ibi nu.52.

Item in abſentia Archipræsbyteri ille ſuccedit, & illius iure vti poteſt, concl.137. num.53. & concl.140.nu.19.

DECEPTIS, & non decipientibus iura ſubueniunt, concl.86.n.100. concl 89.n.252. & cōcluſ.148.n 231. & ibi ratio aſſignatur.

DECIMÆ dicuntur tributa perſonarum egentium, concl.128. ſub n.294.

Et ſunt de iure Diuino, concl.138.n.33.

Sine controuerſia ſunt ſoluendæ, concl.135.ſub num.209.

Et quando ſint ſoluendæ de animalibus, vide concl.108.n.30.

Illas ſoluere tenentur Equites Hieroſolymitani, & in hoc ſubditi Epiſcopo dicuntur, concluſ. 66 num.6.

Si illas exigat Parrochus, quoad certos tantum fructus, tunc dicitur in poſſeſſione exigendi, quoad omnes, neq; ius exigendi, quoad illos non exactos amittit, concl.103. nu. 22. & ibi ratio aſſignatur.

Decimandi ius prouenit, ex quodam iure vniuerſali Parrochialitatis, & ideò ſi verificetur in vno, in omnibus quoq; illiud Ius acquiſitum cenſetur, ibi ſub 22.

Decimarum cauſa, quando ſit appellabilis, vide concl.128.nu.292. cum ſeqq. & concl.135.nu. 208. cum ſeqq.

Illis renunciare cenſetur, qui petitur, vt eas alter exigat, concl.129.n.344.

Earum ſolutio per clauſulam (arbitrio Rotæ) retardari non poteſt, concl.135.n.208.

Illas ſoluere recuſans compelli poteſt, omni appellatione remota, concl.135.n.210.

Fallit, vt in concl.128.n.290. cum ſeqq.

Earum materia prophana dicitur, ad effectum obtinendi remiſſoriam, concl. 148. ſub num. 197.

Secus autem, quoad alia, vt in concl.128.num. 292. cum ſeqq. & in concl.138.n.33.

Plura vide in Verbo Annatæ, concl.110. & in Verbo Solutio.

DECISIONES Rotæ Romanæ ſunt maioris auctoritatis, quàm communis Doctorum opinio & à Doctoribus, & Iudicibus in re dubia ſunt ſequendæ, concl.168. ſub n.1.

Declara tamen, vt ibi n.2.

Et faciunt ius, ac illud oſtendunt, ibi nu.3.& ibi ratio aſſignatur.

DECLARATIO animi præcedere debet, & nō ſequi illum actum, qui animum detegere poteſt, concl.48.n.33.

Et quando ſit facienda, ad hoc, vt alicui ſuffragetur, ſuper nō adeunda hæreditate, vide concluſ.51.n.11.

Alicuius actus declaratio facta à minore, ſed muliere, vel eorum Procuratore ſolemnitatibus non eget, quando ille actus erat per ſe validus, & ſolemnis; ſecus verò, ſi actus eſſet per ſe nullus, concl.86.n.191.

Nihil de nouo inducit, ſed tantummodo ius, quod competebat manifeſtum facit, concluſ. 122. ſub n.4.

Declaratio qualitatis facta ad alium finem, quā de quo quæritur, nihil operatur, concl. 109. ſub nu.10.

Plura vide in Verbo Reſponſio, & in Verbo Animus.

A declaratione exequutoris litterarum Apoſtolicarum datur appellatio, ſtantibus difficultatibus à facto pendentibus, concl. 128. num. 163.

Sed ab illa qualitatum non augentium, neque minuentium, vel in re iudicata compræhenſarum, appellatio non datur, concl.128.num. 471. & 472.

DECLARATORIA eſt relaxanda, quādo quis, ob aliquod impedimentum, quod ipſemet præſtat, intimari non poteſt, concl.135.n 78.

Quando ſit neceſſaria, vt Clericus delinquens à Iudice Laico torqueri, & puniri poſſit, vide concl.50.n.38.cum ſeqq.

Ea in delictis eſt neceſſaria, etiam in pœnis ipſo iure impoſitis, conct 128 ſub n.475.

Sed, vt ferri poſſit, quid præcedere debeat, vide concl.168. num.71. & prius concl.128. ſub num,398. vbi multa habebis in hac materia notanda.

DECOCTVS pro mortuo habetur, concl.119. ſub num.22.

Alienans ſua bona ante, vel poſt decoctionem, quando

quando ſimulatè, & in fraudem creditorum id facere præſumatur, & quomodo illa bona per creditores auocari poſſint, vide concl. 87. num. 97. cum ſeqq.

Bona fide alienans in vtilitatem poſteriorum creditorum, quando anterioribus præiudicet, vide ibi n. 101. & concl. 119. n. 22.

Illius actiones tranſeunt in creditores, concluſ. 119. ſub nu. 22.

DECRETVM Anni Sancti prohibens augmentum pēſionis Domorum, apothecarum, etiam ad granaria, & ſimilia bona extenditur, concl. 127. n. 2.

Illud Camerale, quandò habeat locum; Item, quando illi renunciatum cenſeatur, vide concluſ. 62. num. 42.

De euacuando, quando ſit appellabile, vide in Verbo Appellatio, & concl. 128. num. 320. cum ſeqq.

Illud de exhibendo, vel non exhibendo rem aliquam non eſt appellabile, ibi nu. 329. & 330.

De reſtituendo prioribus, & potioribus aliquam ſummam pecuniarum, ad omne Mandatum Domini, quando ſit appellabile, vide ibi num. 861. cum ſeqq.

Illud immiſſionis in poſſeſſionem, quando ſit appellabile, vide latè in concl. 128. n. 41. cum ſeqq. & n. 690. cum ſeqq.

In iudicio ſummariſſimo manutentionis nunquam in rem iudicatam tranſit, ita vt Iudex ſi illi melius de poſſeſſione aduerſarij conſtiterit, ſuum Decretum reuocare, & partem aduerſam manutenere poterit, ibi n. 25.

Declara, & extende, vt ibidem, & nu. 800. cum ſeqq. & concl. 160. n. 147. cum ſeq.

Illud irritans, & (clauſula) (ſublata) quādo apponuntur in aliqua conſtitutione operantur, vt illa, nec per ſtatutum, nec per conſuetudinem, vel per non vſum, ſiue contrarium vſum tolli, ſeù abrogari non poſſit, conci. 86. n. 106. & vide concl. 111. n 37. & ſeq.

In alternatiua appoſitum an, & quando liget Papam, vide concl. 97. n. 17. cum ſeqq.

Inducit proteſtationem defectus voluntatis in diſpoſitione ſequenti, ibi n. 19.

Omnia in contrarium geſta penitus annullat, ibi num. 56.

Sed ante publicationem ignorantes non ligat, quoad pœnam, concl. 114 n. 19.

Gontrarium, vt ibidem.

Intellige, vt concl. 111. n. 37. & 38.

Illud, & clauſula (Quorum tenores) operantur, vt litteræ Apoſtolicæ iuſtificatione non egeant concl 126. n. 82.

Nunquam intrat, niſi quatenus locus diſpoſini principali fiat, concl. 135 ſub n. 168.

Secundum naturam gratiæ regulandum venit, vt ibidem.

Plura vide in Verbo Clauſula Sublata.

Decretum, & non obligatio Cameralis, quando dicatur vulneratum, dixi in Verbo Vulnerata, & in Verbo Obligatio.

Illud Iudicis doli, & fraudis ſuſpicionem ceſſare facit, concluſ. 155. ſub num. 139.

Et pro ſe iuris præſumptionem habet, vt ſc licèt omnia rectè facta præſumantur, quòd tamen intellige verum, vt ibi concl. 148. n. 282.

Non valet, ſi ſine cauſæ cognitione fuerit interpoſitum, concl. 86. n. 38. & 201.

Super alienatione rei Eccleſiæ interpoſitum redditur nullum, ſi defectus cauſæ probetur, concl. 85. num. 115. & 151. & concluſ. 86. ſub num. 38.

Extende idem procedere, ſi ad eam fuerit deuentum celeriter, & ſine matura cauſæ diſcuſſione, & cognitione, concl. 85. n. 127.

In contractibus minorum, vel mulierum facit præſumi iuſtam cauſam interueniſſe, quamuis de ea nulla mentio fiat, concl. 86. nu 11. & 38.

Declara tamen, vt dicto n 11. & 197.

Illud, & Sententia ex curſu 30. annorum præſumitur lata eo modo, quo de iure ferri debebat, concl. 86. n. 19.

Corruit ſi cætera requiſita in alienatione rerū minoris non concurrant, ibi n. 3. & 38.

Item, quòd tali caſu contractus ſit nullus, vide ibi num. 65

In contractu minoris debet eſſe extenſum, cum clauſulæ cæteratæ non ſufficiant, ibi n. 38. & ibi ratio aſſignatur.

In contractu minoris, an neceſſariò præcedere debat, vel ſufficiat, ſi poſtea ſubſequatur, vide ibi n. 198. cum ſeqq.

Quando requiratur in alienatione bonorum Filij facta per Patrem, vide concluſ. 87. num. 123.

Plura vide in Verbo Alienatio, & in Verbo Iudex.

Pro parte validum, & pro parte non, quando vitietur in totum, vide coucl. 45. nu. 11. cum ſeqq. & in Verbo Sententia.

Decretum à Iudice, cum intimatione factum nō afficit, niſi ea exequuta, concl. 129. ſub n. 192.

DECVRIONES Frumentum vendere non tenentur ſuis Ciuibus vilius, quàm annona exigat, concl. 111. n. 1.

DEFECTVS cauſæ alienationis, quando interpoſitionem Decreti nullam reddat, vide concluſ. 85 n. 115. & 151. & concl. 86. ſub nu. 38. & in Verbo Decretum.

Ille in alienatione rei Eccleſiæ, non ſuppletur per Beneplacitum Apoſtolicum; licèt illud præſumptionem iuſtæ cauſæ inducat, concl. 85. num. 164. & 155.

Conſenſus Capituli ſi defficiat non obſtat alienationi rei Epiſcopatus, ſi euidēs vtilitas probetur, ibi n. 325.

Ille iuriſdictionis, & mandati, quando ſit ſanabilis, vide concl. 135. nu. 191. cum ſeqq. & in Verbo Nullitas.

Sed quando talis defectus totum proceſſum inficiat, ita vt ex eo nullo modo iudicari poſſit, vide concl. 135. ſub n. 201.

DEFENSIONES ſunt de iure Diuino, & nemini ſunt denegandæ, cum nec Diabulo fuerint denegatæ, concl. 128. ſub n. 589.

Et ſi denegantur, non intelligitur de naturali defenſione, ibidem.
De iure Diuino, ac naturali competens non ſunt tollendę. concl. 148. ſub n. 402.
Sed quando illis renunciari poſſit, vide concl. 128. nu. 482.
Item, quando illis denegatis poſſit procedi ad torturam, & pręſertim in Tribunali Guber. Vrbis, vide concl. 150. ſub n. 62.
Defenſio legitima debet concedi deponēdo, antequam deponatur, concl. 1. n. 117.
Defendere, quando quis poſſit reum, etiam cum cauſa minus iuſta à morte abſq; peccato, vide concl. 60. n. 79. & in Verbo Aduocatus.
Defenſionibus renunciare in cauſis criminalibus nemo poteſt, concl. 150. n. 62.
Fallit in delicto aſſaſſinij, ibidem, vbi ratio aſſignatur.
Defenſor neceſſarius quomodo in iudicio comparere, & defendere debeat reum conuentum vide concl. 165. ſub n. 68.
DEFERENS arma prohibita animum maleuolum habere cenſetur, concl. 143. n. 1.
Baculum aptum ad nocendum, vel pilam plumbeam deferens eſt puniendus; at ſecùs in deferente baculum paruum, licèt in hoc arbitrio Iudicis ſtandum ſit, ibi n. 54.
Cætera, vide in Verbo Arma.
DEFORMITATEM an inducat vitium, vel macula corporis ad effectum incurrendę irregularitatis, id eſt arbitrarium Iudici, concluſ. 175. n. 23.
DEFVNCTI Ius non mutatur in perſona hæredis, cum actio inter filium, & illius hęredem confundatur, concl. 42. n. 17.
DEGRADATIO eſt perpetua remotio ab adminiſtratione Altaris, & Ordinibus Eccleſiaſticis, concl. 150. ſub nu. 42.
Actualis, vel verbalis, quando ſit neceſſaria, vt Clericus aſſaſſinus à Iudice ſeculari torqueri, & puniri poſſit, vide ibi n. 41. & 42.
Illius pœna in dubio intelligitur de verbali, & non de actuali, ibi ſub n. 42.
Degradare non poteſt ordinarius illum Clericū, qui à Papa fuit Ordinatus, in reuerentiā illius manus appoſitionis, concl 130. n. 7.
Degradare non poteſt Epiſcopus, vel Archiepiſcopus in locis exemptis, concl. 130. n. 48.
Plura vide in Verbo Depoſitio, & in Verbo Epiſcopus.
DELATIO appellationis, quando abdicationem iuriſdictionis Iudicis à quo operetur, vide concl. 129. n. 160. cum ſeqq.
Delatio armorum, vide Arma.
DELEGATIO crediti ius anterioritatis extinguit, concl 119. n 46.
Et quando dicatur facta, vide concl. 17. nu. 59. cum ſeqq.
Et ad hoc, vt legitimè fiat, quæ ſint neceſſaria, vide ibidem, n. 59. cum pluribus ſeqq.
Delegatus, ad hoc, vt quis eſſe poſſit, debet eſſe ætatis annorum ſaltem viginti perfectorum, concl. 72. nu. 80.
Et ante expeditas litteras nihil poteſt, concl. 97. n. 7. concl. 47. ſub n. 26. & concl 126 n. 101.
Et vt talis probetur, litterę patentales Originariæ exhibendæ veniunt, neq; earum tenor per teſtes probari poteſt, niſi deperditæ fuiſſent, concluſ. 47. ſub num. 26. & concluſ. 126. num. 68.
Illi non creditur, niſi prius litteris ſuæ Delegationis præſentatis, concl. 126 n. 101.
Et tenorem ſuæ Delegationis in citatione mittere debet, vt citatus certò ſciat ſe debere comparere; aliàs ille contumax non efficeretur, ibi nu. 103. & 104.
Declara tamen, vt ibi n. 105. cum ſeqq.
A Delegato Apoſtolico ad Delegantem appellatio datur, concl. 128. n. 162.
Fallit, vt ibi n. 167. 168. & 918. & vide in Verbo Appellatio.
Sed à Delegato Officialis Epiſcopi ad quem appelletur, vide concl. 128. n. 181.
Delegati Apoſtolici Priuilegio ceſsāte ſolus Papa Delegans illius Sententias retractare poteſt, ita vt neq; legatus de latere ſe intromittere valeat, ibi ſub n. 225.
Delegata iuriſdictio non facit ceſſare ordinariā, concl. 47. n. 24.
Illius iuriſdictio, vti potentior vincit effectum illius ordinarij, concl. 128. ſub n. 630.
Sed ea expirat lata Sententia, concl. 126. num. 109.
Delegatus Principis ſuam Sententiam exequi poteſt, concl. 133 n 103.
Et habet iuriſdictionem, quam arbiter habere non poteſt, ibi ſub n. 148.
Adimplere non debet illud reſcriptum, quod à tramite Iuſtitiæ deuiat, concluſ. 165 num. 80.
Plura vide in Verbo Iudex.
DELIBERATIO pignorum, quando eſt nulla reſpectu non citati, an ſit etiam nulla reſpectu citati, vide concl. 52. n. 18.
Vt legitimè fiat, quando citatio pręcedere, & tempus mēſis ad reluendum aſſignari debeat, vide ibi nu. 22. & 23.
DELICIÆ ſpirituales quomodo à corporalibus differant, vide concl. 166. n. 62.
DELICTA committere ſolent homines, vt plurimum, dum exiſtunt inter vigeſimum, & vigeſimum quintum annum, concl. 72. nu. 94. & ibi ratio aſſignatur.
Et an ſint punienda à Iudice loci, vbi ea patrari mandantur, ſiue ab eo, vbi committuntur, vide concl. 12. n. 12.
Si duo fuerint commiſſa, vnum ſcilicèt propter aliud, quando delinquens de vno tantum, an de maiori, vel minori pœna teneatur, vide concl. 48. n. 87.
Impunita remanere non debent, concl. 123. ſub num. 21.
Et leuia, vel grauia quæ dicantur, vide concluſ. 137. ſub n. 36. remiſſiuè.
Sed ſit graue delictum ratione loci, & multitudinis populi, concl. 144. n. 228.

Illa Monachorum à quo, & quomodo puniantur, vide concl.1.n.129.
Paria pari compenſatione tolluntur, concl.50. nu.62. & concl.59.n.74.
Plura committens, quando de vna tantum, aut de pluribus pœnis teneatur, vide concl.59.n. 94. cum ſeqq. concl.143.n.8. & 9.
Præſcribuntur regulariter ſpacio viginti annorum, concl.59.n 76.
Fallit primò, quando delinquens eſſet ſub conditione condemnatus, quia tunc dicto ſpacio non tolleretur, vt ibidem.
Fallit ſecũdo, quoad excipiendum, ſiue etiam, quoad pœnam ſpiritualem, vt ibidem.
Fallit tertio in delicto adulterij, quod quinquennio præſcribitur, niſi illud fuiſſet reiteratum, aut eſſet cum inceſtu, vel ſtupro cum vi, quia tunc perpetuatur, ibidem.
Fallit quarto in actione Prætoria, vt eſt illa iniuriarum quæ vnico anno tollitur, ibidem.
Fallit, etiam in multis alijs criminibus atrociſſimis, vt in concl.124.n.38.
Non doloſè commiſſum quomodo puniatur, & quanto tempore præſcribatur, vide concl. 175.n.15.
Et quæ non præſcribuntur qualia ſint, vide concluſ 124.n.38.
Quæ, & quomodo puniantur ex ſolo affectu, & conatu, & ſic non ſecuto effectu, vide concl. 74. & in Verbo Affectus.
Quæ nam fuerint à Principibus, ſiue Iudicibus, ob fragilitatem remiſſa, vide in Verbo Abortum, & concl.7.
Et qualia nõ comprehenduntur in abolitione Proceſſus ex gratia Principis conceſſa, vide concluſ.6.n.4. cum ſeqq.
Quando punienda ſint à Iudice loci perpetrati delicti, ſiue quando delinquentes ſint remittendi, vide concl.12.n.7.cum ſeqq.
Quando, ob violatam Pacem vbiq; puniri poſſint, vide ibi n.31.
Et, vt in lucem prodeant poteſt Princeps indulgentias, & impunitates ſocijs criminum concedere, concl.165.n.101.
Illorum natura eſt, vt quis in eo puniatur, in quo deliquit, concl.160.ſub n.19.
Item eorum qualitas ex circunſtãtijs arguitur, & ex illis illud augeri, aut minui poteſt, concl. 7.num 6.
Sed quomodo qualitas delicti aſſaſſinij, ſiue proditionis ſit probãda, vide cõcl 150.n.21.&73.
Delictum abſq; dolo non committitur, concl.59. num.60.
Item abſq; ſpe lucri committi non præſumitur, concluſ.111. ſub nu.30.
Commiſſum in via publica communis Iuriſdictionis non refert, an fuerit commiſſum potius verſus vnum territorium, quàm verſus alterum cum tota via in communi iuriſdictione extaredicatur, concl.38 n.25.
Illud, & fraus in dubio non præſumitur, & præſertim, quando alia interpretatio capi poſſit, concl.87.n.108.
Quãdo eſt famoſum facit, vt pars poſitioni criminoſæ reſpondere cogatur; Atſecus ſi non ſit tale, concl.128. ſub n.227.
Illud in committendo maius, quàm in omittendo dicitur, & ſic de vno ad aliud non infertur, concl.142.n.42.
Nondum conſummatũ mitius eſt puniendum, concl.111. ſub n.11. & concl.150.nu.29.
Illud non probant teſtes de auditu, ſi præſertim rationem ſui dicti non reddant, concl.148.nu. 228.
Neq, etiam probatur per aſſertionem Papæ dicentis Sententiam fuiſſe ex illius ordine, ac voluntate, & ex cauſis ſibi notis latam, concl. 155.n.34.
Fallit, vt ibidem.
Non probatur per viam libelli Principi porrecti, ibi nu.152.
Fallit in delicto falſi criminis, quod per confeſſionem in libello, ſeu precibus, etiam incidenter factam, probatur, ibi n.154.
Notorium dicitur, aut per euidentiam facti, aut per partis confeſſionem, concl.26.n.66.& 67.
Quando eſt notoriũ, tũc Iudex in eo, ex Officio abſq; accuſatione procedere poteſt, ibidem.
Fit notorium per confeſſionem à reo in iudicio factam, concl.128.n.479.
Declara tamen, vt ibi n.480. & vide in Verbo Confeſſio.
Sed notorium non efficitur ex eo, quòd Iudex illud eſſe notorium aſſerat, concl.128. ſub n. 492.& concl.148. ſub n.228.
Item notorium non dicitur, ſi ſolum de eo per publicam vocem, & famam conſtet, concluſ. 148. ſub nu.228.
Item, quæ delicta Notoria dicantur, vide concluſ.138. ſub num9. remiſſiuè.
Item, quando occulta dicantur, & quando non vide concl.10.n.35. cum ſeqq.
Delictum minquam alicui immunitatem præſtat, concl.26.nu.82. concl.84.n.151.concl.87.nu. 56. & concl.89 n.521. & concl.161. n.83.
Proditoriè commiſſum dicitur, quando fit contra amicum ſub colore amicitiæ, ſiue illi bona, ac veſtes auferendo, concl.6.n.25.
Quando commiſſum fuit à Subſtituto Domini Officij Notariatus, ad illud tenetur Dominus; non autem Arreudatarius ipſius Officij, concluſ.145.n.51.
Quando ex cauſa litis ſequutum præſumatur, vide concl.83.n.2. cum ſeqq.
Quando hæres illud teſtatoris allegare poſſit, vide concl.48.n.225.
Et quando neſcitur à quo ſit patratum, tunc potius nocens eſt abſoluendus, quàm innocens condemandus, concl.89.n.309. & concl.148. ſub num.236.
Quando publicum fuit, publica quoquè debet eſſe pœna, ac delinquentium emendatio, vt eſt in adulterio, & ſimilibus, concl. 59.num.122.
Illud quis confiteri cenſetur, quando ſuper eo tranſigit, concl.26.n.90.

Sed illud ratificare, quis non cenſetur, quando alicui ſoluiſſet pecuniam illi promiſſam pro faciendo delicto, ſed eam in vim eleemoſinæ potius dediſſe cenſetur, concl.150,n.35,

Vt excludatur, aut ſaltem minus includatur omnis interpretatio eſt facienda, concl.7.n,7. & concl.48 n.20.

Et vt excludatur, veritas, & non communis reputatio eſt attendenda, concl.19.n,13.

Vt excludatur quælibet cauſa colorata, & beſtialis ſufficit, concl.87.n.108,

Item, vt euitatur actus tempore licito factus præſumitur, concl.47.n.28.

Non præſumitur, quando ſumus in his, quæ poſſunt ſonare in delictũ, vel non, concl.109.n.38.

Delinquendi non eſt danda materia, concl.87, num.56,

Ad delinquendũ, quis facilius, ex magno, quàm ex paruo intereſſe allicitur, concl.104 n.14. & concl.148. ſub n.147.

Delinquere magis quis dicitur veneno, quàm ferro, concl.143.n.53.

Minus quis delinquere dicitur, ſine pecunia, quàm cum ea, concl.150. ſub n.29,

Delinquens alienans aliqua bona ante, vel poſt delictum, quando in fraudem Fiſci alienaſſe dicatur, vide concl.87.n.83.& 109.cum ſeqq.

Amore delinquẽs mitiori pœna punitur, concl, 105.nu.3,

In apotheca Eccleſiæ, vel illius hoſtio delinquens, pœna delinquentis in Eccleſia non punitur, concl,127.n,16.

In Eccleſia delinquens, illius immunitate non gaudet, ibi n 13. cum ſeqq.

Extende, vt in concl,150.n.22.cum ſeqq.& vide in Verbo Immunitas,

Delinquens in Officio, ab eo remouendus venit, concl.131.ſub n.152,

Et talis, quando ab eo ſit ſuſpendendus, vel remouendus, & illi denegetur appellatio, vide concl.2 n,58. & concl.128. ſub n,475. & 919. & prius in concl.26.nu.105. vbi ait eum eſſe remouendum ab Officio, & ibi ratio datur,

Et quando ipſo iure priuetur, & quando ſit neceſſaria declaratoria, vide cõcl.128.ſub n.475,

Delinquens, quando alendus ſit ex bonis ſequeſtratis, vide concl.89.n.515. cum ſeqq.

Quando, & quomodo per conſuetudinem excuſetur, vide concl,161.n.20. cũ ſeqq.& n.27.

Ratione delicti inferior efficitur illo, à quo iudicari debet, concl.138.n.66.

Si ſit minor, an ob imbecillitatem ætatis ſit excuſandus, vel mitius puniendus, vide concl,72. nu.88.cum ſeqq. & in Verbo Minor.

Si ſit reus mortis, & ob id ab Epiſcopo condigna pœna puniri non poſſit, non euitat, quin poſtea poſſit à Iudice Seculari ſua vera, & cõdigna pœna puniri, concl,12.ſub nu.6.& concluſ.139. ſub n.36,

Subditus efficitur illius loci, in quo delictum perpetratur, concl.111.n.36.

Fauor Diuinus, & publicus inuicem æquiparãtur, concl.57.n.5.

Fauorem, quæ generant in odium retorqueri non debent, concl.89.num.93. & cnncl.114. num.20.

Fauores omnes ex vna parte, & exaltera cuncta grauamina cumulari inconueniens eſt, cõcluſ 41.n.96.

Fauori ſno renunciare quilibet poteſt, concl.133 ſub num.27.

FEBRIS appellatione non venit leuis Febris, concl.100.ſnb n.29.

FELONIA, quando eſt probanda, vt Vaſallus feudo priuetur, requiruntur quinq; teſtes integrę opinionis, & famæ, concl.101.n.2.

Ad Feloniam ſi velit agere Dominus debet exprimere tempus, & locum, ſicut in Criminalibus, etiam ſi Ciuiliter agatur, ibid.

Felonia probata feudum nouum ad Dominnm; antiquum verò ad agnatos redit, concl.101. num. 3.

Plura, vide in Verbo Vaſallus.

FENESTRÆ inſpicientes in Monaſterium, Monialium ſunt obturandæ; licèt ſecus, ſi inſpicerent in illud Religioſorum Maſculorum, concl.62.n.70.& ibi ratio aſſignatur.

FERIÆ in honorem Dei inductæ ſunt ſeruandę, & illis Iudex informantes audire non debet, nec in cauſa Ciuili, nec in Criminali; aliàs mortaliter peccat, & pœnas incurrit de quibus in concl.60.ſub nu.49.

Fallit dnobus modis, vt ibidem.

Illas Tribunalibns indicere ad Principem ſpectat, concl.165.nu.67.

FESTIVI dies non attenduntur in petitione alimentorum, concl.89.nu.28.

FEVDA, & dignitates Regulariter ſunt indiuidua, ſed id, vt plurimum fallit in Italia, vbi ea diuidi poſſunt, & ex eis legitima detrahi, concluſ.42.n.501.

Illa iuxta couſuetudinem Franciæ dicuntur Patrimonia Vaſallorum, & ad inſtar eorum ſnnt redacta, alienariq; poſſunt, etiam ſine conſẽſu Domini directi, concl.87.n.43.

Feudalem eſſe aliqnam rem, vt probent teſtes, de auditu, quid deponere debeant, vide concluſ 93.num.19.

Feudales, vt fiant aceeſſiones bonorum feudalium, quid requiratur, vide concl.94.n.17.

Fendalia, quando poſſint fieri bona, quæ prius erant allodialia, vide concl.93.nn.10.& 12.

Et pro dote aſſignari poſſunt, concl.152. n.52.

Ex illis bonis, quando alimenta alicui debeantur, vide concl.89.n.525 cum ſeqq.

Feudalis cauſa ad ſnnm Iudicem venit remittẽda, concl. 154.n.2.

Ex quibus talis præſumatur, vide concluſ.93. nnm.20.& 21.

Res præſumitur talis, quando cum aſſenſu Regio venditur, concl.154 n.62.

Sed non præſumitur res ralis, ex eo, quòd ſit intra fines Caſtri Domini, niſi de hac ſeruitute doceatur, concl.78.n.44.

Fallit, quando coniecturæ vrgerent in contrarium, ibid.n.45.& 46.

Illius rei caducitatem prætendens, quomodo, & quando eius Dominium, & identitatem concludenter probare teneatur, vide concl. 78.num.44. cum ſeqq.

Feuda, quãdo ad Filios adoptinos tranſeant, vide in concl.58.nu.10. cnm ſeqq.

Feudatarij licèt ſint ab omni ſeruitio liberi, poſſunt tamen aliquando ad ſeruitinm perſonale cogi, concl.93.nu.11.

Et quando adoam ſoluere teneantur, vide in Verbo Adoa, & concl.97.

Illi Eccleſiæ non poſſunt inconſulto Sũmo Pontifice caualcatas facere, neq; copias militum coàdunare, concl.143.n.5.

A Feudatarij Sententia non eſt appellandum ad Dominum directum feudi, ſed pares Curię ſnnt eligendi, concl.128.nu.197.

Feudi alienatio, quando etiam ſine conſenſu Domini directi fieri poſſit, vide concl.87.nu. 39. & ſeqq.

Illius emptor probare tenetur *pretium in* cauſam licentiæ verſum fuiſſe, concl. 86. num. 206.

A feudo ad Emphiteuſim, quando valeat argumentum, vide concl.78.nu.44 & concl. 142. nn.66. cum ſeqq.& in Verbo Augumentum.

Eo conceſſo, cum ſuis pertinentijs, qnando cẽſeantur etiam conceſſa bona allodialia, quæ cum ipſo feudo poſſidebantur, vide concl.93. nnm.13.cum ſeqq.& in Verbo Allodialia.

Illo deuoluto ad Dominũ expirant omnes obligationes, ſeruitures, & onera, quæ ſnper eo, durante inueſtitura, extabant, concl.173.n.12.

Et quando ſnbinfeudatio ceſſet, an ſcilicèt per mortem in feudantis, ſiue in feudati, vide ibidem, & vide concl.154.nu.33.

In fendo ex pacto, & prodentia ſuccedẽs, quãdo ad ſolutionem debitorum teneatur, vide concl 87.n.42. remiſſiuè.

Finito per mortem, vel delictum, aut nulliter alienato, quando ad illud admittantur agnati. vide concl.81.n.89.cum ſeqq.

Et quando ad Dom num eſt deuolutum, tunc etiam omnes obligationes ſeruitutes, & onera expirant, concl.173.n.12.

Illo

Illo vendito ad inſtantiam creditorum illis ſolùm ex ea pecunia ſatisfit, ſi aſſenſum Regium habeant, concl. 154.n.47.
Fallit tamen, vt ibi n.48.
Illud amittunt Fratres non petentes inueſtituram feudi, ab alio Fratre defuncto in communi poſſeſſi, concl. 101.n.15.
Et quando allegatio ignorantiæ ipſis non proſit, vide ibi n.16. & in Verbo Fratres.
Antiquum, aut eſt ex pacto, & prouidentia, aut eſt hæreditarium, concl.87.n.40.
Antiquum ex pacto, & prouidentia ſi fuit a Patre alienatum, à Filio reuocari poteſt, confecto Inuentario, concl.87.nu.40 & 42. & concl. 154. num.43.
Antiquum ex pacto, & prouidentia, ſine conſenſu Filij primogeniti alienari nõ poteſt, concluſ.87.nu.40.& concl. 154.n.43.
Ex pacto, & prouidentia illud dicitur, quod à prędeceſſoribus prouenit, concl.87.nu.42.
Antiquum hæreditarium à Patre alienatum Filius reuocare non poteſt, concl.87.num.40.& concl.154.n.43.
Sed quando poſſit illud Filius, vel alius reuocare, pendente impetratione Regij aſſenſus, vide concl.87 n.63. cum ſeqq.
A Patre emptum de proprijs pecunijs dicitur peculium profectitium, poteſtq; ab ipſo Patre vni ex Filijs prælegari, in pręiudiciumq; Filiorum alienari, concl.42.n.512.
A Patre emptum in Regno Neapolis in legitimam Filiorum venit imputandum, concl.42. num.511.
Dicitur ſpecies ſeruitutis, & illi obnoxium, ſed in dubio res talis non præſumitur, concl. 93. num.5.
Illud Eccleſiæ poteſt Prælatus, ſine ſolemnitate alienare; dummodo vnum inueſtiat, qui Eccleſiæ tempore neceſſitatis inſeruire poſſit, concl.85.nu.285.
Solitum concedi maſculis non poteſt concedi fœminis, niſi ex magna cauſa, concl.83.num. 333
Et ex quibus cauſis amittatur, vide concluſ. 101. & in Verbo Vaſallus, & in Verbo Felonia.
Fit francum. & tranſitorium ad fœminas, quando licentia illud alienandi conceditur, concl. 84.num.294.
Francum illud dicitur, quòd eſt abſolutè liberũ, concl. 3.ſub nu.24.
Francum, & pro quo ſeruitium perſonale non preſtatur, eſt ad fœminas tranſitorium, concl. 3. ſub num.24.
Hæreditarium, quando dicatur, & quando ex pacto, & prouidentia; Item, quando mixtum & quomodo vnum ab altero dignoſcatur, ac de eorum natura, vide cõcl.42.n.514.& ſeqq.
Hæreditarium venit in petitione hęreditatis, & de eo idem fit iudicium, quod de alijs bonis teſtatoris, concl.87. ſub n 40.
Nobile eſt illud, quod ad certum ſeruitium non limitatur, concl.3. ſub n.24.
Nouum etiam ſpurio, & ſeruo dari poteſt, concluſ.142.n.65.
Extende id pluribus modis procedere, vt ibidẽ
Quando eſt alienandum, ſiue ſit nouum, ſiue hæreditarium, tunc Dominus conſenſum alienationi præſtare tenetur; aliàs habetur pro præſtito, ibi n.519.
Fallit ſi adeſſet pactum de non alienando, quia tunc alienari non poſſet, etiam ſi conſuetudo alienãdi feuda adeſſet in cõtrarium, ibi n.520.
Et talem conſuetudinem allegans, illam probare tenetur, ibi n.521.
Et quando Princeps teneatur dare licentiam Vaſallo illud alienandi, vide concl.134.n.104. & ſeq.
Quaternatum, quando dicatur, & an in eius retroceſſione nouus conſenſus ſit neceſſarius, vide concl.154.nu 18.& ſeq.
Rectum ad fœminas non tranſit, concl. 3. ſub num.24.
Illud ſi concedatur Baſtardo, an id illud poſtea Baſtardi admittãtur, vide concl.142.ſub n.65.
Si ſit relictum, quando loco illius ęſtimatio debeatur, vide in Verbo Æſtimatio, & concl. 69.nu.5. & ſeq.
Si fuerit relictum pro anima illud legatum, quoad æſtimationem valebit, etiam ſi rem eſſe feudalẽ teſtator ignoraſſet, concl.107.n.7.
Solet eſſe indiuiduum, concl.154. ſub nu.75.
Vt rectè alienari poſſit concurrere debẽt Principis conſenſus, alienandi neceſſitas, quòd alia bona libera nõ exiſtant, & quòd agnatis oblatio illius fiat, quorum altero ex eis deficiente agnatus proximior reuocabit, concl.81. n.92.
Et in hac materia, vide in Verbo Emphiteuſis.
FICTIO, & ſimulatio in dubio non pręſumuntur, niſi de eis appareat, concl.87.n.108.
Fictio in caſu ficto non habet locum, ſicut veritas in caſu vero, concl.58.n.13.
In caſu ficto idem operari debet, quod veritas in caſu vero, concl. 150. ſub nu.42.
Contrarium, ibi n.47.
Fictio introducitur ex quadã ratione ſuper æquitate fundata, & ideò ea ceſſante, ceſſat quoq; fictio, concl.65.n.16.
Fictio non debet plus operari, quàm veritas ipſa, ibi nu.17.
Fictio nõ ſufficit, vbi veritas eſt neceſſaria, concluſ.48.n.76.
FIDEICOMMISSARIÆ ſubſtitutiones non ſunt multiplicandæ in infinitum in perſonas non cognitas, nec vocatas, concluſ. 84. num.267.
Fideicommiſſario, quando, & quomodo ſit facienda reſtitutio, & an in hoc via ordinaria, vel executiua ſit procedendũ, vide concl.51.n.35.
Illi legitimè agenti ſufficit probare bonorum poſſeſſionem tempore mortis hæredis grauati, concl.78.n.21. & 29.
Contrarium, quòd ſcilicèt ei incumbat onus probãdi bona nõ ſolùm in hęreditate fideicõmittentis, ſed etiam in eius Dominio fuiſſe, vide ibi num.22.

Concorda, vt ibidem.

Fideicommiſſarius, quando, & in quibus bonis poſſit illius creditum retinere, vide concl. 36. num. 35. & ſeq.

Quando pendente conditione fideicommiſſi cautionem petere poſſit de reſtituendo bona hæreditaria à grauato, & quãdo ille eam pręſtare teneatur, vide concl. 42. n. 133.

Quando dicatur legitimus contradictor aduerſus Filium ſuam legitimam, ſiue illius ſupplementum petentem, vide ibi num. 302. cum ſeqq.

Et quando illi detur poſſeſſio bonorum pro indiuiſo cum Filio legitimam petenti, vide ibi n. 723. & prius nu. 307. & concl. 89. n 48.

Poſſeſſionem reſtituere tenetur, ſi illam habeat, donec per hæredem detractiones fiant, ibi n. 307.

Extende, & limita pluribus modis, vt ibi n. 308. cum ſeqq. & vide in Verbo detractiones.

Et ad boc, vt poſſit propria auctoritate bona fideicommiſſaria capere, facta verbali reſtitutione hæreditatis, aditio per allegantem eſt probanda. concl. 51. n. 7.

Poſſeſſionem bonorum fideicõmiſſo ſubiectorum propria auctoritate capere non poteſt, ſed illam auctoritate Iudicis, vel de manu hæredis capere debet, ibi n. 34. & ſeq.

Intellige tamen, vt ibidem.

Res fideicommiſſo ſubiectas propria auctoritate capere non poteſt, etiam ſi hæreditas eſſet iacens, concl. 164. n 33.

Bona hæreditaria poſſidens, quando titulo hęreditario, vel ex cauſa fideicommiſſi poſſidere cenſeatur, vide concl. 51. ſub nu. 20.

Fideicommiſſo poteſt derogare Papa, ſiue Princeps, & quomodo, vide concl. 165. n. 95.

Illud adeſſe negans, ſi poſtea de mendacio conuincatur, tunc ius ſuum perdit, concluſ. 154. nu. 101

Fideicommiſſum, quando tranſlationem Dominij impediat, vide concl. 84. n. 60. & in Verbo Alienatio.

Illud an, & quãdo inducatur, nedum ex expręſſa; verum etiam ex tacita ratione conſeruãdę agnationis, vide concl. 81. n. 53. cum ſeqq. & in Verbo Agnatio.

An inducatur ex conditione aſſumendi nomen, & arma familiæ, vide concl. 144. n. 28.

Inducitur ex expræſſa prohibitione alienationis, non tamen reſtrictum ad perſonas nominatas, concl. 84. n. 10.

Item inducitur ex prohibitione diuiſionis alicuius rei concl. 142. n. 76.

Inductum cẽſetur in caſum alienationis, ſi cum prohibitione alienationis concurrat cauſa, & perſona, in cuius fauorem ipſa prohibitio fiat, concl. 84. n. 70.

Nõ inducitur ex prohibitione alienationis verbis quantumuis generalibus concepta, in caſu mortis, quãdo in alia parte teſtamẽti fuit facta in dictum caſum ſubſtitutio, ibi n. 22

Non cenſetur inductum, quando teſtator permiſit hæredibus licentiam alienandi in caſu neceſſitatis in eos de familia, niſi ſint vocati ordine ſucceſſiuo, ibi n. 278.

Graduale, & alienabile induci non poteſt, neq; pacto, neq; partium tranſactione, ibi n. 80.

Illud prætendẽs probare debet, quòd fideicõmiſſum de eo loquatur, caſum in illius perſonam eueniſſe, nec non bonorum identitatem probarę tenetur, concl. 78. n. 20.

Nouum reſultat ex prohibitione alienationis, ſi in caſum contrauentionis nouę perſonę vocentur, aliàs prohibitio ſtat ſolũ conſecutiuè ad primum fideicommiſſum, & ad maiorem illius firmitatem, concl. 84. nu 13. cum ſeqq. & num. 245.

Quando dicatur caducatum per emiſſam profeſſionem hæredis in Monaſterio, vide concl. 42. num. 688.

Reſtrictum ad certas perſonas, ad aliàs extendi non debet. concl. 84. n. 11. & 247.

Contrarium, ibi nu. 12.

Concorda, vt ibi n. 31. cum ſeqq. & vide n. 240. cum ſeqq.

Relinquere poteſt teſtator ſub cõditione, illudq; adimere eo caſu, quo tertius (verbi gratia) aliquid alienet, vel aliud faciat, ibi n. 31.

Contrarium, ibi n. 32.

Concorda, vt in nu. 33. & 34.

Fideicommiſſum reſpectu extraneorum; nempè ſi illud extraneis relinquatur, dicitur odioſum ſi verò alicui de agnatione dicitur fauorabile, & eſt latè interprętandum, ibi n. 2.

Secundum, quando reguletur à primo, vide ibi nu. 10. cum ſeqq.

Plura vide in Verbo Alienationis prohibitio.

FIDEIVBENS pro alienante, alienare nõ dicitur, nec in pœnam alienantis incidit, concl. 84. num. 18.

Extende, vt ibi n. 19. cum ſeqq.

Super poſſeſſorio non cenſetur obligatus ſuper petitorio, nec è contra, concl. 170. ſub nu. 13. & ibi ratio differentiæ aſſignatur.

Fideiuſſio Filij pro Parte, quãdo ſolẽnitates Statuti requirat, vide concl. 86. n. 129. cũ ſeqq. & n. 139. & in Verbo Filius, & in Verbo Minor.

Fideiuſſionem præſtãs de ſoluendo id, quod per Sententiam fuerit ordinatum, appellationi renunciarę non cenſetur, concl. 129. nu. 349.

Extende, vt ibi nu. 350. & 351.

Fideiuſſiones, ob quamliber minimam mutationem euaneſcunt, concl. 170. ſub n. 17.

Fideiuſſio pro marito nõ dicitur cauſa valida ad ſuſtinendam obligationem vxoris, concl. 86. nu. 21. & 165.

Contrarium, nu. 22. & 167.

Concorda, vt n. 23. cum ſeqq. & n. 168. cũ ſeqq.

Pro verè pręſtita habetur, quãdo alicui eſt factũ pręceptũ de ea danda ſub certa pœna, cũ cominatione, quòd interim pro data, & adimpleta habeatur, cõcl. 139. n. 5. vbi ratio aſſignatur.

Regulariter nõ ęſt pręſtanda de reſtituendis alimẽtis in euentum ſuccumbentiæ, concl. 90. n. 25. & de hoc vide latius in Verbo Alimenta.

Fallit in quibuſdam caſibus, vt ibi dicta concl. 90. dicto nu.25.
Fideiuſſor ad augmentum tenetur, quando illud a natura actionis, vel negotij prouenit, concl. 170. nu.7.& 8.
Item ad augmentum tenetur, ſi valor, vel pretium rei pro qua ſoluitur pecunia augeatur, ibi nu.9.
Et ad hoc, vt dicatur idoneus, quo loci poſſidere debeat, vide concl.153. ſub n.29.
An teneatur ad augmentum ex delicto Tutoris proueniens, vide concl.170.n.10. cum ſeqq.
Datus in prima inſtantia, quando teneatur in ſecunda, vide concl.128. ſub n.13.
Fideiuſſorem ſe eſſe negans, ſi de mendacio conuincatur beneficium diſcuſſionis perdit, concluſ.154.n.101.
Fideiuſſores dare, aut facere ratificare promittens id adimplere non tenetur, niſi fuerit requiſitus, concl.50 n.6.
Liberantur, ſi bona debitoris ad Fiſcum deuoluantur, concl.139. ſub n.20.
Fallit tamen, vt ibidem.
Illi minorum, & mulierum non tenentur, vbi cauſa, quę in contractu interuenit, eſſet falſa, & inſufficiens, concl.86.n.26.
Declara tamen, pluribus modis, vt in dicta concluſ.86.n.27. cum ſeqq. & concl.114. n.4. cum ſeqq.
Obligati amplius non dicuntur, ſi in ſecundo contractu nouationis, eorum obligatio non fuerit reſeruata, concl.37.n.21.& 22.
Contrarium habetur, ibi n.23.
Pro conſeruanda dote in quibus caſibus ſint a marito præſtandi, vide concl.152.nu.57.
Quando vti principales, & in ſolidum ſe obligant eorum obligatio, ab obligatione principali aliquā dependentiam habere nō dicitur, & idem eſt, ac ſi fideiuſſor ſolus ſe inſolidum obligaſſet, concl.114. nu.5. & prius concl.86. num.27.
Fideiuſſori adhibito in contractu cenſus, ob moram debitoris in ſolutione fructuum, vigore clauſulæ conſtituti, competit aſſociatio, vel manuum iniectio, concl.158. ſub nu.4.
Illi nunquam iactura deeſt, concluſ. 151. ſub num.25.
Aliquam mercedem pro fideiuſſione licitè recipere poteſt, ibi ſub n.25.
Fallit tamen, vt ibidem.
Illi, quando promiſſa intelligatur indemnitas, vide in Verbo Indemnitas.
Illius obligatio, dicitur diuiſibilis, & propterea ſemper in ea parte tenet, in qua obligatio principalis ſuſtinetur, concl.151.n.13.
Ea corruit annullata obligatione principali, ob defectum formæ, & conſenſus; ſecus ſi ea ſit nulla, ob defectum ſolemnitatum, & materiæ tantum, concl. 86. num.38. & concl.114. num.10.
Sed ſuſtinetur etiam corruente principali, ſi in ea adſit clauſula principaliter, & inſolidum, ibi nu.4 & concl.86.n.27.
Secus autem, quando fideiuſſor ſe obligauit ex interuallo, & in alio Inſtrumento, & ſic nō mutui periculi cauſa, vt ibi nu.5.
Suſtinetur ceſſante principali, ſi in ea adſit clauſula omni meliori modo, obligatio Cameralis vel iuramentum, concl.86. n.29. & 31. & concluſ.114.nu.5. & 7.
Fallit tamen, vt ibi dicta concl.114 ſub n.5.
Suſtinetur principali ceſſante, quando in ea nō militat tanta ratio, quāta in principali, concl. 86.nu.34. & concl.114.n.14.
Contrarium, vt ibidem.
Item ſuſtinetur principali corruente, ſi fideiuſſor ſe obligauit in euentum nullitatis contractus, quoad principalem, & ipſam nullitatem non allegare promiſit, concl.86. n.30. & concluſ.114.n.11.& 12.
Ille non tenetur ad id, quod principalem obligationem auget, ob moram, & contumaciam, concl 70.n.12.
Quando admittendus ſit in cauſa criminali, vbi imponitur pœna corporis afflictiua, & ad id, quas qualitates habere debeat, vide concl.26 num.104.
De repræſentando, quando liberetur, ſi principalis per nouum delictum aufugiat, vide concluſ.142.n 43.
Et quid ſi ſit de repręſentādo toties, & quoties vide ibidem.
Si ſtatim, ac fuit obligatus fugam arripiat, tunc debitor alium fideiuſſorem dare tenetur, quia illius fugę conſcius præſumitur, concl.87.n.95.
Si vigore Statuti teneatur ſoluere iudicatum, tanquàm principalis, tunc vſquè ad finem litis erit obligatus, concl.142. nu.43.
Fallit tamen, vt in concl.170.n.13.
Et tunc dictus fideiuſſor Iudicij non erit neceſſariò citandus, quia Sententia lata contra principalem nocet fideiuſſori, etiam non citato, vt ibi concl.142.n.43.
Fideiuſſor ſoluens debitum, quādo à confideiuſſoribus poſſit illud exigere, etiam non dēpta, illius rata, vide concl.114. ſub n 5. ferè in fine.
Fideiuſſor ſoluendi iudicatū, quomodo differat, ab eo de iudicio ſiſti, vide remiſſiuè in concl. 142. ſub n.43.
Fideiuſſoris ſolutio creditori facta, an liberet etiā principalem debitorē, vide concl.114 ſub n.5.
FIDEM abnegans metu mortis oretenus tantum, ſed non corde, non dicitur peccare contra fidem, ſed contra fidei confeſſionem, concl.124. ſub n.6.
Adhibere poteſt Iudex teſtibus exceptiones patientibus, vel plenè non probantibus, & è contra, concl.134 n.9.& 10.
Item eam adhibere poteſt Iudex pręſumptionibus, & coniecturis, ibi n.11.
Illa Baptiſmi, quādo probet ætatem, & deſcendentiam, vide concl.72. nu.9 cum ſeqq. & in Verbo Ætas.
Ea Clerici Regiſtri ſupplicationū facit pręſumi beneplacitum fuiſſe expeditum, licèt liber nō inueniatur, concl.85.n.264.

Nec contrarium probari poteſt, ex diligentia facta in actis Vicarij Papæ, ſi ibi non reperiatur, ibi nu.265.

Fides data quādo vim iuramenti habeat, & actionem producat, vide concl.131.ſub n.19.

Ea Iudicis de actis geſtis coram ſe plene probat, concl.155.ſub n.66.

Non facit fidem, concl.87.n.705.

Fallit in Curia, vbi facile eſt habere veritatē, ex inſpectione librorum, concl. 97. nu.71. & ibi habetur, quādo fides extraiudicialis probet, & quando non.

Fides haberi non poteſt de pretio in alienatione rei Eccleſiæ, concl.56.n.10. & concl.85.n.40.

Extende, vt ibi n.41. cum ſeqq. & vide in Verbo Alienatio.

Neq; adminiſtrator poteſt vendere habita fide de pretio, concl.56.nu.98.

Et fides de pretio, quando habita cenſeatur, ad hoc, vt venditor ſit in re vendita anterioribus creditoribus præferēdus, vide concl.119.n.8.

FIDVCIARIVS hæres quis dicatur, & ad quid teneatur, vide concl.100.n.45.

FILCIA Scripturarum Notarij pro authentica haberi debet, ſi ex ea aliæ Scripturæ extractę & in publicam formam redactæ fuerint, concl. 123.n.116.

Filciæ continenti Scripturas æquiuocas fides nō derogatur, ſi Notarius eas pro bonis, & authenticis habuerit, ibi num.139.& concl.141. num.30.

Contrarium, concl.123. nu.137. & concl. 141. num.28.

Plura, vide in Verbo Scriptura.

FILIÆ etiam à Statuto excluſſę faciunt partem in computatione legitimæ ad fauorem maſculorum; quando dotem loco legitimæ habuerunt; ſecus ſi in totum eſſent excluſę, concl.42. num.82.

Extende idem procedere in Filia, quæ renunciauit, ibi nu.83.

Semel à Statuto excluſę, ob exiſtentiam maſculorum, quādo durent ſemper excluſæ, & præſertim in materia feudi, vide ibi n.98. cum pluribus ſeqq.

Et dicuntur æquè benè dotatæ, dūmodo, æquè benè locentur, & quomodo id dignoſcatur, vide ibi ſub 591.& concl.64.n.8.

Fallit, vt in concl.170. ſub 19.

Filię tanquàm minori reſtitutio in integrum datur, etiam poſt triginta annos, concl.85.n.176

Illi dotatę magis eſt fauendum, quàm mulieri dotem promittēti, cum maius ſit Priuilegium dotis, quàm illud Velleiani, concl.86.n.167.

Ei non nocet tranſactio Patris ſuper eius dote facta, ſi ea præſens non fuit, vel cum requiſitis ſolemnitatibus non ratificauit, ibi n.112.

Nubenti ſeculo quare maior dos poſſit, & debeat aſſignari, quàm illi Religionem ingredienti, vide concl.13.num.2. & concl.142.num. 110.& 111.

Spuriæ alimenta, vel dos per Patrem ſunt debita, concl.89.n.82.cum ſeqq.

Extende, & declara, vt ibi num.91. cum ſeqq.

Sed ea mortua ad quem reuertatur dos. vide concl.89.num.83.& ſeqq.

Effecta vidua dicitur de agnatione Patris, concluſ.81.num.6.

Effecta vidua non tenetur reſtituere dotem Patri decocto, licèt ſecus, ſi Pater viueret, & decoctus non eſſet, concl.56.n.69.

Effecta vidua in caſu cōuolationis ad ſecundas nuptias implorare poteſt Officium Iudicis, vt dos data per Patrem primo viro, detur etiam ſecundo, ibi ſub nu.69.

Fœmina temporaliter excluſa ius ſuę reintegrationis decedens non tranſmittit, concl.142.n. 130. & ibi ratio aſſignatur.

Quando à Statuto reintegratur ad hæreditatē Patris, deficientibus maſculis, poteſt ab ipſis maſculis cautionem petere de reſtituendo hæreditatem ipſis defunctis, concl.42.n.131.

Declara, vt ibi n.132.

Quando non admittatur ad repræſentandam perſonam Patris per fictionem, vide concl.65 num.17.

Luxurioſè viuens, quando ſit alenda, dotanda, & hæres à Pare inſtituenda, vide concl.89.ſub num. 214. & prius concl.42.n.

Filia non dicitur de agnatione Matris, concluſ. 174. ſub nu.13.

Nubens indigno, quando à Patre exheredari poſſit, vide concl.42.n.65.cum ſeqq.

Nupta, vel vidua, quando debeat per Patrem ali, vel redotari, vide concl.89.n.84.cum ſeqq. & concl.90.nu.37.cum ſeqq.

Quando non poſſit peti, vt æqualiter dotetur, cum alijs, vide concl.170.nu.19.

Quæ in corpus ſuum peccauit non poteſt exhæredari, ſi inde pœnitentiam egerit, concl. 42.num.196.

Quæ dotem, ſine eius culpa amiſit, quando debeat iterum dotari, vide concl. 89. num.323. cum ſeqq. & nu.328. cum ſeqq. & nu.353. & concl.142.nu.16.

Quando poſſit conqueri de Patre in materia læſionis prouenientis ex dote, ſibi ab eo tradita, & quod tempus in hoc ſit attendendum, vide ibi n.539. cum ſeqq & nu.725.

Quando reperitur excluſa eò magis neptis excluſa videtur, concl.149.ſub n.2.

Quādo manuteneri debeat in poſſeſſione feudi contra agnatos, vide concl.93.nu.20.

Sua dote debet eſſe contenta, dummodo congruè dotetur, quod in dubio præſumitur, cōcluſ.170.ſub n.119.

Supplemētum legitimę petere non poteſt, ſtante Statuto, quòd ea nil petere poſſit, vltra dotes datas, niſi tamen magnus exceſſus extaret, concl.42.nu.238.

Vigeſſimum quintum annum excedens, ſine cōſenſu Patris, & etiam cum indigno matrimonium contrahere poteſt, ibi n.65.cum ſeqq.

Filiarum à Statuto excluſarum portio illis obuenire debet, quibus onus illas dotandi à iure iniungitur, ibi n.96.

Illas dotare tenetur Pater, & nō Mater, quamuis ſecus ſit in ſubſidium, concl. 86. n. 165.
Proprias inſtituere non poteſt, qui eſt prohibitus alienare extra familiam, & deſcendentes Maſculos, concl. 84. n. 258.
Prohibita ex Statuto aliud petere vltra dotes datas non poteſt conqueri, etiam ſi dos eſſet minus legitima, niſi ſit magnus exceſſus, concluſ. 42. n. 238.
Contrarium dixi in concl. 89. ſub n. 323.
FILIATIO probatur ex Scriptura, & annotatione per Patrem in eius libro facta, concl. 72. num. 33.
Filiationem iuſtificare tenetur, qui dicit ſe filium & vti talis agere velit, concl. 78. n. 6.
Non probatur, nec quis in eius quaſi poſſeſſione conſtituitur per ſolam nominationem factam à patre de Filio, ibi n. 61.
Declara, & extende pluribus modis, vt ibi n. 62. cum ſeqq.
Quando eſt probanda, an ſit neceſſaria citatio, vide concl. 78. n. 70. & vide cōcl. 89. n. 453. vbi habetur, quomodo filiatio probetur, ad effectum ſuccedendi ad feudum, fideicommiſſum, & ius patronatus.
Quando de ea tractatur principaliter, eſt concludenter probanda; ſecus ſi incidenter, & ad effectum conſequēdi alimenta, quia tunc leuis probatio ſufficit, concl. 89. n. 38.
Et quomodo tenera probetur, vide ibidem.
Ea ex amore, & dilectione præſumitur, concluſ. 105. num. 10.
In antiquis per verba enunciatiua probatur, concl. 120. n. 101.
Extende, vt ibidem.
FILII adoptiui, & arrogati, quando, & in quibus caſibus veniant appellatione filiorum, vide concl. 58. n. 13. cum ſeqq.
Adoptiui non accuſant de morte Patris adoptantis, niſi ſint ab aſcedente adoptati, vel illius ſint hæredes, concl. 58. n. 15.
Adoptiui quando ſubſtitutum excludant, vide ibi nu. 17.
Adoptiui, quādo, & in qua parte Patri adoptāti ſuccedant, vide ibi n. 19.
Adoptiui, quando admittantur ad feuda, vide ibi n. 20. cum ſeqq.
Adoptiui, & arrogati, quando ex cauſa ingratitudinis exhæredari poſſint, vide ibi n. 25. cum ſeqq.
Et quando debeatur eis legitima, vide concl. 42. nu. 244. cum ſeqq.
Filij, agnatorum appellatione in fideicommiſſis compræhenduntur, concl. 81. n. 81.
Baſtardi, ſpurij, & illegitimi, quando dicantur agnati, vide ibi n. 22. cum ſeqq. & nu. 84.
Filij bona, quando præſumantur ea, quæ erant Patris, vide concl. 78. ſub nu. 22.
Illi, & deſcendentes per lineam maſculinam non dicuntur agnati ante natiuitatem, cum non entis nullæ ſint qualitates, concl. 81. n. 82.
Legitimam acceptare non tenentur in fructibus, vel in vſufructu, & pecunia, ſed in corporibus hæreditarijs, Iudicis arbitrio, eligere poſſunt, concl. 148 n. 35.
Etiam naturales, & non concepti veniunt appellatione deſcendentium, concl. 149. nu. 8. & 9. & ibi ratio aſſignatur.
Illi, & vxor hypothecam habent pro alimentis, tām conſtante Matrimonio, quām eo ſoluto contra tertios poſſeſſores bonorum Mariti, vel Patris reſpectiuè, concl. 89. n. 75. & 279.
Ex damnato coitu nato illi dicuntur, qui naſcūtur ex illis mulieribus, quæ tēpore conceptus vxores Patrū eſſe non poterāt, concl. 89. n. 78.
Et quot ſpecies illorum inueniātur, & in quibus caſibus ſuccedere non poſſint, vide ibidem remiſſiuè, & in concl. 42. n. 190. cum ſeqq.
Filij familias obligatio, pro redimendo Patre valet, quamuis ſolemnitates Statutariæ, & inſinuatio non interuenerint, concl. 84. n. 146. & concl 86. nu. 128. & 141.
Et præſertim, quoad bona caſtrenſia, vel quaſi, & aduentitia d. concl. 86. ſub n. 145.
Extēde, & declara pluribus modis, vt in concl. 84. nu. 147. cum ſeqq. & concl. 86. nu. 96. cum ſeqq. & 126. cum ſeqq.
Filij fœminarum nō dicuntur de agnatione Aui materni, cōcl. 81. n. 6. & 81. & concl. 174. n. 55.
Hæreticorum, quādo ob hereſim Patris beneficijs priuentur, vide concl. 124. ſub n. 18.
Illegitimorū, etiam ſi ex legitimo matrimonio ſint procreati agnationem non conſeruant, concluſ 81. nu. 25.
In ſexto, & octauo menſe nati faciunt deficere cōditionem illam, ſi ſine Filijs deceſſerit, concluſ. 42. n. 108.
Et quid in natis in decimo, vel vndecimo menſe? vide ibidem n. 109.
Et quomodo probetur eos fuiſſe natos in tali tempore, vide ibidem.
In ſexto, & octauo menſe nati in Ægipto, ob aeris felicitatem ſunt vitales, & ſucceſſibiles, licēt ſecus in alijs regionibus, concl. 42. n. 111.
Ingrati in odium ingratitudinis ad lucrum antefati admitti non debent, concl. 113. n. 52.
Legitimati dicuntur agnati, concl. 81. n. 26. & 83
Maſculi ex fœmina, quando veniant appellatione deſcendentiū in inueſtitura conceſſa Patri, ac eius deſcendentibus, vide concl. 149. n. 12.
Mortua Matre, ob vergentiam Patris ad inopiam aſſecurationem dotis maternæ petere non poſſunt, concl. 152. nu. 3.
Eorum natiuitas probatur per teſtes dicentes, ſe fuiſſe præſentens, dum puer naſceretur, alias teſtes de auditu non probant, concl. 42. n. 108
Naturales, qui dicantur, & in quo differant à Spurijs, vide concl. 89. nu. 149. cum ſeqq.
Naturales, quādo alimenta à Patre habere debeant, vide in Verbo alimenta, & concl. 89.
Naturales dicuntur, qui naſcuntur ex muliere in domo affectione maritali retenta, ibi n. 149.
Non dicuntur propriè Domini legitimè, & bonorum Patris eo viuente, ſed ſolum dicuntur tales interpretatiuè, & intellectualiter, concl. 42. num. 684.

Poſiti in conditione, vide inferius in Verbo Filiorum in conditione.

Primi Matrimonij, & ſecundi, quomodo inter ſe legitimam Matris diuidere debeant, vide concl.42. n.44. & ſeqq.

Putatiui ſub figura Matrimonij nati, quando legitimi dicantur, ita vt cum alijs verè legitimis ſuccedant, vide ibi n.224. cum ſeqq.

Patri ſuccedere poſſunt ex triplici capite, & primò vndè liberi, ſecundò vndè legitimi, tertiò vndè cognati, concl.51.nu.139.

Quando æquis portionibus ſint à parentibus inſtituendi, ſiue quando plus vni, quàm alteri relinqui poſſit; vide concluſ. 42. nu. 677. cum ſeqq.

Secundi Matrimonij non debent eſſe deterioris conditionis illis primi, nec è contra, concluſ. 105.n.15.

Soli ſi ſint in conditione poſiti, quando veniant quoq; Nepotes, & pronepotes, vide concl.81. num.38.

Emancipatis, an legitima debeantur, vide concluſ.42.nu.234.

Quando teneatur Pater, vel Mater reſeruare illis antefatum, ac dotis augmentum, vide concl.118.num.39. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Antefatum.

Si ſit illis prohibita alienatio, ob conſeruãdam agnationem, tunc dicta prohibitio extenditur etiam ad Nepotes, concl.81.n.39.

Contrarium, ibi nu.40. cum ſeqq.

Allegãti ſe tot bona alienaſſe, quæ ſuam legitimam importent, quando onus probandi incumbat, vel illud in aduerſarium tranſeat, vide concl.42. num. 410. cum ſeqq. & concluſ. 84. num.170.

Filiorum appellatione non veniunt Nepotes, quando qualitas in filijs conſiderata in nepotibus non concurrit, concl.42.nu.93.

Quando autem veniant legitimi, & naturales tantum, ſiue naturales, aut ciuiles tantum, vt ſunt adoptiui, & arrogati, vide concl.58.nu.9. & 13. cum ſeqq.

Comprehenduntur etiam naturales in materia ius naturale concernente, concl.89. num. 101.

Illorum appellatione nullo modo continentur fœminæ in vltimis voluntatibus, vbi adeſt Statutum, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant; ſecus eo Statuto non extante, concluſ.81. num.11.

Eorum bona, quando pro alimentis Patris vendi poſſint, vide concl.89. num. 125. cum ſeqq.

Illorum educatio eſt de iure naturæ, & ea etiã ad feras pertinet, concl 89. nu.6. & 529.

In conditione poſitorum appellatione, quãdo Nepotes, & Pronepotes veniant, vide concl. 81.num.38.

Filiorum legitimorum appellatione in fideicommiſſis veniunt etiam legitimati, concluſ. 42. num.225.

Filium, & Patrem habẽs eodem tempore in neceſſitate conſtitutos, cui potius ſubuenire teneatur, vide latè concl.89. nu. 205. cum ſeqq. & concl.42.nu.356. cum ſeqq.

Adoptatus, & arrogatus an poſſit in bonis Patris legitimam conſequi, & ab eo ex cauſa ingratitudinis exhæredari, vide concl.58.num. 24. & ſeqq.

Sequitur Domicilium Patris adoptantis, ſed Priuilegium illius Patriæ nõ acquirit, nec nobilitatem, neq; dignitatem Patris naturalis perdit, ſed naturalem originem retinet; ibi num.30.

Adoptione durante cognomen, & arma Patris adoptantis defert, ſed ea finita cognomẽ mutare poteſt, dummodo id in alicuius fraudem non fiat, ibi n 31.

Priuilegio Patris adoptantis vtitur ſicut legitimus, & naturalis, niſi illud Priuilegium eſſet tale, quòd cum perſona Patris extinguèretur, ibi num.32.

Adulterinus, quando in conſcientia teneatur reſtituere id, quod habet de Patre putatiuo vide concl.59.nu.133. cum ſeqq.

Filius adulterinus, quando dicatur, ſiue potiùs legitimus; Item quando dicatur potius vnius quàm alterius, qui conuerſationem haberent cum Matre, vide concl.59.n.133 cum ſeqq.& concl.89.nu 37. & ſeqq.

Agnatus Patri dicitur, & familiam illius, non autem eam Matris ſequitur, concl.81. nu.81.

Alimenta Patri negans exhæredari poteſt, concluſ.89.num 6.

Anteponere debet ſalutem Patriæ illi Patris; ibi nu.197.

An variare poſſit in eligendo vnam rem pro alia, iam vendita, ſed poſtea redempta pro ſua legitima, vide concl.42.n.425. cum ſeqq.

Filius Clericus, quando teſtari non poſſit de ſuis bonis in præiudicium Patris, *dixi in Verbo* Clericus.

Cogi non poteſt, vt in bonis minus precioſis ſuam legitimam eligat, concluſ. 84. ſub num. 130.

Contra inofficioſam donationem Patris, eo viuente venire non poteſt, concl.42.nu.685. & ibi ratio aſſignatur.

Conuentus, vti hęres licèt non opponat, ſe non eſſe talem, poteſt tamen Iudex eum ex Officio abſoluere, concl.78.nu.77.

Cuius ſit præſumendus Filius, quando plures cum Matre comercium habuerunt, & cui in hoc ſit credendum, vide concl. 89. num. 37. & ſeqq.

Dilapidans bona, quando ei ſint danda per Patrem alimenta, vide concl.89.nu.226.

Dominus dicitur medietatis hæreditatis Paternę, reſpectu detractionum legitimæ, & Trebellianicæ, & ideò ſi onere fideicommiſſi fuerit grauatus, & poſtea ei facultas alienandi medietatem concedatur, tunc poterit alienare totum, concl.84.n.287.

Dotem non detrahit ex fideicommiſſo, quãdo legitimam, & Trebellianicam dolosè conſumpſit.

ſumpſit, concluſ. 89. ſub num. 226.
Eligere non poteſt pro ſua legitima, vel Trebellianica eam rem, quam Pater alteri legauit quoties hæreditas eſſet ſoluendo, concluſ. 84. ſub num. 130.
Filius ergo hæres procedit in Filio agente, & non in excipiente, & conuento, concluſ. 78. num. 76.
Ille dicitur quem nuptię demonſtrāt, concl. 59. num. 133.
Etiam ſi ſubeat iudicium, non per hoc ſe pro hærede gerere cenſetur, ſiue agat, ſiue conueniatur, & præſertim, quando de aliqua hæreditate ageretur, niſi etiam ſe talem fateatur, concl. 78 n. 75.
Etiam Clericus in feudo ſuccedere, & ex eo legitimam detrahere poteſt, concluſ. 42. num. 507. & ſeq.
Ex Equite Hieroſolymitano profeſſo natus inceſtuoſus dicitur, acſi de vero Religioſo eſſet procreatus, concl. 65. nu. 40. & 41. ratio aſſignatur.
Exhæredatus an faciat partem in computatione legitimæ, & præſertim in materia confiſcationis, vide ibi d. concl 42. n. 57. & ſeqq.
Exhæredatus, quando agat tantum ad ſupplementum legitimę, vel ad totalem reſciſionem teſtamenti actionem habeat, vide ibi ſub nu. 59. & 62.
Ex quibus actibus præſumatur ſe hæreditati Patris, vti hæres, vel non hæres immiſcuiſſe, vide concl. 78. nu 74.
Factum Patris defuncti ſeruare tenetur, ſi vti hæres agere intenderet; aliàs ſecus, & an id procedat in materia legitimæ, vide concluſ. 42. num. 705.
Non poteſt alienare bona aduentitia, in quibus Pater habet vſumfructum in illius præiudiciū & abſq; eius voluntate, concl. 87. n. 124.
Sed ſi alienauit bona aduentitia in præiudicium patris, & iuraule alienationi non cōtrauenire, licèt Patre viuente alienatio illa non teneat, tamen illo mortuo vires recipit, & tenet, ibi num. 124.
Sine tamen conſenſu Patris alienare poteſt bona, in quibus Pater non habet vſumfructum, ſi tamen ipſe Filius ſit eius ætatis, vt ſibi administratio permittatur, ibi n. 125.
Donare non poteſt, niſi conſenſus Aui concurrat, concl. 89. nu. 145.
De iure Canonico Matrimonium contrahere poteſt, etiam ſine conſenſu Patris; licèt ſecus ſit de iure Ciuili, ibi nu. 167.
Non obligatur ex contractu cauſa ludi celebrato, concl. 102 n. 4.
Obligans ſe pro Patre reſtituitur, ſi fuerit enormiſſimè læſus, non obſtantibus iuramento, & renunciatione, concl. 86. nu 137.
Extende, vt ibid. verſ. Subextende.
Fideicommiſſo grauatus, ſi tot bona alienet, quę eius legitimam, ſeù Trebellianicam importent, à iure ſuo non cadit, quando tamen alienatio bona fide fiat; At ſecus ſi doloſè, vel in fraudem fieret, concl. 84. num. 128.
Fallit tamen, vt ibi nu. 129.
Fideicommiſſo grauato, quando illud onus incumbat probandi tot bona alienaſſe, quæ illius legitimam importent, vide concl. 42. nu. 410. & 450.
Fideiubens pro Patre ne carceretur, vel vt eum à carceribus eximat, an ſolemnitates Statuti ſeruare teneatur, vide concl. 86. nu. 141. cum ſeqq. & concl. 87. nu. 26. & ibi habetur, quomodo in hac materia procedatur in Regno Neapolis.
Fideiubere recuſans pro Patre carcerato, & eū liberare renuens exhæredari poteſt, concl. 86. num. 145.
Declara tamen, vt ibidem.
Et quando obligetur, quo ad bona caſtrenſia, & ſimilia, obligando ſe pro Patre, ibi n. 137.
Furioſus etiam ſi Patrem occidat, de eo delicto non punitur, cum ſatis ſuo furore puniatur, concl. 89 nu. 214.
Impunè occidere non poteſt Patrem bānitum, niſi in caſu proditionis Patriæ, & vbi multi eſſent banniti, qui à territorio Principis aliter expelli non poſſent, ibi n. 195.
In cau à alimentorum eſt omninò creditoribus præferendus, ibi n. 76.
In feudo ex pacto, & prouidentia ſuccedens Inuentarium conficere tenetur, & in hoc eſt deterioris conditionis, quàm agnatus, concl. 87. num. 40.
Et maximè ſi alienationi per Patrem factæ contrauenire velit, ibi nu 42.
In quaſi poſſeſſione Filiationis exiſtens intentionem fundatam habet, ita vt allegantī contrarium onus probandi incumbat, concl. 78. num. 71.
Intentionem fundatam de iure habet, pro ſua legitimę conſecutione, concl. 42. n. 412.
Inſtitui debet in legitima, aliàs teſtamentum Patris eſſet nullum, concl. 42. num. 246. 586. cum ſeqq. & 621.
Inuentarium conficiens non perdit legitimam, concl. 4. nu. 449.
Legitimatus, vide Legitimatus.
Locum Patris non ingreditur in ſucceſſione, vbi ſunt vocati proximiores, ſalua gradus prerogatiua, concl. 84. n. 72.
Maior v gintiquin ;; annis efficaciter poteſt fideiubere pro Patre, concl. 87. n. 26.
Magis diligitur à Matre, quàm à Patre, concl. 105. num. 28. & concl. 107. num 16. & ibi ratio aſſignatur.
Mariti præſumitur, & non adulteri, quando Mulier tempore conceptionis virum habuit, & illi liber acceſſus ad eam erat, concl. 89 nu. 37. & prius concl. 59. nu. 132.
Et ad hanc præſumptionem tollendam, quid requiratur, vide ibidem, & conc'. 59. n. 132. cum ſeqq.
Natus ex fœmina ſoluta, quæ tempore conceptionis plures viros ad ſe ire permittebat, nō præſumitur alicuius certi hominis, ſed dicitur ſpurius.

ſpurius, quaſi ſine Patre natus,& eſt Matri nõ autem Patri ſucceſſibilis, concl.89.n.43.
Naturalis eſt incapax dignitatis Prothonotariatus,& propterea volens ea decorari, Pontificē eſſe talem exprimere debet, concl.3. num.10.
In bonis Patris duas vncias habere debet, quādo ille ab inteſtato decederet ſobole legitima non exiſtente, concl.89.nu.150.
Non poteſt querelare Patris teſtamentum, ſi ei nil relinquatur, ibidem.
Matri ſuccedit; licet ſecus ſi eſſet ex damnato coitu procreatus, concl.42.n.221. & ſeq.
Extende; & declara, vt ibi nu.223.
Matri ſuccedit, ſi tamen ea non ſit Illuſtris, cō- concl.89.n.185.
Poteſt per Patrem hæres inſtitui, etiam de iure Canonico, ibi n.151.
Extende, vt ibi nu.152. cum ſeqq.
Moribus nobilitatis ſi fuit educatus non debet artem vilem exercere, ibi n.96.
Non poteſt quærelare teſtamentum Patris, ſi illi nil relinquat, ibi nu.150.
Onerosus dicitur Matri, doloroſus,& laborioſus; oneroſus ante partum in eo geſtando, doloroſus in partum in eo procreando,& laborioſus poſt partum in eo educando, concl.105. nu.18.& concl.107.nu. 16.
Occidens Patrem ſpiritualem tenetur, ac ſi occidiſſet Patrem naturalem, concl.89. n.56.
Poſthumus facit deficere conditionem (ſi ſine Filijs,&c.) dummodo à corpore matris integer,& perfectus, non autē monſtruoſus ortus fuerit, concl.42 n.108.
Poteſt inuito Patre, & Patre inuito Filio Monaſterium ingredi, & ibi Religionem profiteri, concl.89 n.301.
Fallit tamen, vt ibidem.
Preteritus dicitur, ſi Pater eum ſolum in re propria inſtituit, concl.42.n.72.& 597.
Item præteritus, quando dicatur, & quando non, vide concl 88. ſub n.5.
Pro Patre poteſt actiones in iudicio intentare, litem conteſtari, teſtes producere, appellare, & appellationem introducere, concluſ.128. num.474.
Propria auctoritate non poteſt rem aliquam pro legitima capere, concl.164.n.31.
Declara tamen, vt ibi nu.32.
Quando cohabitare dicatur cum Patre, & quando non, vide concl.42. ſub nu.476.
Quando contrahit cum ipſomet Patre, vel cum extraneo, an, & quando poſſit Pater illius perſonam authorizare, vide late in concl.86. nu.62. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Pater.
Quando contrahit cum tertio; ſed ad vtilitatē Patris, ſolemnitates non ſunt neceſſariæ, ibi num.128.& 139.
Quando feudum à Patre alienatum reuocare poſſit; diſtingue, vt in concl.87.nu.40.& vide in Verbo Feudum.
Quādo locationi Patris ſtare teneatur, & quādo non, vide concl.42.n.705.
Quando Officium Iudicis implorare poſſit, vt illi eius legitima aſſignetur à Patre dilapidante, & adhuc viuente, vide concl.56. nu.68. & prius concl.42.n.738.
Sed declara, & concorda, vt ibi concl.56.n.68.
Quando Patrem hæreticum accuſare, vel illum licitè interficere, aut ad Magiſtratum deferre poſſit, vide concl.89.nu.197. remiſſiuè.
Quādo verus Dominus dicatur pro tertia parte in bonis Patris pro legitima, vide concl. 42.nu.684. & ſeq.
Quomodo legitimus probetur, vide concl.89. num.38.
Regulariter debita Patris ſoluere non tenetur, nec è contra, concl.86 n.143.
Religioſus ſi Patrem habeat extrema inopia laborantem, à Religione impunè egredi poteſt, vt ipſi Patri ſubuenire poſſit, concl. 89. num.193. & 301.
Renunciando alimētis dicitur enormiſſimè læſus, ita vt ſemper reſtituendus veniat, concluſ. 89.num.6.
Retentionem bonorum habere debet, donec legitima liquidetur, concl.42.n.709. & concl. 89.num.48.
Se obligare pro Patre non tenetur, quādo ipſe Pater male Officium geſſit pro Filio, concl.86. num.144.
Si agere velit contra Patrem, qui Pater habeat, quoque Patrem, conſenſus ipſius Patris, & Aui reſpectiuè erit neceſſarius, concluſ.89. num.145.
Si agere velit, vti Patrimonialis, ſe talem eſſe probare tenetur, concl.72.nu 49.
Si alienet rem fideicōmiſſo ſubiectam, pro ſuis detractionibus, tunc dicta alienatio illas adæquare præſumitur, niſi de contrario appareret, concl.42.num.339.& concl.84.num.128. cum ſeqq. & num.163. cum ſeqq.
Si in feudo hæreditario Inuentarium confecerit, tunc à creditoribus hæreditarijs conueniri poterit, concl.87.n.41.
Si ſteterit per triginta annos ad petendam hæreditatem Patris,& ex vno capite excludatur ex alijs admittendus erit, concluſ. 51. num. 139.
Non eſt reſtituendus, quando fideiuſſit in caſu, vbi quilibet diligens Paterfamilias fideiuſſiſſet, concl.86.nu.138.
Spurius occidens Patrem pœnam Parricidij nō incurrit, concl 89.n.56.
Contrarium, nu.101.
Concorda, vt ibidem, d. n.101.
Studens, vel Mercator, ſi recipiat mutuo pecuniam, vel faciat ſibi commodari libros, an, & quando Pater pro reſtitutione teneatur, vide concl.89. num.127. cum ſeqq. & in Verbo Mutuans.
Totum non capit pro legitima, quando ea eſt certa, ſed ſolùm id, quod legitima importat, illi eſt reſeruandum, concl.42.nu.717.
Filius, vel Nepos mortuo Patre, vel Auo fructus hæreditatis in legitimam, vel Trebellianicam

cam

cam imputare non tenentur, concl. 84. ſub num.169.

FISCI appellatione, etiam Fiſcus feudatarij, & Baronis continetur in delictis, per ſubditum perpetratis, concl.167.nu.73.

Intellige, vt nu.74. cum ſeqq.

Illi applicatur pretium rei litigioſæ, quando ea reuocatur, ab emptore, qui ſcienter eam emit, concl.87.n.86.

Ciues cogere poteſt ad emendum Frumẽtum, quod in ſuis horreis habet, concl.111. n.8.

Dicitur hæres anomalus, & alimenta præſtare tenetur Filijs eius, cuius bona ſunt confiſcata, concl.48.nu.78. & ſeqq.& concl.89.num.46. & ſeqq.

Extende, & declara, vt ibidem.

Item dicitur hæres anomalus in legitima, cum in ea Filio inuito ſuccedat, concl. 42. n.610.

Fallit tamen, in Vrbe ex conſtitutione Innocentij Noni, ibi n.612.

Laicus confiſcando bona alicuius in delictis mixti fori, pœnam Fiſco Eccleſiaſtico quæſitã, ob ſpretum præceptum, vel ſimilem cauſam pretendere non poteſt, concl.139. num.4 vbi rationes aſſignantur.

Prætendens venditionem bladæ fuiſſe prohibitam, ex eo, quòd in forenſem ſit facta, nedum eam qualitatem probare debet, ſed etiam huiuſmodi venditionem ſcienter fuiſſe factam, concl.111.num.29.& ibi ratio aſſignatur.

Quando legitimam Filio confiſcare nõ poſſit, vide concl.42.nu.368.

Quando ſuccedat in feudo, quod quis amiſit occaſione delicti, excluſis agnatis, vel Filijs, vide concl.81.n.90. cum ſeqq.

Quas perſonas excludat in confiſcationibus, & à quibus ipſe excludatur, vide concl.42.n.368. cum ſeqq.

Quibus caſibus poſſit Filium ad amiſſionem peculij Caſtrenſis, vel quaſi, nec non etiam bonorum aduentitiorum condemnare, vide ibi nu.383.

Solutum poſteriori creditori repetere poteſt, concl.119.nu.47.

Plura, vide in Verbo Confiſcatio.

Succedere, quãdo poſſit in bonis alienari prohibitis, vide concl.84.n.235. & ſeqq.

FLVMEN. habet vim cenſitoris, & Sententiæ, quæ in rem iudicatam tranſit, concl.94.n.8.

Si curſum naturalem egrediatur dicitur inundatio, quæ ſpeciem fundi non mutat, concl.98. num.2. & concl.132.n.8.

Delara tamen, vt concl.98.n.2.

Si totum agrum corradat, & poſtea iterum ad antiquum alueum reuertatur, an locus relictus eſſe debeat illius, qui prius erat Dominus agri, vel habentium prædia vicina, vide concluſ.77.nu.7. concl.94 nu.6. cum ſeqq. & concluſ.98.nu.17. & vide in Verbo Alluuio.

Illud, paludes, Stagni, & Lacus priuati, licèt creſcant, & decreſcant, tamen in eis ius alluuionis non procedit; at ſecus in publicis, cõcluſ.94.n.21.& 22.

Flumina, & Lacus priuati dicuntur, licèt eſſent Principis, ſeu Reipublicæ, quando in eis nemini piſcari licet, niſi conductoribus; Publici verò, quando omnes per eos deambulare, & in eis piſcari poſſunt, concluſ. 94. num.22.

Publica licèt communia, quoad vſum dicantur, tamen, quoad proprietatem, & alueum ſunt Principis, & de illius Regalibus dicũtur, concluſ.132.n.14.

In flumine laborare incipiens pro hauriendæ aqua præfertur poſtea incipienti, licèt ille prius opus aquæ ducendę fecerit, concl. 132. num.51.

Illius augmentum, ſiue diminutio, quando minutatim cognoſcatur, vide concl.94.n.28. cum ſeqq.

Curſus illius non eſt immutandus pro faciendis aggeribus ad defenſionem prædiorum, concl. 94. per totum.

Eius lectus ſecundum naturalem, & conſuetum aquæ curſum dicitur Alueus, & publicus, ſicut flumen, concl. 98. num. 1. & vide in Verbo Aluens.

Fluminis vicini ratio eſt habenda, quando eſt inſpiciendum, an alienatio ſit vtilis Eccleſiæ, concl.85.nu.44.& 1227.

Plura, vide in Verbo Aqua.

FOEMINA à Statuto excluſa propter maſculos, ab hæreditate alicuius, non intelligitur, excluſa ab eo dicti maſculi eam excludentis, ſine alterius in Statuto non nominati, concl. 42. nu.112.& n.113. ratio aſſignatur.

Fœminę admittuntur ad feudum, ſi illud ſit francum, & pro eo ſeruitium perſonale non pręſtetur; aliàs ſecus, concl.3.n.24.

Sed quomodo id procedat in Regno Neapolis, vide concl.42.n 499.

Et admittantur ad illud Eccleſiæ, vide concluſ. 149. ſub nu.20.

Appellatione Filiorum non veniunt in vltimis voluntatibus, vbi extat Statutum, quòd ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, concl. 81. nu.11.

Fœminę Filij, quando ſuccedant, cum auunculo in hæreditas Auiæ, vide concl.149.ſub n.12.

Dicuntur finis propriæ familiæ, & caput alienę, concl.174. ſub nu.13.

Licè non ſint agnatæ, poſſunt tamen fideicõmiſſum in aliena agnatione conſtituere, vt in ea illius bona conſeruentur, concl.81.n.6.

Non cenſentur excluſæ, quando non fuit habita ratio conſeruandæ agnationis, concl. 81. num.32.

Fallit, quando conſuetudo vigeret in contrarium vt ibidem nu.33.

Item, quando ſub communi, ſiue vniuerſali diſpoſitione comprahendantur, vide concl.149. ſub num.10.

Non excuſantur ob ſexum, quando faciunt cõtractum vſuræ ad effectum percipiendi fructus concl.161.n.73

Non admittuntur ad fideicommiſſum, etiam,

quòd

quòd verba eſſent apta eas comprehendere, concl. 149. n. 2.
Quando dicantur de agnatione, & quando per eas conſeruetur dignitas agnationis; Item, quando veniant ſub vocatione eorum de domo, familia, & ſub nomine proximiorum, & quando ad ſucceſſionem admittantur, vide in concl. 81. à n. 5. vſq; ad nu. 16. & concl. 149. nu. 8. cum ſeqq.
Quando non admittantur ad fideicommiſſum, etiam in defectum maſculorũ, vide concl. 149. ſub n. 20. & prius concl. 42. nu. 98. cum ſeqq.
Quando dicatur perpetuò feudo priuatę, vide concl 42. nu. 105.
Sed quid in Regno Neapolis, vide ibid. n. 499.
Illę, vel earum deſcendentes, quando veniant appellatione deſcendentium, lineę, domus, familię, & ſimilium, vide concl. 149. nu. 8. cum pluribus ſeqq & in Verbo Deſcendentes.
FOENERARI ſolitus, vt quis dicatur opus eſt, vt per triennium Altare paratum tenuerit ad mutuandum, concl. 161. n. 66.
Si emat aliquid cum pacto redimendi, quando contractus cenſeatur Vſurarius, vide concl. 94 ſub nu. 15. & 16. & concl. 161. num. 63. cum ſeqq.
Fœnerator per quot actus quis dici poſſit, vide concl. 48. n. 60.
Fœnoris præſumptio tollitur, ſi per pactum, quis quandocunq; rem redimere poſſit, concl. 94. n. 16. & conc. 161. ſub nu. 65.
Plura, vide in Verbo Vſura.
Fœneratores res furto ſubtractas ſcienter pignori recipientes pœna furti tenentur, concl. 175 num. 26.
FOETOR malus fieri non debet vicino per exercitium alicuius operis, concl. 62. n. 10.
FOETVM animatum, vel inanimatum occidẽs qua pœna teneatur, vide in Verbo Abortum, concl. 7. per totam.
Fœtus animatus dicitur in die 40. à die conceptionis, ſi ſumus in maſculo, ſi vero in fœmina in die 60. concl. 7. n. 3.
FORENSES arma deferentes puniri poſſunt, nedum iuxta diſpoſitionem iuris communis, ſed etiam iuxta ſtatuta, & bannimenta loci, concluſ. 143. num. 28. & 29. & ibi ratio aſſignatur.
Declara tamen, vt nu. 30. & 31.
Forenſes, & aduenę, neq; Ciues, neq; Incolę dicuntur, etiam ſi aliquando in Caupona pernoctaſſent, concl. 111. n. 32.
Non ligantur Statutis loci, neq; gaudent eorũ beneficio, concl. 143. n. 31.
Et ſemel facta extenſio inter debitorem, & creditorem amplius non eſt fienda inter debitorem, qui ſoluit, & fideiuſſorem, ibi n. 124.

A Iudice decerni debet in citatione facta ad dicendum contra iura, & non in illa ad ſoluendum, ibi n. 125. & ibi ratio aſſignatur,

Obligatio Cameralis, an cenſeatur appoſita, etiam quod de ea nulla fuerit facta mentio, vide ibi num. 134.

Illius vigore, quando quis poſſit agere executiuè contra hæredem, vel contra tertium, vide

vide concluſ. 78. num. 101. & 102.
Obligatio filij familias facta pro pro redimendo Patre, quando valeat, ſi ſolemnitates ſtatuti non interuenerint, vide concl.84. n.146. cum ſeqq. & concl.86. nu.126. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Filius, & in Verbo Minor.
Matris pro filio, vel filia, quando valeat, ſine ſolemnitatibus, vide concl.86.num.124.cum ſeqq.& in Verbo Mater.
Minoris,& Mulieris corruit ex falſa cauſa,etiã ſi iuramento ſit munita, ibi n.38.
Per caceratum ciuiliter facta in carceribus eſt nulla,nec ratificata cenſetur,per approbationem factam poſt carcerationem,ſi adhuc cauſa illius metus duraret, concl. 169. num. 10. & 11.
Extende, vt n.16. & Declara, vt n.13.
Per vxorem facta pro excarcerando viro, quando valeat, vide concl 84.num.141.cum ſeqq.& concl.86.nu.21.cum ſeqq.& nu.121. & in Verbo Fideiuſſio,& in Verbo Vxor.
Obligatio prima nulla nõ validatur per ſecundã validam contemplatione primæ factam, concluſ.169.ſub n.16. vbi multa.
Prima valida non tollitur ex datione in ſolutum inualida, quia pacta ſunt aliquid non fuiſſe factum,& illud effectum non habuiſſe, concl.47.n.36.
Obligatus in forma Cameræ errorem, & ignorantiam allegare non poteſt, concl.86. n.31.
Hoc modo de aliqua ratione reddenda,ſi poſtea modus,& qualitas adminiſtrationis mutetur, tunc prima obligatio ceſſat, & noua adminiſtratio efficitur, concl.98.ſub n.5.
De ſoluenda dote poteſt eam quoquè executiuè repetere, etiam ſi de reſtitutione nihil fuerit dictum, concl.154. ſub num.72. & ibi ratio aſſignatur.
Obligatus etiam per apodiſsam tenetur petere abſolutionem à iuramento, quod habet duplex in ventre, concl.11.n.15.
Vbiq; conueniri, & vbiq; ſoluere cogi poteſt, concluſ.167.n.39.
Ex cauſa propria, & ex cauſa fideiuſſionis, ſi aliquam ſummam ſoluat, tunc ea potius præſumitur facta ad extinctionem proprij debiti quàm alieni, concl.48.n.12.
Quis taliter obligatus non cenſetur in forma Cameræ Bononiæ,ex vi illius Statuti, niſi id expreſsè dicatur,concl.167.n.134.
Obligatus de repræſentando aliquem in carceribus, ſiue de ſoluendo iudicatum, quomodo liberetur, vide concl 142. ſub n.43.
OBLIVIO inducitur ex lapſu decem annorum, ad effectum excuſandi à periurio, concl.11, num. 26.
OBSERVANTIA circa modum appellandi, maximè eſt attendenda, concl.128.n.209.
Facit, vt Scripturæ priuatæ plena fides ſit adhibenda, concl.123.n.104.
Non inducitur ex actibus turbidis, & vario modo obſeruatis, concl 139.ſub n.31.
Fallit in caſu, de quo in concl.148.n.340.
Non ſuffragatur, niſi fuerit in contradictorio iudicio obſeruata,& obtenta,& niſi interuenerit tempus aptum ad præſcribendum,concluſ.139.n.32.
Contrarium, num 33.
Declara, vt ibidem.
Quando ſuffragetur,ad effectum præſcribendi exemptionem ab ordinaria Iuriſdictione,vide concl.1.nu.49.& ſeqq.
Triginta annorum inducit eam præſumptionem, vt in alienatione rei Eccleſiæ vtilitas,& ſolemnitas interuenerit, concl.85.nu.148 & 273.& concl.120.n.134.
Declara tamen. id procedere in illis ſolemnitatibus, quæ fuerunt enunciatæ; at ſecus in extrincis non enunciatis, quia, vt illę præſumantur requiritur obſeruantia ſeptuaginta annorum, concl.85.n.153.
Triginta annorum inducit illam præſumptionem, vt interuenerit Beneplacitum Apoſtolicum, concl. 85. nu. 155. & ſeqq. & 273.
Declara procedere,ſi illa obſeruãtia fuerit per totum illud tempus continuata, & de ea certitudinaliter, & non præſumptiuè conſtet, aliã ſecus, ibi n.162.& 274.
Illa triginta annorum facit præſumi ſolemnitates in exemptione decimarum interueniſſe, concl.120.n.136.
OCCIDENS aliquem de mandato Principis, nedum impunitus euadit,ſed neq;etiam peccat, concl.165.n 106.
Intellige tamen, vt nu.107. cum ſeqq.
Fœtum animatum, ſine inanimatum, qua pœna puniatur, vide in Verbo Abortum, & concl. 7. per totam.
Occidere volens vnum, ſi alium interficiat, an pœna ordinaria, vel extraordinaria ſit puniendus, vide concl.150.n.13 cum ſeqq.
Occiſi hæredes, ſi fuerint auctores in inquirendo, accuſando, & proceſſum fabricando, expenſas factas per occiſſores carceratos ſoluere tenentur, concl.89.n.465.
Et operę huiuſmodi occiſi, quomodo contra interfectores ſint æſtimandæ, vide in Verbo Operæ.
OCCVLTATIO Scripturarum facta præſumitur ab eo, cuius intereſt eas non reperiri, concluſ.104.n.16. & vide in Verbo Scriptura.
OCCVPANS fundum vicini, qui poſtea fuerit à flumine corroſus, tunc illum reſtituere nõ tenetur, ſi poſtea de nouo ſuus per alluuionem fieret, licèt ſecus, quando alueus fluminis incontinenti poſt corroſionem recederet, concl.94.n.6.& 7. ratio aſſignatur,& vide etiam concl.98.n.17.
OCVLI præcipuè ſunt ad amandum illices, & in ijs eſt peculiaris ſedes amoris, concl. 105. ſub num. 13.
Oculum alteri eruens, vel effoſſum habẽs eſt irregularis, concl.175.n.22.
Extende, & declara, vt ibidem, & n.23.
Oculum obeccatum effodiens qua pœna puniatur

niatur , vide concluſ. 136. ſub num. 33.

ODIA ſunt reſtringenda, ſauores verò ampliādi, concl. 55. n. 6. concl. 142. n. 130. & concl. 150. ſub num. 47.

Odioſum ſi dicatur aliquid ordinatum à Statuto, erit quoq; tale, ſi fuerit inter partes conuentum, concl. 142 ſub n. 43.

Odium rationabile illud dicitur, quod ad publicum bonum tendit, concl. 166. n. 12.

In Odium retorqueri non debent ea, quæ ad fauorem ſunt introducta, concl. 89. nu. 93 & concl. 114. num. 20.

OECONOMI facultates quæ ſint, vide latè in concl. 56. ſub n. 39.

Oeconomus Eccleſiæ vacantis locationi factæ ſtare tenetur, concl. 2 n. 74.

OFFENDENS inimicum contra præceptum pœnale ſibi factum, vtramq; pœnam incurrit, ſcilicèt illam ſpreti præcepti, & alteram principalis delicti, concl. 139. ſub n. 4.

Offenſio, quādo præſumatur facta ex cauſa litis, vide concl. 83. n 1. cum ſeqq.

Semper in dubio eſt tribuenda cauſæ, cui magis adaptatur, ibi n. 10.

OFFERENDI ius competit creditoribus in bonis dotalibus, ſi per mulierem ageretur ad dotis reſtitutionem, ſoluto matrimonio; At ſecus eo conſtante, concl. 68. n. 47.

Offerre pretium debitum, quādo poſſit debitor, vel ſecundus creditor ad effectum reuocandi rem creditori adiudicatam, vide concl. 52. n. 55. cum ſeqq.

OFFICIA empta à Patre filio, qū in legitimam ſint imputanda, vide concl. 42. n. 442. cū ſeqq. vbi multa habebis in hac materia Officiorū.

Officiales ampliantes, vel dirigentes vias Ciuitatis, quādo eorum arma, ſine inſignia ibi impendere poſſint, vide concl. 144. n. 1. & 2.

Cancellariæ præiudicare non poſſunt impetrantibus gratiam aliquid in litteris addendo concl. 126. ſub n. 50.

Illi, & Domini terrarum non prohibentes ludos in eorum locis, in foro conſcientię tenētur ad reſtitutionem eorum, quæ in ludo amittuntur, concl. 102. n. 17.

Illi, & eorum famuli nōn poſſunt deferre arma etiam tempore Syndicatus, abſq; Principis licentia, concl. 143. n. 89. cum ſeqq.

Illi Papæ, vt eſt Legatus, Nuncius, Viſitator Apoſtolicus, & ſimiles, ſi aſſerant rem ita ſe habere, vel aliquid eſſe tale, eis eſt credendum, concl. 155. n. 59.

Publicam annonam vſurpantes pœna vltimi ſupplicij ſunt afficiendi, concl. 111. n. 52.

Illis plenè creditur in his, quę eorum Officium reſpiciunt, præſertìm, quando ſtylus in loco ita vigeret, concl. 155. n. 104.

Officiali, etiam quauis dignitate ornato atteſtanti de mandato Principis non creditur, vbi de pręiudicio tertij agitur, concl. 111. ſub num. 31.

Exiſtenti in Syndicatu honos debetur, cum reliquiæ dignitatum adhuc durare dicantur, concluſ. 143. ſub num. 91.

Illi, ſeù denunciatori in leuibus delictis eſt credendum, concl. 143. ſub num. 58. & concluſ. 155. num. 107.

Contrarium habetur in concl. 143 n. 59.

Primam opinionem extende, vt ibi n. 60.

Officialis de facto, & ante cognitionem cauſæ, ab Officio remotus iniuſtè ſpoliatus pręſumitur, concl. 2. n. 58 & concl. 89. n 497.

Officialis delinquens in Officio, quando ab eo ſit remouendus, & ei appellatio denegetur, vide in concl. 2. n. 58. & concl. 128. nu. 475. & ſub num 919.

Excedendo limites ſui Officij de proprio tenetur, concl. 56 n. 108. & ibi ratio aſſignatur.

Quādo in aliquo loco diu ſtetit, an ibi incolatum, & ciuilitatem contrahat, vide concl. 60. num. 117. & ſeq.

Et quando ibi conueniri poſſit, & pro quibus rebus, vide ibidem.

Quando teneatur de delicto ſui ſubſtituti, vide concl. 145. ſub n. 51.

In Syndicatu condemnatus de delictis in Officio commiſſis, quando appellare poſſit, vide concl. 128. n 475.

Illius priuilegium, etiam finito Officio durat, concl. 143. n. 91. & ibi ratio aſſignatur.

Ille, ſiue Tutor, quando ex ſe ipſo adminiſtrare nō poteſt, ſed cum alterius pręſentia tantū, tunc contra eum non poteſt iurari in litem, nec illi imputari de leui culpa, & pręſertim, quando in adminiſtratione ſe gessit ſecundum morem loci, concl. 56 n. 113.

Officialium exceſſus in Regno Neapolis per magnam Curiam ſunt cognoſcendi, concl. 167 num. 96.

Illis, quando ſit ſtandum in materia damnorū ac reſiſtētiæ illatæ, vide cōcl. 143. n. 56. & ſeqq.

OFFICIA plura, quando ab vno exerceri poſſint, vide concl. 56. n. 146.

Temporalia, quæ ſcilicet ſunt ad tempus conceſſa maiora mala producere ſolent, quàm ea, quæ perpetuo durant, concl. 2. nu. 48. vbi plures rationes aſſignantur.

Vacabilia, quando debeant in legitimam imputari, vide concl. 42. num. 442. cum ſeqq.

Illorum proprietas ſpectat ad Papam, ibi dicto num. 442.

Et an, & quomodo reſignari, atq; alienari poſſint, vide ibidem.

Item eorum pretium de quo tempore ſit attendendum, & multa alia in hac materia, vide ibi nu. 446. cum ſeqq.

Officium aliquod acceptans illud cum ſuis honoribus, & oneribus acceptare cēſetur, concluſ. 103. ſub num. 19.

Dicitur nobile, ſi Vniuerſitas, vbi exercetur illud pro tali tenet, concl. 147. n. 3.

Duplex, quando vno, & eodem tempore quis gerere poſſit, vide concl 60 n 93.

Non debet eſſe alicui damnoſum, concluſ. 86. ſub num 76.

Maximè , quando ex neceſſitate fuiſſet aſſumptum, concl.99.n.9.

OFFICIVM Iudicis imploratur, vbicumq; actio deficit, ſi tamen ęquitas indè eo acceptato reſultet, concl.160.n.24.

Officium Iudicis Mercenarium, quid ſit, & quid nobile, vide ibi n.23.

Nobile, quando dicatur, & in quibus exerceatur, & quando ceſſante actione illud implorari poſſit, vide concl.60. n 36.& concl.132. num.27.

Neq. illud impartitur, niſi petenti, concl.160. num.24.

Officium Iudicis pendente dilatione conquieſcit, concl.135. ſub n.106.

Fallit tamen, quando ea, quæ conceduntur dilationi non repugnant, ibi n.108.

Ab OMMISSA condemnatione expenſarum, quando detur appellatio, vide concl.128.nu. 147. cum ſeqq & in Verbo Appellatio.

OMNE pulchrum eſt amabile, concl. 105. ſub num, 13.

Omne qui dicit, nihil excludit, concl.152.n.20.

Omnis diſpoſitio ſemper intelligenda venit, rebus ſic ſtantibus, concl.89.n.177.

ONERA contenta in teſtamento, & ex Statutis prouenientia hæres adeundo acceptare cenſetur, concl.51 n.130.

Fallit tamen, ſi cum beneficio legis, & inuētarij adierit, ibi n.131, & vide in Verbo Hęres.

Inſolita licèt à ſubditis ſupportentur, tamen metu reuerentiali, vel ex cauſa Vrbanitatis id factum præſumitur, & neutro caſu, ex eis ius Domino acquiritur, concl.106. n.1.& 4.

Plura vide in Verbo Angaria.

Matrimonij, vide Matrimonij onera.

Non ſoluūtur de re donata à Principe, niſi ipſa res eſſet feudalis, concl.57.n.7.

Neq; ſoluuntur, niſi pro rata fructuum, ibi n.9.

Onera, quę ſint, quę valorem beneficij minuunt, vide concl.145.n.20. cum ſeqq.

Et quādo legatarius, ſiue vſufructuarius ea ſoluere teneatur, vide in Verbo Legatarius.

Onere duplici, quis non eſt grauandus, concluſ. 90 num.3.

ONVS legitimę iniunctum, ſi nō reiecerit filius, multò minus id facere poterit fiſcus, ſiue alter habens cauſam ab eo, concl.42. n. 608.

Onus tale per viam vltimæ voluntatis reijcitur ipſo iure, ſecus ſi adijciatur per viam contractus, quia tunc per quęrelā reijcitur, ibi n.672.

Sed quando per Patrem poſſit illud onus legitimæ iniungi, vide in Verbo Legitima.

Illud primogeniti pręſtādi alimenta, ſeu vitam & militiam alijs fratribus, quādo dicatur perſonale, vel reale, vide concl.89. nu.228. & in Verbo Vita, & Militia.

Probandi valorem rei alienatæ in materia detractionum, an ſpectet ad hæredem, vel ad fideicommiſſarium, vide concl.42.n. 329. cum pluribus ſeqq.

Probandi verſionem in vtilitatem contrahentis, quando, & cui ex contrahentibus competat, vide in Verbo Verſio.

Quod quis vult rei ſuæ imponere poteſt, concl. 42.num.338.

Rei Eccleſiæ, quādo imponi, & illud exigi poſſit dixi in concl.103. ſub n.11.

OPERAM rei illicitæ dans, quando teneatur de homicidio, vide concl.150. ſub n.11.

Operæ hominis occiſi, quomodo ſint æſtimandę ad fauorem illius hęredū, vide concl.69.n.11.

Illę iuuenis ſeptem annorum non ſunt habendæ in conſideratione, ſed ſi eam ætatē excederet cū alimentis ſunt cōpenſandę, ibi n.21

Obſequiales vxoris ſunt cū alimētis compēſandæ, licèt ſecus ſit de induſtrialibus, ibi n.414.

Illę, & induſtria perſonę, an, & quādo attendātur ad dignoſcendum, an, quis habeat, vndè ſe alere poſſit, ſiue quando ſolum attendatur ſi ex redditibus viuere poſſit, ibi n.135. cum ſeqq.n.154.cum ſeq.& n.224.

Operarū locator, quando illius mercedē petere poſſit, etiam operibus non præſtitis, vide cōcluſ. 135.n.84.

OPINIO aliqua, ad hoc, vt dicatur æquior ſufficit Rotę Romanę auctoritas cōcl.42.n.351.

Illa gerentis actum magis inſpicitur, quàm veritas ipſa, in his, quæ in illius animo reſident, concl.109.n.112.

In malis ſemper nocere, ac veritati præualere ſolet, concl.143. ſub n.87. vbi datur exemplū de Ghonella.

Veritati præualet, concl.56 n.110.

Et in quibus id potiſſimum procedat, vide concl.109.n.12.

Vna ex controuerſis, quādo fuit tenta per Doctores de cōmuni teſtantes, vel per Curiam recepta, & approbata operatur, vt de notoria iniuſtitia ſententiæ dari non poſſit, concl. 129.nu 371. cum ſeqq.

Illa Rotæ Romanę eſt communi *Doctorum* præferenda, concl.168. ſub n. 1.

OPPVGNATIONIS Patrię crimen punitur ex ſolo affectu, etiam nō ſequuto effectu, concl. 74.num.14.

OPTIO regulariter eſt legatarij in legatis, concluſ 91. n.4.

Sed quando ſit debitoris, vel creditoris, vide in Verbo Alternatiua.

Optionis priuilegium nūquàm Canonici amittunt, etiam ſi nullo vnquàm tempore optauerint, concl.103.n.5.

OPVS fabricatum, vt aqua citius ad molendinum inferius concurreret, eſt deſtruendum, concl.132.n.37.

Factum in flumine publico, ſi minetur damnū, quid ſit faciendum, vide concl.62. n.65.

Nouum, & de recenti factum ex inſpectione dignoſcitur, ibi n.125.

Nouum quomodo ſit nunciandum, & quando ſit admittenda cautio de demoliendo, vide ibi num.130, cum ſeqq.

Illud, per quod damnum vicino reſultet, quando in flumine priuato conſtrui liceat, vide concluſ.132.nu.41.

ORA-

ORATIO aliqua quot modis falſa dici poſſit, vide concl. 148.n.22

ORATORES quomodo ſe gerere debeant in exponendis eorum ambaſſiatis apud Pontificem, & Pontifex cum illis, vide in Verbo Ambaſciatores.

Oratores Principum, & eorum Seruitores, quæ Priuilegia habeant, vide in d. Verbo Ambaſciatores.

ORATORIA, quæ non ſunt actoritate Epiſcopi conſtructa, neq; conſecrata de facili reuocari poſſunt, & ad primæuam naturam reuerti, concl.95.n.19.

Quando poſſint ad prophanos vſus reduci, & ab Epiſcopis cōſtrui, vide concl. 95. ſub nu. 19. remiſſiuè.

Oratorium, quando dicatur ſacrum, vel publicum, & immunitate Eccleſiæ gaudere debeat, ſiuè poſſit ab Epiſcopo viſitari, vide concl.87.n.119 & concl.95.n.16. cum ſeqq.

ORBATVS vno oculo, vel vtroq; quando teneatur ad ſubuentiones, & ſubſidia, vide cōcluſ.54.n.53.& ſeq.

ORDINARIA Iuriſdictio non ceſſat per delegatam, concl 47.n.24.

Poteſtas in propria Diœceſi eſt tota penes Epiſcopum, concl.1.n.114.

Via electa, quando poſſit rediri ad executiuā, vide concl.35.n.22.& concl.148. ſub n.110.

Illa, quando poteſt intentari, non eſt locus remedio extraordinario. concl.78.n.105.

Via, quando ſit procedendum, & quando ſummariè, circa executionem litterarum Apoſtolicarum, vide concl.126.n.79.& 80.& latè in Verbo litteræ Apoſtolicæ.

ORDINARII appellatione, quando veniat Archidiaconus, vide concl.137.n.33.& ſeq.

Ab illius collatione, & electione, vel illius dilatione, quando detur appellatio, vide concl. 128. nu.263. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Appellatio.

Eius iudicio, circa ſuppreſſiones beneficiorum valdè tribuendum eſt, concl.155.n.40.

Illius manus dicuntur ligatæ, durante menſe dato ad acceptandum, concl.16.n.12.

Ligatæ non cenſentur, quādo Papa ad diuerſum effectum, quàm conferendi, manus appoſuit, concl.130.n.25.

Ordinarij, quando contendunt, quis eorum ſit alieni Diœceſi magis vicinus, tunc diſtantia eſt menſuranda, concl.1.n.36.

Illius, ſiue Epiſcopi aſſertioni, quando ſit ſtandum, circa beneficia, vide concl.155. nu.35. cum ſeqq.& in Verbo Aſſertio.

Illi valdè difficiles præſumuntur in admittēdis præſentationibus, niſi de iuris Patronatus ſubſtantia clarè appareat, ibi n.37.

Ordinarius circam curam ſuarum ouium inuigilare tenetur, concl.128.n.275.

Ordinarium Iudicium, quando poſſit omitti, & inchoari executiuum, vide in Verbo Iudiciū.

Conferre non poteſt beneficium, quod per appoſitionem manus Pontificis eſt reſeruatum, concl. 73. num.2. & concl.130. n.2.

Degradare non poteſt Clericum à Papa Ordinatum, in reuerentiam appoſitionis manus Pontificiæ, concl. 130.n.7.

Habens ius originaliter, & naturaliter conferendi beneficia, ſi ex accidenti ſit impeditus, & tamen conferat, tunc titulum coloratum præſtat; At ſecus in eo, qui poteſtatem conferendi nō habet, quia tunc neq; etiam titulum coloratum tribuit, concl.97.n.59.& 60.

Loci punire poteſt Regulares ſi extra Clauſtra Monaſterij delinquerint, concl.66.n 34.

Magis inſtructus cenſetur de vita, Moribus, & qualitatibus Clericorum concurrentium, quàm Metropolitanus, qui non niſi de eorū ſcientia per examen informatus cenſetur, cōcluſ.128.n.274. & ſeq. & concl 155.n 41.

Quando ordinare poſſit Clericos, & Laicos exteros ſine dimiſſorialibus; Item, quando ratione originis, vel domicilij, aut beneficij obtēti id facere poſſit, vide concl 1. ſub n.118

Quando viſitare poſſit Parochias, & perſonas Curam animarum, & Sacramentalia exercētes in Territorio Abbatis, & quando non, vide ibi n.55.& ſeq.

Se ingerere non poteſt in cauſa, quam Papa alicui commiſit, ſed ſi Delegatus nulliter procederet, aut eſſet mortuus, tunc ille de licentia Papę id facere poſſet, concl.130.n.18.

Valdè informatus præſumitur de toto ſtatu ſuæ Eccleſiæ, concl.155.n.41

Ille, vel alius inferior non poteſt de validitate, aut inualiditate Emphyteuſis cognoſcere ſi eam Papa confirmauerit, concl.130.n.19.

Viſitando præſumitur petere Rectori, quomodo poſſideat, concl.51.n. 12.

Vt gaudeat alternatiua in collatione beneficiorum, quid requiratur, vide in concl.97.& in Verbo Alternatiua.

Plura, vide in Verbo Epiſcopus.

ORDINANDI, & dimiſſoriales dandi facultas cōceditur Epiſcopo loci, in quo, quis eſt oriūdus, vel in cuius Diœceſi beneficium obtinet, vel vbi domicilium, ſaltem per decenniū habet, concl.1.n.151. in fine.

Facultas Abbatibus conceſſa à Concilio Tridētino fuit reſtricta ad ſubditos, cum ante Cōcilium poſſent etiā ordinare laicos, ibi n.147.

Ordinare, vt poſſit Abbas, quæ ſint neceſſaria, vide ibi n.143.

Ordinari, quando poſſint Clerici, aut Monachi in vim litterarum dimiſſorialium ab Abbate conceſſarum, vide ibi n.137.

Ordinati ab Abbate legitimè, non poſſunt de nouo examinari ab Epiſcopo, ibi n.148.

Ordinatio Clericorum ſecularium ad Epiſcopos tantùm ſpectat de iure cōmuni, ibi n.150.

Ordinationes celebrare eſt quid ad iuriſdictionem ſpectans, concl.138.n.45.

Ordinationes, & Statuta Synodi Oecumenicæ ligant Abbates, etiam exeemtos, concluſ.1. num.104.

Ordinatus ad titulum Patrimonij, quando

illud alienare poſſit,etiam ſine conſenſu Epiſcopi, vide concl. 85.nu.90. & ſeq. & in Verbo Patrimonium.

Ordinatus à Papa, licèt obid non ſit à Iuriſdictione ordinaria exemptus, non poterit tamen propter delictū,ab ordinario degradari in reuerentiam appoſitionis manus Papæ, concl. 130.n.7.

Ordines conferre poteſt Abbas, etiam ſi non fuerit ab eo petita benedictio,concl. 1.n.17.

Illos conferre poteſt Epiſcopus in Clericum, ſibi notum, etiam ſine litteris commendatitijs, & examine, ibi n.151.

Illas, & beneficia recuperare nō poteſt verus Apoſtata,licèt per veram pœnitentiā, & abiuratione fuerit à crimine abſolutus, niſi Romani Pontificis auctoritas accedat, concluſ. 124.num.17.

Declara tamen,vt ibid.& n.18. & vide in Verbo Apoſtata.

Minores poſſunt ab Abbatibus conferri, etiā in aliorum Eccleſijs, quando ad celebrandum ſunt inuitati, concl.1.n.112.

Quādo poſſint ab Abbate cōferri ſubditis ſibi regularibus,ac perſonis ſecularibus,cū eorū dimiſſorijs,vide ibi.140.& in Verbo Abbas.

Illos non poteſt conferre Abbas,niſi in diebus Dominicis, ſiue de tempore quatuor temporum, ibi n.145.

Confert Abbas nō ratione Ordinis, ſed ex demandata ſibi à iure poteſtate, ibi n.146.

Non ſunt neceſſarij ad conſequenda beneficia curata in eo, qui habet annos vigintiquinquè,& ſit initiatus prima tonſura, concl.72. num. 69.

Sacros ſuſcipiens dum eſt Apoſtata ſit irregularis,& à ſolo Papa diſpēſabilis,concl. 1.n.85

Illi ſacri, quam ætatem requirant, vide concl. 72.nu 66.cum ſeqq.

ORDO Iuris in vltimis audientijs non ſeruatur in Rota, concl.160 n.157.

Succeſſiuus eſt intelligendus per vulgarē,non autem per fideicommiſſariam ſubſtitutionē, concl.81.n.61.

Quomodo,& quādo ſit admittēdus in vocatione deſcendentium,vide concl.149.cum ſeqq.

Et quid operetur ille ordo in materia ſucceſſionis,vide ibidem.

ORIGINALE, vide Scriptura.

ORIGO in iudicijs in materia intentandæ actionis eſt ſpectanda, concl.44.n.97.

Origo naturalis cauſæ inſpici debet, & non accidentalis,ibi n.90.

ORIS apertio,vide in Verbo Aperitio.

OSCVLA, amplexus, & receptio munerum non faciunt tranſire ſponſalia de futuro in matrimonium de præſenti, concl.115.n.7.

Oſculans mulierem virginem, ſine eius conſenſu in publica platea, quomodo ſit puniēdus, vide concl. 74 n. 20, cum ſeqq.

Oſculum cum ſene,& puella, quando dicatur libidinoſum, vide concl. 59.n.13.& 15.

Libidinoſum ita facile infertur ad adulterium, veluti facilè tonitrua generant pluuiā,ibi n.13

Quādo dicatur libidinoſū,ad hoc,vt per illud mulier dotē amittat, vide ibi n.13.cum ſeqq.

OVIS per lupum rapta in dubio eſt à Paſtore ſoluenda, n ſi caſum probauerit,& eius culpā excluſerit, nec non pelem domino detulerit, concl.108.nu.25.

Plura, vide in Verbo Animalia.

P

PACTA, quādo annullentur,annullata principali diſpoſitione,vide concl.56.nu.201.

Accidentalia,& ſubſtantialia, quando poſſint conferri in arbitrium vnius, ex contrahentibus,vide concl.161.n.76.

Pactum appoſitum in cōceſſione Emphytheſis quòd melioramēta redeant ad Eccleſiā,finita linea,eſt vtile Eccleſiæ,& ideò pars pretij dicitur,concl. 85.n.136.

Appoſitum in cenſu, quòd ſi res perierit,cēſus ſuper alijs rebus extantibus impoſitus intelligatur,vſurarium dicitur, concl.161.n.75.

De affrancādo appoſitum in alienatione facit rem eſſe redimibilem,concl.84 n.221.

Illud de ducenda adultera in vxorē eſt nullum, & quomodo probetur,vide concl.59 n.119.

De non alienando non impedit trāslationem Dominij, concl.84 n 233.

Secus ſi adiecta eſſet clauſula,quòd in caſu contrauentionis alienatio eſſet nulla ibidem.

Sed illud tamen non impedit tranſlatione n in fiſcum, vide concl.84.nu.234.& 235. in fine.

Item nō impedit, quominus res alienari prohibitę veniant ſub obligatione omnium bonorum pręſentium, & futurorum, ibi n.234.

Illud de nō alienādis certis bonis cū pœna,ad alia bona non extenditur, ibi n 270.

De non agendo in dote, ob impenſas neceſſarias non valet, concl.68.nu 31.

De non petendo dotem,vel antefatum nullius eſt momenti, concl 118.n.8.& 9.

Fallit,quādo iuramentū concurrerit,ibi n.10.

De non petendo vitam, & militiam, quando illud onus reale, vel perſonale reddat, vide concl.89.n.228.& in Verbo Vita,& Militia.

De non ſuccedendo Patri,vel Matri valet,ſi filius, vel filia plusquàm ſuam legitimam habuit, concl.42.n 564.

De retrouendendo in alienatione appoſitum facit reincidere rem in ſuam pręſtinam cauſam, & operatur, ac ſi nuuquàm res fuiſſet vendita, ſequuta tamen eius redemptione, concl.84 n.222.

Fallit, vt ibi nu.223.

Et quando illud præſumatur vſurarium, vide in Verbo Vſurarius.

Illud, & tranſactio, quando fieri poſſit, ſuper delictis inter accuſantem,& accuſatum, vide concl.26.n.87. cum ſeqq.

Sed illa duo inter ſe tamen differunt, quia pactum ſit gratis, tranſactio verò aliquo dato, vel retento,ibi num.88.

Illud

Illud executiuum, guarentigia, Iuſiurandum, obligatio Cameralis, & ſimilia non attenduntur, contractu annullato, & cauſa obligationis deficiente, quia illa non augent obligationem, ſed eam validiorem reddunt, concluſ. 167. num. 133.
Fieri poteſt cum Eccleſia de lucrandis melioramẽtis culpa emphiteutę, concl. 136. n. 21.
Inualidum in contractibus viciatur, & non viciat, & ſic quoad alia illud in ſuo robore reſtat, concl. 151. n. 31.
Seſt quando eſt inſolitum ſuſpicionem falſitatis arguit, ibidem.
Nudum, ſiue pollicitatio non obligat, niſi ſit facta, Deo, vel Reipublicę, concl. 17. nu. 40. & concl. 131. ſub n. 19.
Item fallit in multis alijs caſibus, vt ibidem.
Illud, per quòd pecuniarum reſtitutio in arbitrium emptoris cõferatur, dicitur vſurarium, & reddit contractum ipſo iure nullum, concl. 161. nu. 76. & ibi ratio aſſignatur.
Per quod venditor cenſus arbitrio emptoris ſortem principalem reſtituere teneatur, dicitur vſurarium, concl. 161. num. 77. & ibi ratio aſſignatur.
Fallit, vt ibidem.
Quando eſt factum de retronendendo infra quatuor annos, ſufficit pretium offerri in principio primi menſis quarti anni, aliàs elapſo dicto principio, pactum expirat, concl. 116. ſub num. 2.
Quòd capitale ſit ſaluum, & quòd periculum ad accipientem ſpectet, & indè partem lucri reportet, tenet, & valet, concl. 108. n. 18.
Contrarium, ibi n. 19.
Concorda, vt prima opinio procedat, quando periculum non eſt in capitali; ſecunda verò, quando ſecus, ibi n. 20.
Et quando illud dicatur vſurarium, vide ibidẽ, & concl. 161. n. 72.
Quòd debitor carcerari poſſit in ſcriptura priuata appoſitum non valet, ſecus ſi in Inſtrumento, concl. 123. n. 146.
Quòd quis propria auctoritate poſſeſſionem capere poſſit, quando non ſuffragetur, vide concl. 164. n. 13. & 17.
Redimendi factum ſuper prędio, an extendatur etiam ad id, quod ei per alluuionem acquiritur, vide concl. 94. nu. 9. cum ſeqq. & in Verbo Alluuio.
Illud appoſitum in venditione, quando arguat contractum eſſe vſurarium, vide concl. 94. ſub num. 15. & ſeqq. & concl. 161. n. 63. cum ſeqq.
Reſolutiuum in cõtractu appoſitum efficit, vt purgationi morę non ſit locus, concl. 50. n. 36
Item operatur, vt agens ex illo, antequam adimpleat, non audiatur, neq; moram purgare poſſit, concl. 78. n. 18. & 19.
Et concurrens cum prohibitione alienationis omnem Dominij translationem impedit, cõcl. 84. num. 68.
Reſpiciens vtilitatem alienantis dicitur pars pretij, concl. 85. n. 129.
Super adulterio, quando fieri poſſit inter coniuges, vide in Verbo Coniuges.
Super quota litis eſt de iure prohibitum, concl. 60. n. 87. & 88. ratio aſſignatur.
Et qua pœna tranſgrediẽtes puniãtur, vide ibid.
Super quota litis, quomodo euitari poſſit, vide ibi num. 9.
PALATIA magni pretij non poſſunt vendi pro alimentis ſpurio, vel extraneo dãdis, ſub prętextu, quòd redditus eſſent pauci; licèt ſecus pro alimentis filiorum, concl. 89. nu. 528. & 529. & ibi ratio aſſignatur.
Palatia magna, quæ nobilitatem familiæ cõſeruant, ne vendantur, Bullæ Iuris congrui, & retractus non ſubiacent, ibi n. 528.
Palatium magnum, per quòd nobilitas familiæ conſeruatur, alienari non poteſt, etiam pro ſolutione æris alieni, dummodo alia bona adſint, concl 87. n. 131. & 132.
Palatij, Turris, aut magnæ domus diuiſio prohibita hæredibus, quãdo fideicommiſſum inducat, vide in Verbo Diuiſio.
PALLIVM Archiepiſcopi dicitur ornamentũ Pontificale, quo ille decorandus eſt in celebrando, etiam in locis exemptis, concl. 138. num 32.
Item quid illud ſit, & vndè dicatur, vide dicta concl. 138. n. 84. & 85.
Et de multis alijs illius priuilegijs, vide ibi n. 86.
PALMARIVM illud dicitur apud iuris peritos, quod datur Aduocato, vltra cõſtitutam mercedem, ob victoriam litis, & ideo illud honorarium dicitur, concl. 60. n. 87.
PANIS, quãdo ſub appellatione frumenti cõtineatur, vide concl. 111. n. 20.
PAPA à CHRISTO auctoritatem habuit, ex illis Verbis, Tu es Petrus, &c. concl. 128. ſub num. 223.
à Papa ad futurum Concilium, an appellare liceat, vide ibi n. 237 cum ſeqq.
An cenſeatur per Decretum irritans ſibi ipſi manus ligaſſe, vide cõncl. 97. num. 17. cum ſeqq.
Apponens manum in vna cauſa efficit, vt inferior amplius in ea ſe ingerere non poſſit, maximè, quando vlterius procedendo ſibi reſeruaret prouiſionem, ac diſpoſitionem, & eam alio modo factam annullaret, concl. 3. num. 16.
Apponendo manus ſuper beneficio illud ita reddit affectum, vt poſtea ab inferiore conferri non poſſit, concl. 73. n. 2. cum ſeqq.
Apponendo manus ſuper beneficio ad vnum finem, non impedit prouiſionem ordinarij, ſi dictus finis ceſſet, ibi n. 10.
Plura, vide in Verbo Appoſitio manus, & in Verbo Beneficium, & concl 130. per tot.
Concedere poteſt, nedum Epiſcopo, ſed etiã Parocho facultatem, quam de iure non habet abſoluendi à caſibus reſeruatis, etiam illis inuitis, concl. 10. n. 50.
Conſilio derogare poteſt, veluti neque eo ligatur, concl. 128. n 238. & ſeqq.

Conferendo beneficium manuale non cēſetur velle eius ſtatum alterare,ſed ſecundum ſuam naturam illud contuliſſe præſumitur,concluſ. 73. num.4.& 5.
Et quando illius ſtatum mutare voluiſſe præſumatur,vide concl.126.n.9.
Cum clauſulis ampliſſimis derogare poteſt priuilegijs in corpore iuris clauſis,concl.167. num. 4.
Contrarium, ibi n.5.
De beneficijs ad libitum ſuæ voluntatis diſponere poteſt, etiam priuando ſine cauſa, concluſ.165.num.42.
Decretis Concilij Generalis, etiam pertinentibus ad fidem non ligatur, conclnſ.128. ſub num.240.
Intellige tamen, vt ibidem.
Delegare poteſt ea, quæ ſunt Iuriſdictionis,nō autem ea, quæ ſunt ordinis ordinem non habenti, concl.133.num. 149.
Diſpenſare poteſt in his,quę ſunt de iure poſitiuo,& pręcipuè in materia Matrimonij, & legitimationis liberorum, concl.65.n.19.
Diſpenſare poteſt in radice Matrimonij de facto inter coniuges contracti, acſi legitimè fuiſſet factum à principio, & quòd filij ſint legitimi,& ſucceſſibiles,concl.65.n.20.
Diſpenſare in quibus poſſit,& in quibus non, vide concl.128.n.238.
Diſpēſare poteſt Monachos profeſſos ex iuſta cauſa,vt Matrimonium contrahant, concluſ. 65.nu.15. cum ſeqq.
Et quę ad id ſit iuſta cauſa, vide ibidem.
Vti ſuſpectus recuſari non poteſt,ex quacunq; cauſa, concl.128.ſub n.239.
Illius aſſertioni in facto proprio plenè eſt credendum, & factum proprium illud dicitur, quod ſecum eſt geſtum, etiam ſi ſit cum alieno admixtum, concl.97. num.70. & concluſ. 155.num.1.
Extende, vt in concl.155.n.2.cum ſeqq.
Etiam de facto alieno,quando aſſertio eſt facta motu proprio plenè probat,ibi n.3.11.& 19.
Imò etiam de facto alieno in antiquis probat, ibi num. 4.
Illi aſſerenti ſibi fuiſſe ſupplicatum credendum eſt, ibi nu.5.
Facta per Verba (ſicut accepimus)quādo probet,vel ſit iuſtificanda per partem, vide ibi n. 12.cum ſeqq.
In facto proprio,vel alieno ſecum geſto, ita probat, vt probatio in contrariū non ſit admittenda, ibi n.2.& 21.
Concurrentibus adminiculis, etiam in præiudicium tertij probat, ibi n.28.
Plura vide in Verbo Aſſertio.
Illius auctoritas ſupplet conſenſum, tractatū, & ſolēnitates in alienatione rei Eccleſiæ neceſſarias, concl.85. num.34. 62. 164. &298. cum ſeqq. & concl.87.n 9.cum ſeqq.& concluſ.165.n.43.
Plenaria dicitur in his, quæ à iure humano,& poſitiuo prohibentur, concl.165. n.37.
Creditur illi ſi narraret reſignationem in eius manibus fuiſſe factam, concl.155.nu.6.
Item ei creditur, quando aſſereret aliquē eſſe ſuum familiarem, ibi n.7.
Declara tamen,vt n.8.
Creditur in his, quę concernunt proprium illius, & Camerę præiudicium, concluſ.155. num.25.
Fallit,quando præiudicium eſſet valdè graue, & eſſemus in materia beneficiali, niſi adminicula concurrerent,ibi n.26.& 27.
Illius enunciatiuæ, quando probent, vide cōcluſ.120.num.98.& 99.& in Verbo Enunciatiua.
Ei non creditur, ſi aſſereret de facto alieno nō ſecum geſto, etiam ſi ſuper ipſa aſſertione ſuā diſpoſitionem fundare vellet, concluſ. 155. num. 9.
Non eſt parendum, quādo iniuſta præciperet, concl.165.n.109.
Illius Scientia, quando ſit neceſſaria,vt alienatio rei Eccleſiæ dicatur ſolemnis, vide concl. 85.num.271.
Eſt neceſſaria in alienatione rei Eccleſiæ, quādo de eius præiudicio ageretur, at ſecus ſi de eo inferioris, ibi n.272.
Spectat ad eum cognitio cauſæ, quando ad ipſum, & ad Archiepiſcopum ſimul eſt appellatum, concl.128.n.212.
Contrarium, num. 214. & vide in Verbo Appellatio.
Voluntas, & factum illius probationem in cōtrarium non admittit, concl.165.n.41.
Ea ſatis declarata cenſetur per verba Vniuerſalia, etiam circa ea, quę particularem, & expreſſam mentionem requirunt,concl.165. num. 48.
Intellige tamen,vt ibidem.
Papa fingere poteſt,& pro expreſſo habere id, quod in indiuiduo erat exprimendum,concl. 167. num. 4.
Gratiam reſtitutoriam plenariam ſubdito Baronis concedere poteſt, ibi nu. 69. & ibi ratio aſſignatur.
Gratiam faciens inhabili ad beneficia ſcienter, cum eo diſpenſare cenſetur, concl.175. num. 23.
Eius gratia taliter venit interpretanda,vt nō reddatur fruſtatoria, concl.165 nu. 31.
In beneficialibus eſt abſolutus Dominus, ibi num.41.
In dubio non præſumitur cauſam auocare velle, ibi ſub n.64. & concl.172.n.12.
In præſtando ſuum beneplacitum in alienationibus rerum Eccleſiæ, ſolam illarum vtilitatē reſpicere ſolet, concl.165.n.44.
In territorio Baronis habet ius directi Dominij, & ſupremum, inſignum alti Dominij, quod nunquàm à Principe ſupremo abdicatum cenſetur,concl.167.ſub n.69.
Licentiam dare non poteſt ordinandi ei, qui non ſit Sacerdos,cum nemo det,quod non habet, concl.1.n.144.

Li-

Licentiam dare poteſt, Monacho, vel alio Regulari faciendi teſtamentum, quia licentia inferioris non ſufficit, concluſ. 65. ſub num. 24.

Licentiam cõcedere poteſt in toto Orbe terrarum celebrandi, cum Altari portatili, & viatico, concl 95.n.14.

Ad Papam, quando omiſſo medio appellari poſſit, vide latè in concl.128. num 203. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Appellatio.

Ille non attentat, & eius litteræ attentationis vitio laborare non poſſunt, concl.126.n.13.

Contrarium ibi nu.12.

Non attentat, ſed immò potius prouidendo vitium litigioſi tollit, præſertim, quando mentio de lite facta fuiſſet, concl. 160. num. 133. & ſeq.

Declara, & extende, vt nu.135. cum ſeqq.

Non preſumitur, quòd territorium ſuo particolari Superiore, neq; Eccleſiam ſuo capite priuare voluerit, concl.126. ſub n.17.

Non poteſt, vti perſona priuata alienationi rei Eccleſiæ acconſentire, & vti Papa eidem diſſentire, concluſ. 85 n.301.

Non præſumitur intuliſſe vim, ac metum Eccleſiæ pro obtinenda venditione alicuius rei in ſe ipſum, ibi n.200.

Nunquàm à ſe prorſus aliquam Iuriſdictionẽ abdicare præſumitur, licèt ſupremam poteſtatem alicui concedat, concl. 128. ſub num. 218.

Omnia poteſt, & præſertim in beneficialibus ius eminentiſſimum habet, concluſ. 122. ſub num. 16.

Omnimodam auctoritatem in reſeruatione, & tranſlatione penſionum habet, concluſ. 165. num. 40.

Per clauſulam (ſublata, &c.) enormiter læſis præiudicare non intendit, concl.123. n.36. & vide in Verbo Clauſula.

Per clauſulas generales, & prægnantes non cenſetur concedere voluiſſe id quod aliàs conceſſurus non fuiſſet, concl.73.nu.6.

Quando aliquid ex certa ſcientia concedit, tũc illud eſt ſeruandum, etiam ſi contra iuris diſpoſitionem eſſet, concl.165.n 31.

Quando alternatiuam conceſſit ordinario, an poſſit poſtea beneficia, quorum collatio ad Epiſcopum ſpectat, alteri conferre, & an in tali collatione ſit neceſſaria expreſſa ipſius alternatiuæ derogatio, vide concl.97.nu 17. cum ſeqq.& in Verbo Alternatiua.

Quando dicatur motu proprio procedere, ſiue ad poſtulationem partis, vide concluſ. 155 nu 1. cum ſeqq.

Quando Eccleſias Cathedrales, vel Regulares Cardinalibus commendat, illos adminiſtratores perpetuò quoq; facit, concl. 56. num. 152.

Quando in aliquibus cauſis ſe intromiſit, tunc Iudex inferior in illis amplius ſe intromittere non poterit, concl.128. n.232. & concluſ. 172 num.2. cum ſeqq.

Fallit vt in dicta concl.128. num.233. & 234. & vide in Verbo Iudex.

Quãdo poteſtate plenaria, & abſoluta, & quãdo ordinaria vti cenſeatur, vide concl. 165. num.14. cum ſeqq.

Quando poteſtate ſua priuari poſſit, vide concluſ. 128.nu.237. & ſeqq.

Quando reſcribit cum clauſula (ſi in euidentẽ vtilitatem) vel (vocatis vocandis) tunc inducit formam in alienatione rei Eccleſiæ, qua non ſeruata actus corruit, concluſ.85.num. 49. & ſeq.

Quando reſcribit cum clauſula (ſi tibi conſtiterit) an tunc requiratur informatio iudicialis, vel extraiudicialis, vide concl.85.num. 52. cum ſeq.

Reuocando ea, quæ ſunt iuris poſitiui, ea reuocare dicitur, vt ex tunc, concl.165 n.38.

Reuocare poteſt priuilegia de Conſilio Cardinalium conceſſa; immò etiam ſine eorumdem Cardinalium participatione, concl.165 num.45.

Fallit, quando verſaremur circa ea, quæ mutationem Vniuerſi ſtatus Eccleſiæ concernunt, ibi num 46.

Reuocans priuilegium, per viam legis generalis, in reuocatione non tenetur narrare formulas ſpecialis derogationis in priuilegio appoſitas, ibi n 47.

Sententia illius, quando ſit appellabilis, vide concl.128 n.237.

Scientia quando ſit præſumenda, vide concl. 165.nu 32 & ſeqq.

Si det facultatem alienandi plures petias terræ, an intelligatur etiam concedere facultatem alienandi vnam tantùm, vide concluſ. 84.num.274.

Solus ex priuilegio particulari poteſt ſeparare Diœceſim, & illam alicui Abbati, ſiuè inferiori Prælato ſupponere, concl.165.n.39.

Suſpectus de hæreſi, quando dicatur, vide cõcluſ.128. ſub nu.240.

Vbiq; hæreditatem auferre, & deferre poteſt, ibi ſub num.37.

Ille, vel alius ſupremus Princeps, quando alicui ſupremam poteſtatem tribuit, nunquàm tantùm illi dat, quantum de ea ſibi reſeruat, concl.157. num.49.

Quid ſi eam dederit titulo donationis remuneratoriæ? vide ibi n.51.& 52.

Ille, vel illius Auditor, ſiue etiã Gubernator ratione ſupremæ ſuperioritatis, vel alti Dominij in ſubditos ſui Vaſalli procedendo, & eos mulctando Iuriſdictionem exercere poſſunt, concl.167.n.64.

Vnicam dignitatem in Eccleſijs tollere non ſolet, concl.126.n.18.

Declara tamen, vt ibi n.19.

Vnus tantum poteſt eſſe in Eccleſia, concl.87. num. 78.

Vt cenſeatur validaſſe gratiã nullam, opus eſt, vt illius defectus, & nullitates benè ſciuerit, concl.165.num.30.

P4

PARAPHERNALIA bona differunt à dote, ſine illius augumento, & eorum fructus non ad Maritum, ſed ad vxorem ſpectant, concluſ.24.num.8.
Sed quando dicti fructus præſumantur consūpti in vſum communem, & de voluntate vxoris, ita vt per Maritum reſtituendi non veniant, vide ibi dicto n.8.cum ſeqq.
PARENTELA, familia, domus, agnatio, cum ſint Verba Iuris, ſeu Ciuilia diferunt à Verbis Coniunctus, Conſanguineus, & Parentes, quę ſunt verba natu●, ſeu ſignificatum naturalem habentia, concl.81.n.24.
Illius probatio in antiquis leuioribus probationibus eſt contenta, concl.120.n.48.
Quando eſt vltra quartum gradum, per teſtes de publica voce, & fama probatur, concluſ. 120.num.49.
Quando in certo gradu non requiritur, eam in gen re probare ſufficit, ibi n.50.
PARENTES amant ſuos filios, ſicuti ſui exiſtētes; filij autem amant eos, vbi ab eis aliquid ex ſtentes, & quare magis ament ipſos filios, quàm è contra? vide concl.42.n.355.
Parentes, & filios habens eodem tempore in neceſſitate conſtitutos, quibus potius ſubuenire teneatur, vide latè in concl. 89. nu.205. cum ſeqq.
Illi habent in ſanguine pignus, erga filios, ſed non è contra, concl.42. nu.355. & concl.89. num. 205.
Quando, & quomodo de antefato diſponere poſſint, vide concl. 118.n.40 cum ſeqq & in Verbo Antefatum.
Tenentur theſaurizare filijs, & non è contra, pręter tamen alimenta, concl.42.n.356.
Illis, & Deo nunquàm poteſt reddi æquinaleus, concluſ.86. ſub num.145.& concluſ 89. num.214.
Eorum appellatione omnes veniunt, qui à Tritauo infra deſcendunt, concl.73.nu.31.& cōcluſ. 149.num.2.
Parentum commune votum eſt theſaurizare filiis, non au em illos ad miſeriam reducere, concl.86.n.89.
Illorum affectio erga filios primi matrimonij muratur per conuolationem ad ſecunda vota, concl 105. n 14. & ibi ratio aſſignatur.
Quamuis tamen teneatur eos æqualiter diligere, ibi num.15.
PARIA delicta pari compenſatione tolluntur, concl.42 num.195.concluſ.45.nu.6. & concl. 59.num 74.
Sunt, aliquid non fuiſſe factum, & illud effectū non habuiſſe, concl.47. n.36. concl.48.n.34. & concl 87.n.53.
Sunt, aliquid per partium ſubſcriptionem, vel per teſtium depoſitionem conſtare, concl. 12?.num.49.
Sunt, habitum ſ6 deſerre, & illum coopertum ferre, concl 124. ſub n.10.
Sunt, non appellare. & minus legitimè appellare, concl.160. ſub n.51.
Sunt, quòd, quis tenorem Sentētiæ ſciuerit, vel quòd illud ſcire neglexerit, concluſ. 128. ſub num. 441.
Sunt, talis eſſe, vel pro tali haberi, in his, quæ iuris ſunt, concl.124.ſub n.36.
PAR in parem non habet imperium, concluſ. 128. ſub num.235.
PARITAS in Iudicijs ſemper eſt ſeruanda, ibi num. 713.
PAROCHIALES Eccleſiæ per Epiſcopum, prælio examine, & cum approbatione examinatorum, liberè, & abſq; aliorum aſſenſu, Conſilio, præſentatione, vel electione, conferri poſſunt, concl.97 n.12.
Non debent in maximum animarum detrimētum diù in ſuſpenſo remanere, concluſ.128. ſub num.274.
Parochialitas, quando curam animarum habere dicatur, vide concl.107.ſub n 19 remiſſiuè, & in Verbo Cura.
Et quomodo habitu ſaltem conſeruetur, vide concl.140.ſub n.2.
A Parochialium collatione, quādo detur appellatio, vide concl.128 n.271. cum ſeqq. & in Verbo Appellatio.
Parrochiani fabricare tenentur pro Eccleſia, in qua Sacramenta recipiunt, & eam collapsā reficere, vbi talis conſuetudo extat, vel deficientibus Archiepiſcopo, Epiſcopo, Canonicis, vel Rectore, concluſ.130.num.74 76. & 78.
Extende, vt ibi nu.79.
Parochi à ſeruitio Eccleſię abſentes ex iuſta, rationabili, & neceſſaria cauſa, fructus percipiunt, concl.1.n.109.
Parochi aſſertio, quòd ipſe habeat licentiam contrahendi matrimonium inducit bonam fidem coniugibus, concl.155.nu.127.& 148. ratio aſſignatur.
Extende, vt nu.149. cum ſeqq. & vide in Verbo Aſſertio.
Ille exigendo decimas, quoad certos tantùm fructus, dicitur etiam in poſſeſſione, quoad omnes, quia quoad illos non exactos ius exigendi non amittit, concl. 103.num.22. & ibi ratio aſſignatur.
PARRICIDII crimen eſt atrociſſimum, & in eo nulla ætatis ratio habetur, concl.72.n.95. & 106.
Pœnam non incurrit ſpurius occidens Patrem, concl.89.num.56.
Contrarium, ibi n.101.
Concorda, vt ibidem.
Parricidum committere etiam dicitur ille, qui occidit Patrem ſpiritualem, ibi n.56.
PARS dignior tribuit nomen actui indiuiduo, quamuis ſit numero, & quantitate minor, concl.133. ſub n.148.
Fundi vnico prætio venditi retrai non poteſt, ſed benè totus fundus, concl.62.ſub n.39.
Fallit, quando ille fundus eſſet pluribus venditus, quia tunc pars, ab vno retrahi poſſet, ibidem.

Pars ita ſe habet,quoad partem,ſicut totum, quoad totum, concl.128.n.369.
Partem canonis ſoluens à iure ſuo cadit non ſoluendo integrum, concl.101.ſub nu.11.
Debiti ſoluens totum agnouiſſe cenſetur, ſi de contrario non appareat, concl.17.n.67.
Partes Iuriſdictionem prorogare non poſſunt, concl.129.n.208.470.& 501.
Non poſſunt facere licitum, quod antea erat illicitum, concl.155. ſub n.125.
Earum aſſertioni, quando ſit ſtandum, vide d.concl.155.nn. 125. cum ſeqq. & in Verbo Aſſertio.
PARTITA, quæ tempore ſolidationis computorum viſa, & non reprobata fuit, approbata cenſetur, concl.131.n.33.
Partitæ, quando ſunt adminiculandæ, vndè ſint deſumenda adminicula, vide concl.55.n.27. & in Verbo Adminicula.
Partitæ libri, ſi aliquę reperiantur falſæ, quomodo cęterę ſint probandæ, vide concl.55.ſub num. 28.
Plura vide in Verbo Annotatio, in concl 112.
Quando plures ſunt probatæ, tūc quando aliæ verificatæ prę ſumantur, vide concl.55.n.28.
PARVM, & nihil æquiparantur, concluſ.153. ſub num.9.
PASCVA ad vſum fundi deſtinata cedunt fundo legato, etiam quòd eſſent ſeparata, dummodo tamen à teſtatore eodem nomine nuncuparētur, concl.77.n 4.& ibi ratio aſſignatur.
Illa ſi recipiant animalia alicuius in Caſali alterius, tunc ea ita Domino Caſalis hypothecata fiunt, vt propterea ille omnibus creditoribus ſit præferendus, concl.108.n.31.
Reſtringe tamen, vt ibi nu.32.& plura vide in Verbo Animalia.
PASSVS conſtat quinq; pedibus, & pes quindecim digitis, concl.62.n.95.
PASTOR tenetur ad emendam, & æſtimationem ouis per lupum raptę, vel ab alio furatæ, niſi caſum probaret, & illius culpam excluderet, concl.108 n.25.
PATER adoptans, quando filio adoptiuo ſuccedat, vide concl.58.n.19.& ſeq.
Adoptans non cogitur inuitus aliquid filiò adoptiuo relinquere, ſi tamen ſit extraneus; At ſecus ſi eſſet aſcendēs, concl.58 n.8.& 21.
Contrarium tamen eſt in arrogato, cui neceſſariò arrogans tenetur quartam partem bonorum relinquere, ibi n.22.
Adoptans filio adoptiuo ſubſtituere poteſt in bonis à ſe prouenientibus, non autem in proprijs pupilli, ibi n.29.
Alienare non poteſt in præiudicium filiorum, rem de ſui natura ad extraneos non tranſitoriam, vel quàm ſtipulatus fuit pro ſe, & filijs concl.87.n.51.
An poſſit authorizare perſonam filij, quando filius fideiubet pro extraneo, vide concl. 86. num.79 cum ſeqq.
Authorizare non poteſt contractum filij, reſpectu eorum bonorum, quorum ipſe Pater non habet adminiſtrationem, neq; vſumfructum, quia tunc lex de eo non confidit, ſed eum pro ſuſpecto habet, concl.84.n.156.& concl. 86.nu.82.& 134.
Auctorizare non poteſt perſonam filij, quando ipſe contrahit cum filio, vel quando filius fideiubet pro Patre, concl.86.n.78. & 132.
Pater contrahere poteſt in bonis filij ſine ſolēnitatibus, quando eſſet diues, quia tunc nō prę ſumitur ita de facili delinquere, & proprium filium decipere velle, ibi n.89.
Debet anteponere ſalutem Patriæ ſaluti filij, concl.89.n.197.
Debita filij regulariter ſoluere non tenetur, nec è contra concl.86.n.143.
Depræhendens filiam in adulterio eam impunè occidere poteſt, dummodo tamen id in propria domo Patris, vel generi, & in continenti fiat; aliàs ſecus, concl.150.n.7.
Dilapidens bona, quando cogi poſſit aſſignare filio legitimam, vide concl.56.num.68. & prius concl.42.n.738.
Ille, & Frater, quando teneantur dotare, & redotare filiam, vel Sororem, & ex quibus bonis, vide concl.84 n.137.
Ille, & Mater debent æqualiter amare filios, tàm primi, quàm ſecundi matrimonij, concl. 105. num. 15.
Exhęredare poteſt filium, quando ille recuſaret eum à carceribus liberare, & pro eo fideiubere renueret, concl.86.n.145.
Paterfamilias, quando teneatur ex delicto alicuius de familia, vide concl.78.n.106.
Feudatarius feudo priuatur, ob delictum filij, niſi ipſum filium Domino præſentet, concluſ. 101.num.22.
Declara tamen, vt ibi num.23.& 24.
Filias dotare tenetur, niſi eſſet pauper, vel ſub Patria poteſtate exiſteret, concl.42.n.432.
Filias dotare tenetur, non autem Mater, niſi in ſubſidium, quando Pater eſſet pauper, & filia nō haberet de proprio, vnde ſe cōgruēter dotare poſſet, concl.86.ſub n.165.& 167. & concl.174.n.10.& 13.
Habens adminiſtrationem filij poteſt eſſe, quòd non habeat vſumfructum, concluſ. 86. num.83. vbi exemplificatur id è conuerſo quoq; procedere.
Illegitimi filij ille præſumitur, qui probatur habuiſſe conuerſationem cum muliere, vel illā in domo affectione maritali retinuiſſe, & filium natum, ex ea vti proprium educaſſe, cōcluſ 89.num.43.
Secus ſi mulier tempore conceptionis plures viros ad ſe ire permitteret, ibi n.44.
In quibus caſibus poſſit ſine Decreto Iudicis bona filij alienare, vide concl. 86. nu.90. remiſſiue.
Negans alimenta filio anathema eſt, & patriā poteſtatem perdit, concl.89 n 6.
Sed quomodo id procedat, vide ibi n.7. cum ſeqq.& vide in Verbo Alimenta.
Nominando aliquem in filium, quando filiationem

tionem

tionem probet, & filium in quaſi poſſeſſione filiationis conſtituat, vide concl. 78. nu. 61. cum ſeqq. & in Verbo Filiatio.

Non dicitur legitimus adminiſtrator filij, quãdo in bonis illius non habet vſumfructum, ſed tunc loco extranei habetur, concl. 86. nu. 82. & 112.

Non dicitur legitimus adminiſtrator filij, nec in eius bonis habet vſumfructum, quando eſſet à lege, vel teſtatore prohibitus, concluſ. 86. num. 86.

Non tenetur reddere rationem, nec conficere inuentarium de rebus filij, ibi n. 84.

Fallit in his, in quibus Pater vſumfructum non habet, ibi n. 85.

Non tenetur in pluſquàm facere poſſit, concl. 91. num 20

Paternum effectum nullus alius amor vincit, concl. 105. ſub n. 14.

Poteſt per tranſitum ad ſecunda vota à tutela filij remoueri, ibidem.

Poteſt inuito filio, & filius inuito Patre Monaſterium ingredi, & Religionem profiteri, concl. 89. n. 301.

Præſumitur magis amare Patriam, quàm filios ipſos, ibi ſub nu. 19.

Quomodo dignoſcatur, an ſit adminiſtrator filij, vide concl. 86. n. 83.

Et quando eſt talis poteſt reportare ceſſionem contra filium, quod [illegible] poteſt [illegible] ere alter extraneus contra [illegible] n. 78

Quando iniuriam h[illegible] poſſit, cum ac alijs fratribus inui[illegible]s, vide concl. 40. [illegible] n. 17. & ſeqq.

Quando malè officium geſſit pro filio, ſi poſtea in neceſſitate conſtituatur, non tenetur filius pro eo ſe obligare, ibi n. 144.

Per appellationem non tollitur , licèt per eam iudicatum extinguatur, concl.129.n.14.
Per conſtitutum non ſufficit, vbi illa actualis eſt neceſſaria , concluſ.48.num.76.& concluſ.84. num. 25.
Et per quos actus inducatur , vide concl. 48. num.56.
Item quæ ſint vera ſigna poſſeſſionis,vide in concl.103.n.36. cum ſeqq.
Quando per locationes probetur, vide concl. 78. ſub num.4.
Quando perdatur per inundationem,vide cōcluſ 94.ſub nu.8.
Quando præſumatur prius capta, quàm fuerit emanata inhibitio , vide concluſ.47. num.14 & ſeq.
Quomodo,& inter quos probetur,ex ſolutione affictuum , vide concl.75.nu.5. cum pluribus ſeqq.& in Verbo Affictus.
Illa, ſiue Dominium,quādo,& quomodo probetur, ex Libro æſtimi , vide concl.71. nu.1. cum ſeqq.
Titulata vti magis iuſtificata poſſeſſioni nudæ præfertur, concl.148.n.53.
Tranſlata cenſetur per lapſum quadraginta annorum, etiam ex contractu nullo, quando tamen nullitas,ex defectu conſenſus non proueniret, concl.83.n.311.
Triennalis ad excludendum Sequeſtrum qualis eſſe debeat, vide concl 128.n.418.
Vnius actus extenditur ad alios , qui ſint eiuſdem ſpeciei;concl 103. n.22.cum ſeqq.
Extende, vt ibidem .
Fallit quando vnus reperiretur in poſſeſſione particulari certi actus, vel rei, vel

quando

quando reſiſtentiæ Iuris concurrerent, ibi nu.29. & 30.
POSSESSOR antiquior tamquàm meliori iure ſuffultus eſt reſtituibilis adeò, vt ſpolium ſecundum commiſſum veniat purgandum, concl.120.nu 130.
Extende vt ibi nu. 131.& 132.
Bonæ fidei ad quos fructus teneatur, vide concluſ.160. nu.274.
Talem ſe eſſe negans, ſi poſtea conuincatur de mendacio, ipſam poſſeſsionē perdit, concl. 154.nu.101.
Poſſeſſor, & præſertim cum titulo, ſine cauſæ cognitione poſſeſsionem dimittere non tenetur, concl.128.nu.340.
Triennalis à ſequeſtro appellans. quādo cauſam exprimere debeat, vide ibi nu. 414.
Poſſeſſoria iudicia requirunt leuiores probationes, quàm petitoria, concl 78.ſub nu.65. & 83.
Poſſeſsorij exitus declarat, quis actor, qui reus in petitorio eſſe debeat, concluſ. 135. num. 123.
Illud ante petitorium eſt terminandum, etiā ſi Iudex arbitrium habeat, cum illud ſit regulandum, prout de Iure, concl.135.nu 15. 49. & 122. & nu.123. pulchra ratio aſsignatur, & concl.165. ſub nu.62. cum ſeqq.
Extende etiam ſi cauſa fuiſſet commiſſa cum clauſula, quòd ſimul, & ſemel in poſſeſſorio, ac petitorio, procederetur, ibi nu. 184.
Cum petitorio cumulari poteſt, quando illud eſt turbidum, & hincindè difficultates adeſſent, concl.135.num. 16. & 17. Sed vide n.47. cum ſeqq.& num.122. cum ſeqq. vbi dantur ſalleutiæ.
Et de turbiditate, quando appare dicatur, Vide in Verbo Turbiditas, & concluſ. 135. nu.52.
Eſt magis priuilegiatum, quàm petitorium, concl.135 n.126.
Et illud poteſt intentari in qualibet parte Iudicij, ſuſpenſo petitorio, concl.135. n.17.
Illud etiam in Spiritualibus eſt temporale, & non Spirituale, concl.133. ſub nu 149.
POSSIDENDI animum, & voluntatem, ſi quis habuerit, vti hæres, an poſsit poſtea mutare titulum, & incipere poſsidere vti creditor. Vide concl.128. num.26. cum ſeqq. & prius concl.109. nu 26. cum ſeqq.
Poſsidens ex primo decreto in actione perſonali, non facit fructus ſuos, ſed illos in ſortem excomputare tenetur, concluſ. 52. nu 36.
Immobilia, vel annuos redditus à ſatiſdatione releuatur, concl.113.n. 18.
Illi clàm, ſiuè precario poſsidenti nunquàm vllum ius incorporale acquiritur, concl. 166. ſub nu 20.
Poſsidere in dubio, quis potius cenſetur iure proprio, quàm iure familiaritatis, concluſ. 152. ſub nu.43.
Iure familiaritatis quis cenſetur, quando bona ad alium iure dominij ſpectare poſſunt, concl.152.ſub nu.46.
Poſſidere quando plures prætendunt, ille eſt præferendus, qui validiorem titulum habet, concl.148.ſub nu.252.
Poſſidere valens diuerſis titulis declarare tenetur, quo iure poſſidere intendat, con.l 52. nu. 42.
POSTERIORA ſemper ſolent derogare prioribus, concl.65.n.25.
Poſterior creditor anteriori ſoluens, quando in eius locum ſubintret. Vide concl. 119. nu. 51. cum ſeqq.
Et in quibus caſibus anteriori præferatur. Vide ibi nu.25. cum ſeqq.
Plura, vide in Verbo Anterior, & in Verbo Creditor.
POSTERORVM appellatione, quando tàm maſculi, quàm fœminę compræhendantur, vide concl. 81.num. 5.& concl. 149. nu.14.
POTESTAS ordinaria in propria Diœceſi eſt tota penes Epiſcopum, concl. 1. num. 114.
PRAGMATICA Regni Neapolis incipiens, Aſſiſtentiam, & apprecium, quando, & in quibus locum habeat. Vide concl. 157. n.8. cum ſeqq.
PRÆBENDÆ collatio, quando ſpectet ad Papam, & quando ad Epiſcopum, & Capitulum, vigore alternatiuæ. Vide concl. 97. nu.28.
Præbenda vnde dignoſcatur, quando ſit Archipręsbyteralis, vel Canonicalis, vide concl. 140.nu .9.
PRECARIVM regulatur ſecundum naturam contractus, in quo apponitur; vndè reſoluto contractu, reſoluitur precarium, concl. 19.nu 11.
PRÆCEDENTIÆ cauſa eſt inappellabilis, nec in ea datur reclamatio, aut aliud ſubterſugium, concl. 128. nu 808.
Circa Pręcedentias conſuetudo iuri communi præualet, concl.137 ſub nu. 9. & 10. & concl. 148.nu.352.cum ſeqq.
Fallit, quando ipſa conſuetudo adeò iuri communi repugnaret, vt in meram corruptelam ſonaret, dicta concl.137.ſub n. 10.
Circa illas libro Pontificali, ſeu Ceremoniali ſtandum eſt, concl. 137. ſub n,27.
PRÆCEPTORIÆ, quę dantur Equitibus Hieroſolymitanis, non habent beneficia perpetua, ſed mutabilia, à quibus illi ad nutum Magni Magiſtri amoueri poſſunt, concl. 66. nu.24.& 37.
Fallit quando illa beneficia Regularia eſſent Curata, ibi nu.24.
PRÆCEPTA, quæ à Iudicibus, ſine cauſæ cognitione fiunt vim Sententiæ non habent, & ab eis, quandocumq; appellare licet, concl. 128.ſub nu.391.& concl.129.n.143.
Præceptum ad impoſsibile nō extenditur, concluſ.135 ſub n.99.
Illud de danda fideiuſſione, ſub certa pœna pecu-

pecuniaria , cum cominatione ,& pronunciatione ,quòd interim prodata, & adimpleta habeatur, idem operatur, ac ſi cautio præſtita fuiſſet,concl.139.num.5.& ibi ratio aſſignatur.
De enacuando domum dicitur executiuum, adeò , vt per illud dicatur intentatum iudicium poſſeſſorium ,quod eſt ſimile interdicto. (Ne vias fiat ei &c.) concl. 128.num. 322.
Per comparitionem in vim ſimplicis citationis reſoluitur, concl. 128. nu 326.
Illud perſonam reſpiciens,de vna perſona ad aliam non migrat,concl 111.ſub nu. 14.
PRÆDICARE non poteſt Epiſcopus in locis exemptis, ſine licentia Abbatis , concluſ. 1. nu.59.
Prædicator eſt alendus ab incolis illius loci, vbi prædicat,concl.89.nu. 531.
Prædicatores, quando poſſint celebrare cum Altari viatico , etiam ſine licentia Epiſcopi . vide concl. 95. nu.8 cum ſeqq.
PRÆDIVM venditum cum pacto redimendi ſi augeatur per alluuionem an augumentum ſpectet ad emptorem,vel ad venditorem. vide concl.94 nu.9.cum ſeqq.
Vrbanum dignoſcitur à Ruſtico à qualitate prædij, non autem à loco , licèt Vrbanum poſſit fieri ruſticum, & è contra,ſola Patrisfamilias deſtinatione, concluſ. 62. num. 89. & 98.
Plura , vide in Verbo Fundus.
Prædoni non eſt denegāda manutentio. concl. 160.nu.144.
Fallit tamen,vt ibidem.
PRÆEMINENTIA cuilibet competit in eius officio,licèt extra illud cæteris poſtponeretur, concl 137.ſub nu.7.
Dignitatum,an competat Arahidiacono,Præpoſito, vel Archipresbytero,ſtandum eſt cōſuetudini magis, quàm iuri communi,niſi tamen adeò illi repugnaret, vt in meram corruptelam ſonaret, concl.137.ſub num.9. & 10.
In dignitatibus, ex quibus ſignis dignoſcatur, & ad id,quando leniores probationes ſufficiant,vel vrgentiores requirantur,vide concluſ.137 nu.13.& 14.
Nunquam ea dari ſolet,ſine modica coerctione,concl.137.ſub nu.37.
In hac materia aſſertio Ordinarij multum probat,concl.155.nu.44.
PRÆFECTI Prætorij Sententia non eſt appellabilis,concl.128.nu.183.
Declara tamen,quòd ex ſpeciali iure ad illum ſupplicatur,concl.128.nu 193.
Præfectus Annonæ. Vide Annonæ præfectus.
PRÆIVDICIALIA, vt approbentur requiritur ſcientia explicita,& indiuidua omnium qualitatum, & circumſtantiarum , concl. 17. ſub num.55.concl,131.nu.55.& 60.& concl. 139.nu.30.
Præiudicium , vt inferatur tertio , quoad effectum appellandi requiritur,vt ille omnes effectus Sententiæ, & cauſę principalis ſciuerit, aliàs ſecus,concl. 128.num.614.& concl. 129.nu.182.
PRÆLATIONEM prætendens ex apocha, quid probare teneatur . vide concl.123.nu. 85.cum ſeqq.
Illius priuilegium in Emphyteuſi, vel Inueſtitura de nouo obtenta rei feudalis , quando competat agnatis finita generatione. vide concl.81.nu.88.cum ſeqq.
Et quando competat agnatis in locatione ad modicum tempus.vide ibid.d.num.88. & in Verbo Agnatio.
Ea, quæ mulieri competit pro dote,eidem tamen non competit pro antefato, concl.118. num.29.& 34.& concl.170.nu.27.
Contrarium tamen in dicta concl.118. nu.30. & vide in Verbo Anteſatum.
Creditoribus , quando detur prælatio, & nō vēditori in re propria.vide cōcl.119.ſub n.8.
PRÆLATVS dicitur Abbas , ſi Abbatia Regularis ſit Clerico ſeculari commendata, concl.1.ſub nu.14.
Contrarium , quando eſſemus in materia odioſa, ibidem
Illius aſſertio , non eſt ſufficiens ad probandā vtilitatem Eccleſiæ,vel tractatum in alienatione interueniſſe,concl.85.nu.327.& concl. 87.nu.122.
Confeſſio, ſine adminiculis verſionem in vtilitatem Eccleſiæ non probat,concl.85.num. 241.
Illi inferiores exempti,quæ priuilegia habeāt, vide concl.1. per tot.
Inferiores,& Abbates in Synodo Prouinciali habent votum deciſiuum , illorum verò procuratores conſultiuum tantum, ibi num. 105.
Iuramentum ad grauamen Eccleſiæ extendi non debet,concl.85.nu.297.
Nationales, ſeu Prouinciales non coguntur reſidere in aliquo parliculari loco ſuarum Nationum , & Prouinciarum,licèt in omnibus ferè Religionibus locum eorum reſidentiæ habere ſoleant, concl..1.n 121.
Qui, & quando teneantur ire ad Synodum,& illi parere,vide d. concl.1.n.103. & ſeq.
Vt ſciant , quando Concilijs interuenire debeant,ſunt citandi,ibi n.106.
Et citatio qualis eſſe debeat.vide ibidem .
Prælato quare annulus detur. vide concl. 115. ſub nu. 16.
Prælatus agere non poteſt pro Eccleſia , niſi prius ſe talem eſſe probauerit, concl.78. nu. 78.
Agnoſcere poteſt bonam fidem Emptoris, & à contractu recedere, quando alienatio rei Eccleſiæ eſſet facta pro minori pretio,quàm res valeat.concl 85.nu. 8.
Alienare poteſt,etiam contra proprium iuramētum,ſi alienatio ſit vtilis Eccleſię, concl. 85. nu.180.& 296 cum ſeq.

Alie-

Alienare poteſt feudum Eccleſiæ, ſine ſolemnitatibus alienari ſolitum; dummodo vnum inueſtiat, qui Eccleſiæ tempore neceſſitatis inſeruire poſſit, concl 85.nu.285.

Alienans contra formam Paulinę, beneficio priuatur, concl.87.nu.114.

Alienata recuperare poteſt, etiam ſi in alienatione Iuramentum interuenerit, concluſ.85. nu.181.

Cogi non poteſt ad contrahendum, etiam ſi cũ Iuramento contrahere promiſerit, ibi num. 182.

Ille, & quilibet alius plus ſalutem eternam amare debet, quàm terrenam ſubſtantiam, & temporale commodum quærere, concl.1. nu.158.

Modernus agere poteſt contra hæredes prędeceſſoris, pro pretio rei Eccleſiæ alienatæ, ibi nu.9.

Nulliter contrahens. & actum damnoſum Eccleſiæ faciens poteſt illius nomine actui cõtrauenire, cum ipſe vices duarum perſonarũ gerat, ibi nu.5.

Præiudicare poteſt ſuæ Eccleſię in acquirendis; at ſecus in iam acquiſitis, concl.29.nu.22. & ibi ratio aſſignatur, & concl.84.nu.103.

Item præiudicare poteſt ſuæ Eccleſiæ in acquiſitis ante acceptationem, ſecus autem poſtea, ſiue loquamur in acquiſitis tacitè, ſiue expreſsè, concl 85.nu.27.

Quando alienare poſſit rem Eccleſiæ, ſine conſenſu Capituli, vide concl.85.nu.68.cum ſeqq.

Quando alienare poſſit res, vel fructus Eccleſiæ in conſanguineos, vidè latè in concl. 85. nu.167.& 177. cum pluribus ſeqq.& nu.194. & in Verbo Alienatio.

Regularis, quando ſibi, aut ſuę Eccleſie acquirere dicatur, vide concl.28. nu.12.

Repudiare non poteſt legatum Eccleſiæ delatum, concl.84. nu.103.

Scientiam ſaltem competentem habere debet, ſi non poteſt habere ingentem, concl.1. nu.118.

Ille, ſiue Epiſcopus habens adminiſtrationem vnius Eccleſiæ æquiparatur vſufructuario, & poteſt de fructibus beneficij inter viuos diſponere, immò tenetur cum illis ſuas conſanguineas pauperes dotare, concl.56.n.145.

Plura vide in Verbo Epiſcopus, & in Verbo Abbas.

PRÆOCCVPATIO non cadit in diuerſis, concl.139. ſub nu.9.

PRÆPARATORIVM, quando inferatur ad ſuum principale, vide concl.59.nu.13.

PRÆPOSITVRA requirit ætatem annorum vigintiquatuor completorum, concl. 72. nu. 74.

Præpoſitus alicui negotiationi, vide in Verbo Inſtitor.

Præpoſitus, & Prior, quę gerere poſſint in Canonicos, & Monachos, ſibi ſubditos, vide concl.1. nu.100.

Præpoſitus, & Prior dicuntur dignitates de per ſe, ibidem.

Præpoſitus pręficitur alijs Canonicis, & Conuentui, ibidem.

Præpoſitus quando loco Abbatis ſuccedat, & ea gerere poſſit, quæ poteſt Abbas, vide ibidem.

PRÆPOSTERATIO vitiat actum in his, quæ ordinem Iuris requirunt, concl. 52.nu. 35.

PRÆSCRIPTIO aduerſus aditionem hæreditatis, ex quanto tempore inducatur, vide concl.51.nu.36 cum ſeqq.

Contra Eccleſiam currit intra tempus quadraginta annorum, concl.33.nu.14.

Sed contra Eccleſiam Romanam non datur, concl.85.nu. 172.

Contra pupillum non currit, dum illa ætas durat, concl.42. nu.14.

Fallit tamen in minore, contra quem ea currit, licèt illi poſtea beneficio reſtitutionis in integrum ſubueniatur, ibidem.

Currit contra hæreditatem iacentem, concl. 129.nu.286.

Præſcriptio debitori non prodeſt, quando ille in mala fide impeditiua fuit conſtitutus per creditoris interpellationem, at ſecus ſi illa interpellatio non fieret, concl.42.n.27.

Talis dicitur, & non conſuetudo, quando quis agit de acquirendo ius alteri competens, concl.148.nu.377.

Extende idem procedere, ſi quis ageret de acquirendo vnum ius non vni certę perſonę, ſed vni certo generi perſonarum, ibi nu.378 & nu.379.exemplificatur.

Ea, & vſucapio ſub appellatione alienationis compræhenduntur, concl.84.nu.110.

Fallit in caſu priuilegiato, veluti dotis, & alimentorum, ibi, nu.111.

Incæpta ſuper aliquo fundo interrumpitur ſi ille fundus ob inundationem conuertatur in Stagnum, concl.98.nu 3.

Inducitur ad fauorem alimentorum, ex ſpatio trium annorum, etiam ſi legatum, & teſtamẽtum ſit nullum, concl.89.nu.549.

Inſaculatiuis non cadit, concl.103.nu.5.

In materia legitimæ, vel illius ſupplementi, an & quando debeat eſſe triginta annorum, vel ſolum ſexdecim, vide concl.42. num.9. cum ſeqq.

In materia finium regundorum, familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo, quando detur, vide concl.38.nu.30.cum ſeqq.

Ea iuris de præterito, quãdo non noceat in futurum, vide concl.113. nu.36.

Per illam ius priuato acquiritur, ſiue illud trahatur ex publico, ſiue ex priuato, per conſuetudinem verò publico acquiritur, & non priuato, vndècunque ius trahatur, concluſ. 148.nu.376.

Ad eam probandam ſufficit, ſi in articulis lõga poſſeſſio, & fructuum perceptio deducatur, licèt illi nullum verbum de pręſcriptione faciant, ibi.nu.180.& ibi ratio aſſignatur.

Eius

Eius interruptio contra vnum ex correis intrat contra omnes, concl.42.ſub nu.26.verſ. animaduertendo.
Non currit ſine ſcientia illius, de cuius intereſſe agitur. Conſuetudo autem ſcientiam alicuius non requirit, concl.148.n.380.
In quibus delictis currat, & in quibus non, vide concl. 59.nu.76. & ſeqq. & concl. 124. nu.38.
Item quando non currat contra abſentem, vide concl.131. nu.13.
Non inducitur ex actibus turbidis, & vario modo ſeruatis, concl.1.nu.159.
Declara vt nu.148. & nu.340.cum ſeqq.
Non inducitur contra impeditum, concl. 42. nu.14. & concl.129.nu.271.
Non valet, vt ad Papam appellare non liceat, concl.128.nu.227.
Requirit ſcientiam, & patientiam eius contra quem præſcribitur, concl.1.nu.158.
Sæpè requirit titulum, conſuetudo autem nũquàm, concl.148.nu.380.
Illa Statuti Vrbis lib. 1. cap. 158. non habet locum in legitima, ſed in cauſa mutui, depoſiti, aut alterius contractus cuiuſcunque generis, concl.42.nu.18.
Statutaria, quando intret ad f[illegible] m exiſtentis in mala fide, & id quo[illegible] do [illegible] etur, vide concl.42.n.27.& ſeq.
Et quando ea ſuccedat in locum præſcriptionis iuris communis, vide ibi n.24.
Et quibus modis inducatur, & quibus non, vide ibi n.26.cum ſeqq.
Statutaria, quando ſemel eſt per litis conteſtationem interrupta, tunc ea interruptio actionem perpetuat, adeò, vt ſit neceſſaria noua præſcriptio à die interruptionis, licèt non ſtatutaria, vt prima, ſed noua Secundum ius commune, quæ erit annorum triginta, ibi n.25.
Fallit, ſi ea præſcriptio eſſet interrupta per ſimplicem citationem, abſq; litis conteſtatione, ibi nu.26.vbi ratio aſſignatur.
Et quando non intret, vbi iuramentum adeſt, vide in Verbo Iuramentum.
Plura vide in materia præſcriptionis in concl. 148. num.331. cum pluribus ſeqq. & vide in Verbo Conſuetudo.
Immemorabilis, vide Immemorabilis.
Non interrumpitur, quando actor ſuccubuit, concl.42.n.25.
PRÆSENS, & tacens, quando conſentire, & quando diſſentire videatur, vide concluſ. 129.n.185. cum ſeqq. & in Verbo Tacens.
Talis non dicitur, qui non eſt in loco, vbi petitur, concl.8.n.47.
Quando fertur Sententia, an debeat amplius certificari, vt illi tempus ad appellãdum currat. vide concl.129.n.184.cum ſeqq.
PRÆSENTANDI quaſi poſſeſſio tranſit in donatarium, & iurium ceſſionarium, concl. 167. ſub num.55.
Præſentandus ad beneficium, quando debeat eſſe Sacerdos actu, & quando ſufficiat, ſi ſit talis in potentia, vide concluſ. 16. num.52. cum ſeqq.& concl.42.n.110.
PRÆSENTARE per obitum, & reſignationi acconſentire æquiparantur, concl. 135. ſub num.165.& 183.
Declara tamen, vt ibi n.169.
Præſentatio ad beneficium requirit præſentiam corporalem, ideò abſens præſentari non poteſt concl.1.n.152.
Fallit tamen, vt in concl.9.n.18.& ſeqq.
Ab vno nomine patroni, intra quod tempus debeat docere de mandato, vide ibi ſub num 18.
Præſentatio facta ab vno ex Patronis conſeruat etiam Iuſpatronatus alterius Cõpatroni, concl.48.ſub nu.59.
Et intra quod tempus ſit facienda, & quid requiratur in procuratore ad præſentandum, vide concl.9.nu.16.cum ſeqq.
Præſentatio ſpontanea ſatis indicia delinquentis mitigat, ſicut è contra contumacia eum valde de crimine inculpat. concluſ. 150.ſub nu.42.
PRÆSENTIA alicuius, non ad alium finem requiritur, quàm vt de illius cõſenſu conſtet, concl.131 nu.13.
Sed non ſemper præſentia conſenſum inducit, vt ibidem.
Illa Iudicis, vide Iudicis præſentia.
Præſentia Patris, vide Patris præſentia.
Ea ſiue abſentia, quando eſt fundamentum alicuius, tunc ab eam allegante venit probanda, concl.8.n.46.& ſeq. ſed fallit vt ibi.
Illa procuratoris in actibus Iudicialibus, quãdo, & quomodo probetur, vide in concl.129. ſub nu.184.
PRÆSIDI credendum eſt, ſi afferat ſe delegaſſe cauſas meri, & mixti Imperij, ex aliqua iuſta cauſa, concl.155.n.78.& n.79. ratio aſſignatur.
PRÆSTATIONES, quæ fiunt per ſubditos Principi præſumuntur meticuloſè, vel ex Vrbanitate factæ, & nunquàm ex eis ius Domino acquiritur, concl.56.n.1.& 4. & vide in Verbo Angaria.
Præſtationes annuæ, vide Annua præſtatio.
PRÆSVMPTIO affinitatis, ex quibus actibus oriatur, & quid operetur, vide concl.56 nu. 16.cum ſeqq. & in Verbo Affinitas.
PRÆSVMPTIO boni iuris qualis requiratur, & quomodo ſit probanda, & ex quibus inducatur, ad effectum conſequendi alimenta, & ſumptus litis, vide concl.90.n.1.cum ſeqq.
Boni iuris inducitur, ſi quis habeat ſententiam pro ſe, licèt poſtea fuerit ab ea appellatum, concl.90 nu.8.
Et illa iuris nõ eliditur, ex ſentẽtia reuocatoria primæ, ſi tamen illa prima fuerit indè per tertiam confirmata, concl.90.n.9.
Ex antiquitate reſultans facilè per contradictionem elidi poteſt, concl.134.n.4.
Illa fraudis, quando ceſſat ſolemnitates in con-

contractibus non ſunt neceſſarię, concl.86.n.129.

Iuris,& de Iure eſt illa,quæ difficulter ſolet recipere probationem in contrarium;ſecus autem, ſi præſumptio eſſet iuris tantum, concl.62.n.120.& concl.120.n.57.

Ea legis cedit veritati,concl.70.n.11.

Illa, quòd Pater ſemper cenſeatur capere bonum conſilium pro Filio,ceſſat, vbi Statutum de Patre non confidit, concl. 86. num.132.& 134.

Item ceſſat,quando Filius contrahit fauore alterius,quàm Patris ibidem.

Item ceſſat, quando Statutum requirit ſolemnitates,ad euitandas fraudes,ibidem.

Pręſumptiones debent eſſe vrgentes, vt Sentētia iniuſta acceptata pręſumatur, concl. 17.n.29.

Illæ, & adminicula, quando poſſint ſimul cumulari ad faciendam probationem perfectā, vide concl.55. per totam.

Præſumptionibus,& coniecturis Iudex fidem adhibere poteſt,concl.134 n.11.

Pręſumptio poſſeſſionis, vide poſſeſſionis pręſumptio.

Præſumptio Tituli, vide Titulus.

PRÆTEXTVS vtilitatis non ſufficit ad validitatem contractus minoris, ſed vtilitas debet eſſe euidens,concl.85. n.206.

PRÆTORIANÆ conuentiones illę dicuntur, quæ Iudicis pręcepto concipiuntur, & in illis ſemper eſt locus purgationi moræ; licèt ſecus in merè conuentionalibus, concl.50 n.6.

PRÆVARICATOR Regulę dicitur, qui Regulā pręedicat, ſed eam non obſeruat, Itē ille, qui videtur Religioſus in habitu, intrinſecus autem eſt Lupus rapax; Item qui ſubditis falſas pœnas imponit, concl. 1. n.116.

PRÆVENISSE quis dicatur, quando duo Iudices eadē die in cauſa procedere incipiunt, vide concl.139.n.8.& 9.

Pręuentio,an inducatur per ſolam citationem verbalem,vel domi factam, vide concl.26.n.46.& concl.139 n.7.

Fraudulenta, & à reo affectata, & procurata nihil operatur, ſed tunc proceſſus Secundi Iudicis parte opponente valet, ibi n.11

De Pręuentione, quando non conſtat ſuper proceſſu in cauſa, tunc in dubio (ſi tamen ſimus ſub eodem Principe) declarandum eſt cauſam ad illum ſpectare, per quem magis iuſtitię locus apparere videtur,vel qui magis dignus ſit;concl.139.n.10.

Illa ſuffragatur ſolum, quoad cauſam ſpecialem in citatione pręueniente expreſſam, non autem, quoad diuerſa, concl. 139. ſub nu.9.

PRESBYTERI nomē eſt ęquiuocū,& verificari poteſt,tàm in Pręsbytero,quam in ſimplicī Clerico; Propriè tamen loquendo ad Sacerdotes refertur, maximè ſi Latino ſermone proferatur,concl.65.nu.21.

PRETIA annonarum, & aliarum rerum comeſtibilium,ex loco fori publici ſunt ſumenda, vt ſciatur verus earum valor, concl. 69.num.82.

Domorum,& ſimilium rerum tempore variari ſolent, vel in melius, vel in deterius, ibi n.39. & 55.

Ea, & affictus rerum, nedum tempore, ſed etiam loco variari ſolent,concl.75.n.4.

Pretij modicitas, quando arguat contractum eſſe vſurarium, vide concl.94.ſub n.15.

Illud acceptum pro opere, in quo aliqua induſtria, periculum, aut labor verſatur, licitè retineri poteſt, licèt opus illud ſit malum, concl.159.n 5.& ibi ratio aſſignatur.

Et certum illud dicitur, quod eſt collatum in arbitrium boni viri, concl.133.154

Et quando poſſit conferri in arbitrium vnius ex contrahentibus, vide concl.161.n.75.

Cuiuſcunq; rei, ex illius conditione, & qualitate minuitur, vel augetur, concl.68.n.54.

Diminutum cauſa belli non eſt iuſtum, vti tēporale, & quod ſperatur eſſe ceſſaturum,cōcluſ.85.n.219.

In dubio præſumitur iuſtum, & rei æquiualere, & qui contrarium dicit, id probare tenetur, concl.68.n 52.

Inſolitum, ac penuria inſolita non attenditur in æſtimatione quanti plurimi, concl.70.n.2.

Iuſtum in adiudicatione, & deliberatione pignorum, ex longo tēpore interueniſſe pręſumitur, concl.52.n.45.

Et Iuſtum rei ſubhaſtatæ dicitur illa æſtimatio, quæ ab æſtimatoribus fuit facta, concluſ.69.num.43.

Tale non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione venit conſtituendum ibid. & nu.85.

Et, vt dicatur iuſtum, quæ ſint attendenda, vide concl.148 n 302. cum pluribus ſeqq.

Quando ſit reſtituendum ei, qui rem alienam ſcienter emit, vide concl.88 n.14. cum ſeqq.

Rei Eccleſiæ alienatæ,quando,& à quibus repetere poſſit emptor, re euicta, vide concl.85.n.6 7.& 8.& in Verbo Emptor.

Et quando doceri debeat,illud fuiſſe verſum in eius vtilitatem, vel id præſumatur,vide ibi num.119 cum ſeqq.

Rei feudalis creditoribus non conſignatur, niſi illi aſſenſum Regium habeant, concluſ.154.nu.46.

Fallit,vt ibi ibi n.48.

Rei litigioſę alienatæ non lucratur venditor, qñ res reuocatur ab emptore,qui vitium rei ſciuit,ſed illud fiſco applicatur, cōcl.87.n.86.

Rei venditę, ſi emptor ſoluat bona fide creditoribus primò venientibus,liberatur,licèt alij anteriores adſint, concl.88.n.18.cum ſeqq.

Plura, vide in Verbo Valor.

PRIMA tonſura ſufficit ad obtinenda beneficia curata,& ſimilia, concl.72.n.69.

PRIMI ius eſt potentius iure ſecundi, concl.60. n.114.

PRIMIPILVS quis dicatur,& quale ſit illius officium,vide concl.51.n 73.
PRIMOGENITVRA à Principe conceſſa cum ampliſſima facultate diſponendi de omnibus ſuis bonis, non per hoc cenſetur ſublata legitima filijs, niſi id expreſsè dicatur,concl. 42. n.505.
Primogeniture conſtitui ſolent pro cõſeruanda agnatione,vel illius aggregatione,tàm in bonis Paternis,quàm etiam in Maternis, concl. 81.n 77.
PRIMORDIVM veritatis exiſtens in contractu à quauis pœna falſitatis excuſat, concl 45. n.23.
PRIMVS acquirens, quis dicatur in Emphyteuſi,& quando poſſit præiudicare filijs in ea, vide concl.28.n.16,cum ſeqq.
PRINCEPS aliquid diſponens, quando iuſta cauſa,vel ob petentis importunitatem motus præſumatur.vide concl.165 n.14.
An remittere poſſit conditionem deferendi nomen,& arma teſtatoris, vide concl. 144 n.23. cum ſeqq.
Auocare poteſt ad ſe cauſas viduarum,pupillorum,& aliarum perſonarum miſerabilium, concl.16,.n.58.
Extende,& declara,vt d.n.58.cũ ſeqq.& concl. 172.per tot.
Cancellare, & abolere ſolet proceſſus ex pluribus cauſis,maximè ob natalia ſui filij,& præſertim primogeniti,aut ob rem ab eo proſperè geſtam, vt ſi victoriam contra hoſtes reportaſſet, concl.6 n.1.
Et quid talis cancellatio operetur,vide in Verbo abolitio,& d.concl.6.
Cogere poteſt partes ad compromittẽdum, vt inter eas lites dirimantur,concl.165.n.51.
Denegare non poteſt Vaſallo licentiam alienãdi feudum, dummodo acquirens eſſet habilis, & non inimicus Regis,aliàs ei iniuriam inferre dicitur,concl.154.n 104.
Contrarium habetur,ibi n.105.
Derogare poteſt priuilegijs per ſeipſum,vel per legem communem conceſſis ; licèt id, quod ſemel conceſſit, ſine magna cauſa in dubium reuocare non debeat, concl. 165. num. 60. & 61.
Dicitur ſolutus legibus, licèt ſecundum eas viuere profiteatur,concl.89.n.118 concl.97. n. 23.concl.154.n.111 & concl.165.ſub n 50.
Dilationem concedere poteſt debitoribus ad ſoluenda ſua debita,ibi n.68.
Ex ſolo contractu Dominium,abſque traditione transfert,ibi n.21.
Gratiam facere non poteſt de delicto, niſi concordata parte,concl.12 n.33.& concl.165.n. 2.cum ſeqq.
Fallit in Principibus Beſignani,ibidem.
Gratiam concedere poteſt delinquenti alium delinquentem capienti,ibi n 102.
Indulgentias.& impunitates ſocijs criminum concedere poteſt, vt delicta in lucem prodeant,ibi n.101.
Mandare poteſt bãnitos à quocunque impunè, & abſque peccato occidi poſſe, concl. 165.n. 101.
Mandare poteſt,vt ſuper petitorio,& poſſeſſorio ſimul,& ſemel procedatur,& ſententietur, ibi n.52.
Declara,& extende,vt ibidem,& n.53 & 54.
Non poteſt iure ordinario, & ſuæ priuatæ vtilitatis ius alterius lædere, ſed benè,ob cauſam ius publicum reſpicientem ſic,concl 165. ſub nu.11.
Non poteſt ſine peccato rem alicuius auferre, & aliàs faciendo Deum vltorem habet,concl. 165.n.17.
Non præſumitur priuilegium in alterius præiudicium, & iniuriam concedere, niſi adſit clauſula ſpecialis derogatoria,ibi n 24.
Extende,& declara,vt n.25.cum ſeqq.
Nunquàm attentat, ſed inimò potius prouidẽdo y tiam litigioſi tollit,concl.160 n.134.
Declara,& extende,vt n 135.cum ſeqq.
Nunquàm tantum dat, quantum ſibi reſeruat, concl.97.num.18.& concl.128. ſub num.218.
Per conceſſionẽ omnimodæ iuriſdictionis nunquam conceſſiſſe videtur ea,quæ non niſi de plenitudine poteſtatis, vel cum magna difficultate concedi ſolet, concl.167.n.53.& nu. 54.ratio aſſignatur.
Pro bono publico conſanguineos, & affines delinquentium in eorum bonis punire poteſt, concl 165.nu.11.& ibi ratio aſſignatur.
Pro conſeruatione Annonæ tenetur facere edicta ne frumenta, cæteræquè fruges ſub grauiſſimis pœnis extrahantur, concluſ.111 n.4.
Quando aliquid ex certa ſcientia facere dicatur, vide concl 165.n.96.& 97.
Quando cenſeatur in gratijs velle præiudicare tertio,vide concl.16 n.3.
Quando excedit officium ſuum, tunc vti perſona priuata procedere dicitur, & ei non eſt obtemperandum, concl. 165. num, 108.
Quando in aliquibus cauſis ſe intromiſit, tunc Iudex inferior amplius in illis ſe ingerere nõ poteſt,concl.128 n.232.
Fallit, vt ibi num. 233. & 234. & vide in Verbo Iudex
Quando Iure Ordinario,& quando plenitudine poteſtatis vti velle præſumatur,vide concl.165 n.14. cum ſeqq.
Quando præiudicare poſſit legitimę, gratia conſtituendæ primogeniturę, vide concl. 42. n.673
Quando pro bono publico aliquem re ſua priuare poſſit.vide concl.165 n.9.cum ſeqq.
Reſcribendo impedire non poteſt executionẽ ſententiæ ſupremi Magiſtratus, vel rei iudicatę,concl.165.n.70.& nu.71.ratio aſſignatur.
Intellige tamen.vt d. n.71. cum ſeqq.& nu. 93. cum ſeqq.
Reuocare cenſetur priuilegium alicui conceſſum, quando contra illud ex certa ſcientia iudicat,concl.103.n.13.

Secundum conſcientiã iudicare poteſt, concl. 165.n.50.
Si aliquem occidi mandet, id fieri poteſt, nedũ impunè; verum etiam, abſque labe peccati, concl 165.n.106.
Solus committere poteſt cauſas cognoſcendas, cũ clauſula ſummariè, & de plano, concl. 165.n.55.
Fallit de cõnſuetudine, quia id faciunt, quoque Comes, Marchio, & alij inferiores dignitatem, & adminiſtrationem habentes, ibi n.56.
Item committere poteſt cauſas, cum clauſula appallatione remota, concl. 165.n.57.
De ſuis conceſſionibus iudicare non poteſt, ſi ſint iuſtæ, vel iniuſtæ, & validæ, vel inualidæ, concl. 165.n.103.
Diſpenſare poteſt pubertati proximum, vt teſtari poſſit, ibi n. 66.
Ferias tribunalibus indicit, ibi n.67.
Gratiam, ſiue remiſsionem delicti vnicuique facere poteſt, ibi n. 2.
Declara, & extende, vt n.3. cum ſeqq.
Inſtantię peremptę ſpiritum inſufflat. concl. 165. n.69.
Declara tamen, vt nu.70. cum ſeqq.
Legis condendæ facultatem habet, concl. 128. ſub n.97.
Licentiam concedit Mulieri tranſeundi ad ſecundas nuptias, cum retentione filiorum, nõ obſtante voluntate teſtatoris in contrarium, concl.165.n.65.
Superiorem non recognoſcens defectum ætatis ſupplere poteſt, concl. 72.n.113.
Supremus duplex ius in ſuis terris habere dicitur, vnũ tamquàm particularis Dominus, alterum tamquàm Vniuerſalis; vndè vno conceſſo, aliud remanet, concl. 167.n.54.
Supremus licèt alicui omnimodã Iuriſdictionem tribuat, tamen nunquam tantum illi dat, quantum ſibi reſeruat, concl. 167.n.49.
Quid ſi eam daret titulo donationis remuneratorię? vide ibi n.51.& 52.
Supremus, quando alicui ſupremam poteſtatem concedit, tunc Iuriſdictionem cumulatiuè dare pręſumitur, concl. 128. ſub n.218.
Supremus tantùm, & non inferior poteſt onera, & angarias ſubditis imponere, concl. 106. nu 1.& 5.
Tempore penurię iuſtum pretium frumento, & Vino ſtatuere poteſt, ac decernere, vt illud Ciuibus, & non exteris vendatur, prohiberequè extractionem victualium, aut ſubditis mandare, vt in tempore frumentum emant. concl.165.n 98.& 100.
Tolere non poteſt, ne Filius Patrem bannitum alat, vel è contra, concluſ. 89. nu. 195.
Declara tamen, vt ibidem.
Tollere non poteſt ea, quæ ſunt de iure naturę; licèt ſecus aliquando; quinimmo etiam illud Diuinum reſtringere, & limitare valet, ibidem.
Vſuras Iudęis permittere non poteſt, ſed benè contra vſurarios arbitrariè pœnas imponere valet, concl. 161.n. 14.& 15.
Contrarium tamen ad euitanda maiora mala hodie ſeruatur, ibi n.16.
Vtendo longiſſimo tempore vallibus ad piſcationem, fundum vallium non præſcribit, immò ſi eſſet Dominus illius fundi, tunc Dominium per inundationem amitteret, côcluſ.98.nu. 14.
Ad Principem nõ facilè aditus habetur, concl. 129. ſub n,281.
Principes electioni Abbatum, & Prælatorum ſæpè interueniunt, pro pace ſeruanda, & vt Electores ab oppreſsionibus tueãtur, concl. 2.n.37.
Principi non eſt imputandum, ſi ob multiplicitatem negotiorum, aliquid malè agat, concl. 165.nu.35,
Quando acquiratur id, quod fuit Ambaſciatori donatum, vide concluſ.99.nu.11. cum ſeqq,
Illius aſſertioni de facto ſui prædeceſſoris ſtandum eſt, etiam in præiudicium tertij, concluſ. 155.n 58.
Eius auctoritas in quolibet actu intelligitur excepta, vide concl 154.n.111.
Et quæ dicatur Ordinaria, & quæ abſoluta, vide concl.165.n.1.
Actum reuocabilem facit, qui antea irreuocabilis erat, & è contra, concl.165.n.95.
Illius generoſitati non conuenit, vt quicquid eius Ambaſciatori donatur, ſibi erogare prætendat, concl.99.n. 14.
Mandato eſt obtemperandum; quamuis eſſet durum, nec ei repplicari poteſt, vel dicitur, ita ſaeis? concl. 165.n. 105.
Fallit, vt ibi n.107.
Præceptum, quando circa grauiora delicta verſatur, tunc illud exequentem non excuſat, licèt ſecus in leuioribus, concl. 165.n. 108.
Illius ſcientia, an ſit ſufficiens, vt conſtitutio per eum facta, vel confirmata dicatur per contrarium vſum abrogata, vide concl. 86. num. 105. & in Verbo Conſtitutio.
Sententia, quando ſit appellabilis, vide concl. 128.nu. 175. cum pluribus ſeqq. nu. 335. cum ſeqq. & num. 375 cum ſeqq. & in Verbo Appellatio.
Sententia ſemper Sancta, & iuſta præſumitur, ibi nu.376.
Principum beneficia, quando ſint latè interpręntanda, vide concl. 165.n. 104.
PRINCIPALE negotium ſilet, dum lis ſuper alimentis pendet, concl. 90.n. 10.
Principali contractu annullato, quando dependentia ab eo ſuſtineantur, vide concl. 114 ferè per tot. & in Verbo Annullato, & in Verbo Fideiuſſio, & in Verbo Obligatio.
PRIORATVM Monachalem impetrans probare debet expreſsè profeſſionem, ſi ea negetur, concl. 72.n.48.

Prior Conuentualis debet eſſe ætatis annorũ vigintiquinque completorum; in Rurali autẽ ſufficit annus vigeſimus, concl. 72. n. 81.

Conuentualis, quando loco Abbatis habetur poteſt, & ipſe vti Abbas cauſas Apoſtolicas recipere, concl 72. n. 81.

Illius confirmatio, an ſpectet ad Abbatem, vel ad Epiſcopum, vide concl. 2. n. 3.

Eandem auctoritatem habet in Monachos, quam habet Abbas, quando Abbatem abeſſe contingit, quia tunc ille in eius locum ſuccedit, concl. 1. n. 97. & concl. 2. n. 50.

Ille Eccleſiæ Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani in Concilio præcedit, nedũ omnes alios Priores, etiam prius Receptos; verum etiam Epiſcopum ipſum Meleuitanum, concl 65. n. 42. & ibi ratio aſſignatur.

Ille, & Præpoſitus dicuntur dignitates de per ſe, concl. 1. n. 100.

Et quæ gerere poſſint in Monachos, & Canonicos ſibi ſubiectos, vide ibidem.

Manualis ab Abbate remoueri poteſt, ſine cauſa, ſi tamen nõ ſubſit malitia, ſiue alicuius odij præſumptio, concl. 1. nu. 61. & concl. 2. nu. 51.

Priores Regularium, ſiue Guardiani, quos ordines conferre poſſint, vide concl. 1. n 141.

Petere non poteſt abſolutionem à cenſuris pro Monachis ſuis abſentibus, concl. 10. n. 64. & ſeq. vbi ratio aſſignatur.

Vocari debet, quando Abbas aliquid de nouo erigere vult, concl. 2. nu 52.

PRIOR in ſorte eſt etiam prior in vſuris, quãdo tamen vſuræ ſunt ab eo promiſſæ, qui ad ſortem tenetur, & qui rem aliquam, tàm pro ſorte, quàm pro vſuris hypotecare poſſet, concl 170. nu. 22. & 23. & prius, concl. 119. nu. 1

In grado Prior dicitur potior in Iure, concl. 149 ſub n. 2.

Itẽ in tẽpore dicitur potior in Iure concl. 11. n. 1

PRIORISSA, quando eligitur debet eſſe de annis quadraginta completis, ſicut Abbatiſſa concl. 3. n. 15.

PRIVATIO beneficij contra abſentem facta ſuſtineri non poteſt, niſi prius trina citatio per edictum in loco beneficij fuerit facta, & poſtea, etiam per ſex menſes fuerit expectatus, concl. 128. n. 289.

A Priuatione ad habitum, nõ datur regreſſus, concl. 160. ſub n. 10.

Priuatus beneficio, ob non reſidentiam, vel aliã cauſam quando poſſit appellare, & manutẽtionem petere, vide concl. 128 n. 287. cum ſeqq. & in Verbo Appellatio.

Priuatus poſſeſſione arborũ, tamquàm ſpoliatus venit reſtituendus, concl. 136. n 33.

Declara tamen, vt ibidẽ, & in Verbo Arbores.

PRIVIGNVS, quando ali debeat per Vitricum, vide concl. 89. nu. 171. cum ſeqq. & in Verbo Alimenta.

PRIVILEGIA Agriculturę, quę ſint, vide concl. 82. n. 3. & in Verbo Agricultura.

Alimentorum, quæ & qualia ſint, vide in Verbo Alimenta, & concl. 89. n. 254. cum ſeqq.

Antiqua, quando Dominus recuperet ex reædificatione Caſtri, vide concl 62. n. 6.

Auditoris Cameræ ſunt adeò ampla, vt per illa derogatum cenſeatur priuilegio l. vnicæ C. quando Imper. inter pupill. & vid. concl. 167 nu. 2. & 62. & n. 3. ratio aſſignatur.

Extende vt ibi nu. 7. cum ſeqq. & in Verbo Auditor Cameræ.

Sunt præferenda priuilegijs piorum locorum, etiam cum efficaciſſimis clauſulis motu proprio à Papa conceſſis, concl. 176. n. 18.

Illa Auditorum Rotæ de familiaritate Papæ loquentia ius alteri quæſitum non tollunt, concl. 168. ſub nu. 96.

Conceſſa Monachis Camaldulenſibus, & alijs Monaſterijs totius Orbis competunt etiam Monachis Sylueſtrinis, concl. 1. nu. 93.

Eximentia Monaſteria, ac eorum Membra, non dicuntur eximere loca, & Caſtra, ſiuè Populum, neque minus territorium ſeparatum concludunt, concl. 1. nu. 132. & ibi ratio aſſignatur.

Nobilitatis non amittunt laborantes ſuas poſſeſſiones proprijs manibus, concl. 82. n. 6. & in n. 7. exempla adducuntur.

Poſteriora omnia præcedentia comprehendere, ac illis derogare videntur, concl. 167. ſub nu. 18.

Religionis, cuius Abbatia fuit alicui cõmendata non tranſeunt in ipſum Commendatarium, concl. 2. n. 28.

Priuilegiatus creditor anteriori nõ priuilegiato præfertur, concl. 119. n 48.

Quando vtatur priuilegio, contra priuilegiatum, ſiue quando inter eos priuilegia conquaſſantur, vide concl. 44. num. 67. & ſeq. concl. 86. n. 99. & 100. & n. 166. & 219. cum ſeqq. & concl. 90. n. 6.

Priuilegijs viri, quando gaudeat eius vxor, vide concl. 54. n. 45. & ſeqq.

Priuilegio l. vnicę, C. Quand Imp. int. pupil. & vid. nunquàm tacite renunciatum cẽſetur niſi expreſsè renuncietur, concl. 129 n. 347.

Illi, quando per clauſuras generales derogatum cenſeatur, vide concl. 167. num. 3 cum ſeqq.

Priuilegio Minoris, vt poſſit vti maior, oportet, quòd ſit litis conſors, & quòd res, de qua agitur ſit indiuidua. concl. 86. n. 117.

Priuilegiorum Regularium interpretatio ſpectat ad ſummum Pontificem, qui eam ſibi reſeruauit, concl. 1. n. 54.

Priuilegium allegans illud probare debet, aliàs non ſuffragaretur, nec conceſſum diceretur, concl. 165. n. 62.

Illud Ambaſciatoris, vide Ambaſciator.

Amiſſum cenſetur per expreſſam, vel tacitam renunciationem, concl. 103. n. 14

Amittit Eccleſia, ſi per lapſum quadraginta annorũ eo nõ vtatur, quãuis per prius Rectores

Eccleſiæ ei renunciare non potuiſſent, concl. 103.n.17.
Intellige tamen id procedere, ſi eueniſſet caſus illud exercendi, & Rectores nō exercuiſſent, ibi n.18.
Amittitur per non vſum, ſpacio decennij, ſi venerit caſus exercendi illud, & priuilegiatus non exercuerit, concl. 103.nu.1.
Declara tamē id procedere in priuilegio mero, ſecus in facultatiuo, ibi n.2.
Itē declara non procedere, quādo ille non vſus in alicuius volūtate cōſiſteret, concl. 103.n.6.
Amittitur ſi, priuilegiatus aliquid contra priuilegium fecerit, concl. 103.n.7.
Secus tamen eſſet, ſi quis fecerit actum renunciationi proximum, ſed non ei de directo cōtrarium, ibi n. 8.
Item amittitur ex reuocatione concedentis, niſi tranſiiſſet in contractum, & titulo oneroſo fuiſſet conceſſum, concl. 103.nu. 10. & ſeq. & vide concl. 165.n.18 cum ſeqq. & quando tale dicatur, vide ibi n.22.
Item per delictum, cum tunc priuilegiatus eo abuti cenſeatur, concl. 103.n.15.
Priuilegium Annatæ, vide Annata.
Illud anterioritatis, & potioritatis, vide Anterioritas.
Auditoribus Rotę conceſſum fauorem publicum reſpicere dicitur, concl. 168.n. 94.
Clericale Bigamia tollitur; licèt nō character, concl. 150.n.45.
Et quando illud amiſſum, ac illi renunciatum cenſeatur, vide concl. 111. n. 27.
Conceſſum principali, quando proſit fideiuſſori, vide concl. 165.ſub n.68.
Congregationis Canonicorum Regularium Sanctæ Mariæ de Pace in Vrbe, ſuper benedictione ab Abbatibus danda, quàm ſit amplum, vide concl. 1. n.12.
Priuilegiorum confirmatio, vt afficiat, quomodo ſit facienda, vide concl. 103.n. 13.
Illud Conuertitarum mandans, vt in earum caſis manu Regia, & ſummariè procedatur haber etiam locum ad fauorem Aduerſariorum, concl 64. n.16.
De iure competens per ſimplicem, & indeterminatam approbationem nō tōllitur, concl. 131 ſub n. 53.
Illud Doctorum, quando eorum filijs, & fratribus ſuffragetur, vide concl. 60.n. 39.
Domino conceſsū Arrendatario non prodeſt, concl. 145.n.54.
Illud dotis maius eſt, quàm illud Velleiani, concl. 86.n. 167.
Sed ſoluto marrimonio ceſſat, concl. 89.n. 359.
Fallit, vt ibi n. 362.
Plura vide in Verbo Dos.
Priuilegium durat, etiam finito officio, concluſ. 143. nu.91. & ibi ratio aſſignatur.
Priuilegium ex cauſa oneroſa conceſſum, non ſubdito, amplius reuocari non poteſt, concl. 103.n.11.
Ex cauſa Oneroſa conceſſum cenſetur, quando id, quod pro illius conceſſione fuit impenſū conceſſioni ęquiualet, aliàs potius gratioſum quàm oneroſum diceretur, concl. 165.n.22.
Ex certa ſcientia, & informa ſpecifica, quādo conceſſum dicatur, vide concl. 103.n. 13.
Illud exemptionis ab ordinaria Iuriſdictione debet eſſe clarum, & illius probatio debet eſſe releuans, veritati proxima, & illi cohęrens, cūid à remotis peti non poſſit, concl. 1. n.49.
Facultatiuum, quod ſcilicet conceditur ex mera voluntate alicuius, nec ſpacio decem, nec minus centum annorū amittitur, concl. 103. ſub n. 2.
Fori, quando amittat Clericus in habitu, & tonſura non incedens vide concluſ. 28.n. 33.
In corpore Iuris clauſum dicitur donū Principis, & eſt valdè fauorabile, concl. 167. ſub num.6.
Sed quando illi per clauſulas generales derogatum cenſeatur, vide ibi n.3. cum ſeqq.
Priuilegium merum illud dicitur, quod contra Iuris communis obſeruantiam tendit, concl. 103.num.2.
Miſerabilibus perſonis conceſſum, per eas tolli non poteſt, concl. 128.n.202.
Illud mitræ, & baculi conceſſum alicui non extenditur ad exemptionem Ordinarij; Immò etiam ſola exemptio non ſufficit, niſi etiā iuriſdictio ipſius ordinarij ſit prorſus ſuppreſſa, concl. 1. n. 125.
Neq; ceſſat, etiam finita, & reiecta dignitate, concluſ. 143.n.91.
Non amittitur, niſi data ſcientia priuilegiati, quod illud ſibi competeret, concl. 103 n. 19.
Priuilegiū illud, vt maritus nō teneatur in pluſquàm facere poſſit, quid operetur, vide concluſ 52.n.78. & ſeqq.
Non incipit habere effectum, niſi à die habitæ notitię, per priuilegiatum, etiam ſi prius in notitiam aduerſarij tranſierit, concl. 103, num. 19.
Non prodeſt habenti, niſi illud clarè, & liquidè oſtendat, ibi n. 16.
Ob ſeruitia conceſſum ſæpit naturam contractus, & ſic per non vſum reuocatum nō cenſetur, ibi n.3.
Ob ſeruitia conceſſum poteſt ad tēpus ſuſpendi, ſed non in totum tolli, ibi n.4.
Optandi præbendas in Eccleſia, nunquàm Canonici amittunt, etiam ſi nunquàm optauerint, ibi nu. 5.
Illud perſonale aliquibus conceſſum, eorum perſonas egredi non poteſt, concl. 111.n.27.
Primum amittitur, per cōceſſionem ſecundi, illi de directo contrarij, concl. 103.n.9.
Pupillorum, & miſerabilium perſonarum, etiam litis conſortibus competit, concl. 128. n. 319.
Neq; illi per eas perſonas renunciari poteſt, dicta, concl. 128.n.202.
Quando reuocatum dicatur, ſi in reuocatione forma requiſita non ſit ſeruata, vide concluſ. 103.n.12. remiſſiuè.
Item, quā eorū confirmatio afficiat, vide ibi n. 3.

Reuocatum cenſetur, quando Princeps contra illud ex certa ſcientia iudicat, concl. 103. nu. 13.
Si plura capita contineat, & priuilegiatus in vno tantum eo fuerit vſus, non obid quoad alia cenſetur amiſſum, concl. 103. n. 20.
Illud, ſiue alia quælibet conceſſio perſonam loquentis non comprehendit, concluſ. 154. nu. 111.
Clericale ſuperueniens, quando ſuffragetur, vide concl. 44. nu. 83.
Illud veniæ petendæ, intuitu affinitatis introductum, ſoluta affinitate, ceſſat, concluſ. 76. nu. 8.
Vni generi perſonarum conceſſum, nō poteſt per aliquam particularem perſonam tolli, concl. 111. ſub nu. 27.
Sed quibus modis cenſeatur priuilegio Clericatus renunciatum, vide ibidem.
Et quid ſeruetur in hoc, in Curia Archiepiſcopali Neapolis, vide ibidem.
PROAVVS, & Proauia veniunt appellatione Aui, & Auiæ in fauorabilibus; non autem in odioſis, concl. 174. nu. 53.
PROBANDVM non eſt, quod poſtea probatum non releuat, concl. 128. n. 257.
Probandum non eſt neceſſe, quod ſatis per ſe patet, concl. 128. ſub n. 285. 398. & 832.
Probare debet eſſe talem, qui ſe talem dicit, concl. 78. nu. 72.
Probare non tenetur actor illud, quod exceptione rei elidi debet, concl. 78. n. 26.
Probare quid teneatur agens ex fideicommiſſo, vide concl. 78. nu. 20. cum ſeqq.
Plura, vide in Verbo Agere volens.
Probatio, ad effectum deuolutionis debet eſſe exacta, & concludens, concl. 78. nu. 40.
Ætatis quomodo ſit facienda, & quid operetur, vide concl. 72. n. 3. cum ſeqq. & in Verbo Ætas.
Affinitatis, ex quibus, & quomodo fiat, vide concl. 76. nu. 16. & in Verbo Affinitas.
Alicuius rei, quando eſt difficilis, tunc ex pluribus probationibus imperfectis vna probatio perfecta reſultat, concl. 145 n. 14.
Probatio alternatiua non ſufficit, vbi probatio præciſa eſt neceſſaria, concl. 96. ſub nu. 6.
Illa contra decretum interpoſitum in alienatione rei Eccleſiæ. ac contra Sententiam, & rem iudicatam, vel contra obſeruantiam triginta annorū dicitur grauiſſima, & propterea debet eſſe valdè clara, plena, & concludens, concl. 85. nu. 129. & 135.
Dubia probantem non releuat, concl. 44. n. 8. & ſeqq. & n. 61.
Filiationis quando, & quomodo ſit facienda, vide concl. 78 n. 60 cum ſeqq. concl. 89. n. 37. cum ſeqq. & in Verbo Filiatio.
Leuis & ſemiplena, ſeu imperfecta ſufficit ad valorem beneficij probandum, concl. 145. n. 11. & 12.
Liquidiſsima eſt neceſſaria, vbi agitur de committenda pœna, nec quid liquidum perfectè dicitur, niſi per Sententiam fuerit declaratum, concl. 50. n. 64. & concl. 124. ſub n. 37.
Fallit in crimine Apoſtaſię d. concl. 124. nu. 36. & 37.
Maior non reperitur, quàm proprij oris confeſsio, concl. 128. ſub nu. 479. & concl. 148. ſub n. 12.
Probationes, & adminicula, quando poſſint ſimul iungi, ad plenam probationem faciendam, vide concl. 55. per tot.
Factæ contra authorem, hæredi quoq; præiudicant, concl. 173. n 6.
Imperfectæ, ad hoc, vt probent, in quibus caſibus coniungi poſsint, vide concl. 55. n. 1. cum ſeqq.
Leuiores ſufficiunt in poſſeſſorijs, quàm in petitorijs, concl. 78. ſub n. 65. & 83.
Læuiores in antiquis ſufficiunt, concl. 120. n. 47 & latè in Verbo Antiquitas,
Non ſunt ſumendæ de domo rei, concluſ. 61. ſub nu. 2.
Fallit, vt ibi.
Nouæ in cauſa appellationis, vel nullitatis, & iniuſtitiæ ſententiæ admittuntur, etiam ſi Statutum adeſſet, vt in cauſa appellationis probationes non reciperentur, concl. 128. n. 251. & 252.
Declara tamen, vt ibi n. 257. & 258.
Nouæ admittendæ veniunt, vbi agitur de coadiuuandis antiquis, ne probationes pereant, concl. 148. nu. 393.
Declara tamen vt ibi nu. 394.
Nouæ ſemper admittendæ veniunt, vbi tenderent ad elidendum probationes aduerſarij factas, poſt lapſum temporis ad probandum, vel poſt Sententiam, vt æqualitas ſeruetur in iudicijs, concl. 148. n. 395.
Nunquàm ſunt anguſtandæ, ſed potius in eis eſt multiplicandum, concl. 128. ſub nu. 465. & concl. 148. n. 193.
Plenæ non requiruntur in materia alimentorū, concl. 89. nu. 37. cum ſeqq. & nu. 110.
Quomodo eſſe debeant in probando adulterio, vide in Verbo Adulterium, & concl. 59. nu. 36. cum ſeqq.
Veræ præſumptiuas tollunt, concl. 135. n. 64.
Probatio per contumaciam non eſt ſufficiens, vbi probationes debent eſſe verę, & reales, concl. 148. ſub n. 25.
Illa per Inſtrumenta dicitur probatio probata, manifeſta, euidens, & maior, quàm ea, quæ fit per teſtes, concl. 148. n. 120. & 121.
Itē per ſcripturas in antiquis eſt melior, quàm ea per teſtes, concl. 120. n. 39.
Extende, quòd Rota remiſſoriam dare non ſolet, ad id reprobandum, quod iam per ſcripturas fuit probatum, ibi n. 40.
Per teſtes de auditu, aut de publica voce, & fama, quando ſufficiat, vide latè in Verbo Antiquitas, & concl. 120.
Per teſtes amplius admitti non debet, quando illis fuit renunciatum, vel fuerunt publicati, aut in termino competenti dato, nihil fuit pro-

probatum, concl 148 n.107.

Per teſtes de auditu, vel de publica voce, & fama ſufficit, vbi non requiritur plena probatio, aliàs ſecus, concl.126.nu.64.& 65.

Ea, quæ coram Iudice non eſt ſufficiens, coram Arbitratore ſufficit, concl.133.n.42.

Quæ inducatur ex confeſſione extraiudiciali facta abſente parte, vide concl 78.n 42.

Quando admittatur contra aſſertionem Papæ, vide in Verbo Papę aſſertio, & concl.155. n.2. 19.20.& 21.

Quando fieri non poteſt per teſtes, ſi poſtea fiat per Inſtrumenta, vnà cum teſtibus, reijcienda nõ eſt, ſed omnino admittenda venit, concl.148.num.119.

Fallit, vt ibi num.122.

Semel facta ſuper ſtatu perſonæ alicuius, per viã Sententię facit ius, quoad omnes, ſi tamen Sententia fuerit lata cum legitimo contradictore, concl.120.ſub n.37.

Probatio ſufficiens illa dicitur, quæ Iudicem ad ita credendum inducit, concl.134 n.12.

PROCACCIVS, & mulio quando teneantur ad emendationem rei, per eos amiſſæ, vel eis derobatæ, vide concl.99.nu.31.cum ſeqq.

PROCEDENS ad vlteriora exceptionem dilatoriam reijcere cenſetur, concl.128.n.256. & 259.

PROCESSIONES Solemnes, & Generales ordinare non poteſt Epiſcopus in locis exẽptis, concl.1.n.59.

In Proceſsionibus non datur appellatio, reclamatio, aut aliud ſubterfugium ſuper præcedentia, concl.128 nu.808.

PROCESSVS ad vlteriora, quando non retardetur attentatis, vel ſpolio nondum integrè purgatis, vide concl.135.num.95. cum ſeqq.

A Proceſſu ad vlteriora datur appellatio, concluſ.128.n.256.& 259.

A Iudice recuſato fabricatus, vt annulletur neceſſe eſt ab vlteriori proceſſu appellare, ibi num.638.

Authenticus informatiuus in cauſa criminali non probat in ciuili, tamquàm ad diuerſum finem tendens, concl.30.n.6.

Factus coram Auditore Camerę in beneficialibus nullum ius tribuit, quia ipſe in illis nullam iuriſdictionem habet, concl. 78.nu 2. & concl.167.n.99.

Extende duobus modis, vt ibi n.100.& 101.

Fallit tamen, vt in d.concl.167.n.102.cum ſeq.

Factus coram Auditore Rotæ valet, etiam ſi ipſe Auditor ſit excommunicatus, vel fuerit factus in vim reſcripti, per excõmunicatum impetrati, licèt ſecus in Sententia, concluſ. 167.num. 11.

In cauſa criminali non dicitur inceptus, niſi poſt tranſmiſſionem citationis legitimè executæ, concl.139.ſub n.7.

Proceſſum in manibus habens, & illum non exhibens valdè ſuſpectus redditur, concluſ. 128.n.640.

Illius oſtenſio ſoli Procuratori facta de ſtylo Rotæ publicationem non operatur, nec facit cenſeri dicta teſtificata, licèt ſecus, ſi proceſſus fuerit oſtenſus principali, concl. 148. nu.389.

Nullus quomodo à partibus ſanari poſſit, vide concl.133 ſub n.111.

Per contradictas non ſuſtinetur, quando Procurator exaduerſo comparet, vel quando principalis eſt in Curia, concl.78.n.87.

Per contradictas, vel per affixionẽ factus, quando ſuſtineatur, & quãdo ſit nullus, vide concl. 129.n.180.& 181.

Proceſſus, & maximè de partibus plerunque attentatorum, & nullitatum vitio laborare ſolent, concl 160.n.1.

Poſt deſertionem appellationis fabricatus, ex defectu Iuriſdictionis eſt ipſo iure nullus, cõcl. 129.& 298.

Poſt inhibitionem factus non conualidatur, ex pronunciatione, quòd malè fuerit appellatum, & benè iudicatum, concl.160.n.62.

Quando dicatur nullus, ex eo, quia non fuit extractus à Notario actuario primi Iudicis, ſed ab illo Iudicis compulſoris. vide concluſ. 47. num.84.

Quando reddatur nullus ex omiſſa legitimatione perſonæ, vide concl.78. n.84. cum ſeq.

Quãdo non repetitur, cenſetur ablatus ab eo, vel ad inſtantiam illius, qui intereſſe habebat vt non reperiretur, concl.48.nu. 3.

Et quando non eſt ordinatus datur appellatio in quocunq; iuditio, concl.128. n.591

PROCLAMA vide Edictum.

PROCVRATOR ad alienãdum conſtitui debet, cum eiſdemmet ſolemnitatibus, quæ requiruntur in ipſa alienatione, concl. 85. n.29. & concl.86.n.10. & 184 cum ſeqq.

Si fines Mandati excedat, alienatio erit nulla, concl.85.n.30.& 117.

Extende, vt ibidem n.31.cum ſeqq.

Ad iudicia debet eſſe ætatis annorum vigintiquinque, ad negotia verò ſufficit ętas decẽ, & ſeptem, concl.72.n.85.

Ad lites, & cauſas ab executione appellare non poteſt, niſi mandatum ſpecificum, & indiuiduum habeat, ad appellandum ab executione, concl.128.n 85.

Extende, quòd ad id non ſufficit clauſula ad appellandum ab omni Sententia, tàm interlocutoria, quàm diffinitiua, ibidem, vbi ratio aſſignatur.

Ad locandum, & vendendum poteſt etiam exigere affictus, ſine ſpeciali mandato de æquitate; ſecus autem de rigore, concl. 75. num.11. cum ſeqq.

Agere non poteſt pro Domino, niſi prius ſe eſſe talem probauerit, concl.78.n.78.

Et quando poſſit cogi ad exhibendum mandatum, vide concl.44.n.18.cum ſeqq.

Procurator alicuius ſi fuerit vulneratus, an ex cauſa litis vulneratus pręſumatur, vide cõcl. 83.n.1.cum ſeqq.

Ambaſciatoris conueniri nô poteſt, niſi poſtquàm ipſe Ambaſciator fuerit ad Patriam reuerſus,concl 99.ſub nu.18.
Approbatus in iudicio,quãdo reprobari poſſit,vide concl.131.n.46.
Cogi non poteſt inuitus ad defendendum ;at ſecus in Aduocato,concl.60.n.95.& ibi ratio diuerſitatis aſſignatur.
Fallit tamen in multis locis,vt ibidem.
Conſtitutus cum libera, quæ facere poſſit, vide concl.56.n.77.& in Verbo Adminiſtrator.
Conſtitutus in negotio principali, reuocari non poteſt à Domino in cauſa reſtitutionis, niſi conſentiente parte, concl.60. ſub nu. 21. in fine.
Docere debet de ſuo mandato procuræ, alias reus veniret abſoluendus, concl.44.n.18.
Intellige tamen procedere, vt ibidem.
Effectus Dominis litis reuocari non poteſt, ſine cauſa,& in præiudicium ſui ipſius, vel partis aduerſæ,concl.60.n.21.
Extende, & ſubextende, vt ibidem,& vide concl.163. n.8.cum ſeqq.
Ex quibus præſumptionibus factus præſumatur,vide in Verbo Mandatum.
Procurator malè appellans pro Domino, illi non nocet, concl.129.n.111.
Non dicitur abfuiſſe ab Vrbe quando receſſit ab ea,cauſa exequendi aliquid pertinens ad litem,animo deinde reuertendi,concl.83. num.5.
Non informatus de conſcientia Domini iurare non poteſt de veritate dicenda, ſed ſolùm de credulitate, ad euitandam calumniæ præſumptionem, concl.148.n.33.
Non poteſt facere actum, ex quo attentata cauſentur, niſi ſpeciale mandatum habeat, concl.129.n.310.
Non poteſt facere incidere Dominum in aliquam pœnam,niſi ſpeciale mãdatum habeat concl.128.ſub n.85.
Poſitionibus reſpondere non poteſt, niſi ſpeciale mandatum habeat, concl.148.n.27.
Fallit, quando principalis eſſet abſens in longinquis partibus, ſiue ignoraretur,vbi reperiretur,ibi n.28.
Et illius confeſſio, quando poſſit reuocari à Domino,& quando non,vide ibidem.
Præſumitur ſemper facere actum in executionẽ præcedentis mandati.concl.48.n.10.
Item quando procurator comparere nomine procuratorio, ſiue proprio dicatur,ibi n.8.9
Principalem ſuum, quando certioraſſe præſumatur,vide concl.160.ſub n.92.
Procurator primæ inſtantiæ, licèt poſſit appellare, non poteſt tamen appellationem proſequi,concl.129. n 329.
Quando dicatur actum facere vti proprio,vel procuratorio nomine, vide concl.48. n.8.
Quando habet mandatum ad aliquid agendum,ſemper præſumitur procuratorio nomine agere, & comparere,concl.56.n.164.
Quando in Criminalibus admittatur,vide concl.129.n.184.
Quando in actu Iudiciali præſens præſumatur, concl.8 n.38.
Quando poſſit appellare,vel appellationem proſequi,& quãdo ad id mandatum ſpeciale ſit neceſſarium, vide concl. 129. nu.99. cum ſeqq.
Quando præſumatur obtinuiſſe gratiam de ordine Domini, vide in Verbo Gratia.
Quando quis eſt conſtitutus vti Dominus in rem propriam, & in locum, ac ius cedentis ſubſtitutus, quid facere poſſit, & quod ius acquirat,vide concl.39.n.13.
Quando obligetur pro expeditionibus factis pro Domino,vide concl.119.n.38.
Qui ab Vrbe receſsit,cauſa exequendi aliquid pertinens ad litem,animo tamen reuertendi ad Curiam, poſt illius executionem, abfuiſſe non dicitur,concl.83.nu.5.
Quis talis præſumitur, quando Notarius aſſereret ſi iſſe productum mandatum, & ille talis in alijs partitis,& libris procurator enunciatus reperiretur, vel ſi pluralitas ſolutionum, cum diuturnitate temporis concurreret,concl.155 n 97.
Contrarium tamen, ſi alias adminicula non concurrant,ibi n. 98.
Quomodo in cauſis ſe ingerere debeat, vide in Verbo Aduocatus,concl.60 ferè per tot.
Si appellet virtute vnius mandati non boni nihil agit; quamuis poſtea aliud validũ producat per regulam Quod potui nolui, &c. concl.129.n.110.
Retentio ſcripturarum illi datur,pro his,quæ impendit in cauſa pro Domino ;licèt ſecus pro ſuo ſalario,concl.60.ſub n.21.
Si fieret vnus Ribaldus, tunc mandatum à lege reuocatum cenſetur,concl.49.n 23.
Si legitimè non exequatur mandatum procuræ, quod ſuſcepit, tenetur ad omnia damna, & intereſſe.concl.60.n.29.
Si proteſtatus fuerit nolle eſſe procuratorem ille amplius citari non debet, concl. 163. ſub nu.8.
Ille,ſiue Sollicitator pro rei defenſę mercede habet hypotecam ſuper ea anteriorem omnibus alijs,concl.60.num.31.& conclnſ.119. num. 38.
Extende vt ibi concl. 60. nu.32. & concl.119. nu.38.
Subextende, quod imò pro huiuſmodi actione vendi poteſt feudum ex pacto, & prouidentia, concl.60. nu.33.
Tàm voluntarius, quàm neceſſarius nunquàm obligatur, vbi perſona principalis fuiſſet cõtemplata, concl 56.n.166.
Procuratores Abbatum,& Prælatorum inferiorum in Synodo Prouinciali habent votũ conſultiuum, non autem deciſiuum, concl, 1. n. 105.
Illiminorum, ac mulierum in contrahendo eaſdem ſolemnitates ſeruare tenentur, quas ſeruarent ipſi minores,ſi contraherẽt, concl. 86.

86. num. 184.
Limita tamen vt n.185. cum ſeqq.
Non poſſunt facere receptas, quietationes, & confeſſiones, nec cæteras actiones, per quas fraudibus locus fieri poſſet, abſque ſolemnitatibus Statuti, concl.86.n.189.
Declara tamen, vt ibi n.190. cum ſeqq. & in Verbo Minor.
Viri probi præſumuntur, & de illis Rota ſatis confidere ſolet, concl.148.ſub n.389.
Explicare non poſſunt ea, quæ in animo principalis reſident, niſi id ex ſpeciali mandato fiat, concl.109, n.18.
Fiſcales in Regno Cataloniæ appellare, vel ſupplicare non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, concl.128.n.488.
Illis, ac negotiorum geſſoribus non debentur alimenta per Dominum, etiam ſi fuerint conuenta, concl.89.n.482.& 493.
Fallit, quoad expenſas, quas Procuratores, ac negotiorum geſſores repetere poſſunt, ibi num.484.
Illi procuratores dicuntur, qui ſciente, & patiente Domino agunt, quia patientia, & ſciẽtia mandatum operatur, concl.142.num.64.
Contrarium tamen, ibidem. vbi ratio aſſignatur.
Extende idem procedere in Syndico, ibidem.
In prima inſtantia poſſunt procuratorem ad appellandum ſubſtituere, ſed non ad proſequendum, concl.129.n.6.
Fallit, quando Procurator ſubſtituens facultatem, etiam proſequendi haberet, & omnem eius facultatem in ſubſtitutum transferret, ibi nu.7 & 103.
Conſtituti ad appellandum in prima inſtantia, quãdo cenſeantur conſtituti ad appellandum in alia, vide concl.47.n 45.
Item, quãdo poſſint illi renunciare, vide concluſ 129.n.311. & 328.
Licèt Procuratores primę inſtãtiæ poſſint appellare; non poſſunt tamen appellationem proſequi, vt ibi n.329.
Illorũ confeſſio ſuper eo, quòd quis ſit agnatus non præiudicat principali, concluſ. 81. num.65.
Sed quando verè eorum confeſſio præiudicet Domino, vide concl.148.n 32.
Conſtitutio facta à Minore, vel muliere requirit cauſæ cognitionem, & diſcuſſionem, cõcluſ.86.num.10.
Eorum iuramento ſtatur ſuper diligentia appellandi, ſed non illis ſtatur, ſi dicant ſe illam fuiſſe debitè proſecutos, concl. 129.n.141.
Negligentia in non appellando intra decem dies, an, & quando, Domino noceat, vel ipſi Domino detur reſtitutio, aut actio ad intereſſe contra Procuratores, vide concl. 129. num 98.cum pluribus ſeqq.nũm.173. cum ſeqq. & num.289.
Officium, an, & quando, & in quibus locis dicatur vile, & ignobile, vel è contra, vide concl.60.n.43.& 44.& cõcl.147.n.7.cũ ſeqq.
Illud Officium quibus perſonis exerceri prohibeatur, vide concl.60 n.123.
PRODIGO Filio non debentur alimenta per Patrem, concl.89.n.162.
PRODITIONIS crimen, vt pœna mortis puniatur ſolus tractatus ſufficit, concluſ.73. num.12.
Talis qualitas, quomodo ſit probanda, vide in concl.150.n.21.
Proditiosè occidere ille dicitur, qui ſine diſſidatione occidit, concl.101.n.30
Proditor, an gaudeat immunitate Eccleſiæ, vide concl.150.n.19.& ſeqq.
Proditor Patriæ poteſt impunè à proprio Patre, vel Filio occidi, concl.89 n.195.
Plura, vide in Verbo Homicidium.
Proditorium non dicitur delictum, quando delicto eſt præſens mandans, qui ſit inimicus, etiam ſi mandatarij non eſſent tales, ac recepiſſent à mandante pecunias, concl.150. num.21, & 73.
PRODVCENS Scripturam, quando poſtea illam impugnare poſſit, vide concl 123.nu. 18. & 19.
Producens Scripturam falſam vltra pœnam falſi, etiam pro confeſſo habetur, concl.123. nu. 62.
Sed quid prius procedere debeat, vide ibidem n.156.
Producere cedulam, vel iam productam repetere paria ſunt, concl.128.ſub n.534.
Productio actorum facta, per vnam partem cum proteſtatione in partibus tantum fauorabilibus prodeſt etiam alteri, quæ pari modo proteſtata fuerit, ſe velle vti illis iuribus in partibus tantum, ſibi vtilibus, concl. 129. n.439.
Illa facta per compulſum nunquàm nocere poteſt, nec ex ea vnquàm approbatio datur, concl.131.n.75. & concl.155.ſub n.42.
Sed declara, vt ibi.
In parte, & partibus facta limitatum effectum producit, concl.131.ſub n. 75.
Illa Iurium, ad hoc, vt legitimè facta dicatur, quæ ſint neceſſaria, vide concl.31.n.73. cum ſeqq.
Ad vnum finem facta, quoad alium non nocet, niſi ea fuerint de nouo repetita, concluſ.59. n.103.
Facta ante petitionem actoris, nõ inducit litis conteſtationem, concl.133.n.112.
Facta à procuratore, quando noceat principali, vide concl.10.n.92.
Facta coram Arbitris iuris, ante acceptationem compromiſsi eſt nulla, concl.133. num. 110.
Facta coram vno tantum ex Arbitris eſt nulla, quia coram omnibus fieri debet, concl.133. nu.111.
Declara tamen, quòd ea conualidari poſſit, ſi poſtea coram alijs parte præſente fiat; at ſecus ſi ea abſente, & non citata ibidem.
Quando dicatur realis, ſiue verbalis, & quid
vira-

vtraque operatur, vide concl. 31. nu. 74. cum ſeqq.
Teſtis, vel Scripturæ vim expreſſæ approbationis habet, concl. 131. n. 69.
Plura, vide in Verbo Scriptura.
PROFESSIO Religionis, an poſsit ante annũ probationis fieri, vide concl. 116. n. 20. & 21.
Etiam vſque ad biennium, ex cauſa prorogari poteſt, concl. 116. n. 22.
Expreſſa requiritur in impetrante Prioratum Monachalem, & ideò ſi ea negetur, imperrãs eam probare tenetur, concl. 72. n. 48.
Sed quomodo probetur, vide concl. 124. n. 36
Illa tàm mulierum, quàm virorum emitti non poteſt, niſi poſt ſuſceptum habitum, saltem per annum in probatione ſteterint, concl. 65. n. 34.
Profeſsio ſola ſtatum perſonę non murat, concl. 168 ſub n. 96.
Profeſſi, quando Religionem egredi, & matrimonium, ex iuſtą cauſa, ac de licentia Papæ contrahere poſsint, vide concl. 65. n. 15. cum ſeqq.
Profeſſus in vno Monaſterio, vt poſsit profiteri in alio, eſt neceſſaria licentia Superioris primi Monaſterij, concl. 1. ſub n. 79.
Amittit bona, poſt emiſſam profeſsionem, & & Religioni acquiruntur, ſi ſit bonorum capax, aliàs venientium ab inteſtato ſiũt, concl. 11. ſub n. 1. verſ. & id.
Profiteri Religionem, quando poſsit vnus ex coniugibus altero inuito, item quando ambo concorditer id facere valeant, vide concl. 59. n. 9. & ſeq.
PROGIENIEI appellatione, qui veniãt, vide concl. 149. ſub n. 12.
PROHEMIVM cauſam finalem demonſtrat, concl. 50 nu 8.
PROHIBITIO alienationis expreſſa impedit tranſlationem Domi.ij, ex capite ignorantię, per alienantem cauſatam, concl. 48. n. 84.
Plura, vide in Verbo Alienationis prohibitio.
Diuiſionis alicuius rei fideicõmiſſum inducit, concl. 142. ſub n. 76.
Et quando dicatur realis, ſiue perſonalis, vide concl. 84 nu 75. & ibi multa in materia fideicommiſſaria.
Generalis nunquam prouiſionem alimentorũ compręhendit, concl. 89. n. 552.
Molendi, coquendi, ſiue venandi, quando ſubditos liget, & quomodo acquiratur, aut probetur, vide concl. 166. num. 16. cum pluribus ſeqq.
Tàm priuata, quàm Iudicialis acquiſitionem Dominij à lege permiſſi non impedit, concl. 166. n. 58.
In Prohibitis, quæ ex cauſa tantum permittũtur, aſſertio facientis ipſam cauſam non probat, concl. 155. n. 119 & 127.
Prohibito eo, quod eſt minus, cenſetur etiam prohibitum id, quod eſt maius, concl. 142. n. 76.
Extende, vt ibidem.
Prohibitus cognoſcere in cauſa appellationis non cenſetur prohibitus cognoſcere in illa nullitatis, & quærelæ, concl. 128. n. 191.
PROLES alicuius, vt legitima dicatur, quæ ſint neceſſaria, vide concl. 42. num. 224. cum ſeqq.
PROMISSIO alimentorum voluntaria nunquàm reddit contractum vſurarium, concluſ. 89. num. 259.
Aſſecurationis de vno caſu ad alium non extenditur, concl 151. n. 15.
De conſtituenda dote eam vim obtinet, ac ſi dos conſtituta fuiſſet, concl. 154. ſub n. 16.
Plura vide in Verbo Dotis promiſſio.
De reſtituendo ad omne mandatum Domini cum obligatione Camerali effectum reſtitutionis non operatur, niſi Decretum de reſtituendo præcedat, concl. 128. nu. 741 & vide num. 861. cum ſeqq.
De ſoluendo iudicatum aliam Sententiam expectare non debet, ſed eius vigore executiuè venit procedendum, ibi n. 865.
Intellige tamen, vt ibidem.
De tradẽdo domum finita locatione liberam vacuam, & expeditam intelligitur, ſecundum ius commune, & per eam renunciatum Decreto Camerali non cenſetur, concluſ. 62. num. 48.
De vendendo, an requirat aſſenſum Domini, vide concl. 154. n. 41.
De vendendo non eſt venditio, concl. 150. ſub num. 29. & 66. & concl 154. ſub n 41.
Limita tamen, vt ibi n. 66.
Facta in venditione de faciendo acconſentire omnem perſonam intereſſe habentem, non compręhendit vicinum retrahere volẽtem, concl. 62. ſub n. 48.
Facta de donando, quãdo arctet, & ad donandum, & quid in alijs cõtractibus, vide concl. 174. ſub nu. 41. & prius concl. 150. ſub nu. 66.
Iurata, vide Iuramentum.
Secreta, Improbabilis, & non acceptata habetur perinde, ac ſi non eſſet facta, concluſ. 150. ſub nu. 29.
Promittens dare aliquem rem, ſi ex titulo donationis tradat eam, quæ non erat ſua à promiſſione non liberatur, concl. 174. nu. 41. & ibi ratio aſſignatur.
Facere ratiheare, aut fideiuſſores dare conueniri non poteſt, pro intereſſe, niſi prius fuerit requiſitus, concl. 150. n. 17.
Pecuniam pro homicidio fiendo aſſaſſinus dicitur, & etiam morte non ſecuta de aſſaſſinio tenetur, concl. 150. n. 28.
Contrarium, n. 29 & 65.
Quid ſi ea promiſſio ſit incerta? vide ibi n. 32. & ſeq.
Promittere deponere, & offerre non eſt ſoluere, vt ibinum. 66.
PRONEPOTES, quando compræhendantur in Inueſtitura alicui, vſquè ad tertiam generationem conceſſa, vide concl. 28. num. 20. cum ſeqq.

PRONOMEN alius, alia, aliud, quid importet, vide in Verbo Alius, & concl. 92. per totam.
Ipſe, ipſa, ipſum, perſonalitatem ſignificat, concluſ. 81. nu. 57.
Meus, mea, meum, tempus præſens ſignificat, concl. 170 ſub n. 17.
PRONVNCIARE eſſe exequendum idem eſt, quòd executionem committere, concl. 128. ſub nu. 88.
Pronunciatio de exequendo eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ, à qua appellatio datur, ibi ſub n. 124.
Intellige tamen, vt d concl. 128. num. 88. cum ſeqq. & n. 125. & 126
Illa, quòd Sententia fecerit tranſitum in rem iudicatam eſt appellabilis, ibi n 137.
Fallit, vt ibi nu. 138. cum ſeqq. & vide in Verbo Appellatio.
Super deſertione cauſæ eſt appellabilis, ibi nu. 140. concl. 129. num. 227. & vide in Verbo Deſertio.
Pronunciatione facta ſuper principali, cenſetur quoq; tacitè pronunciari ſuper incidenti, concluſ. 128. ſub nu. 469.
Fallit, vt ibi n. 470. cum ſeqq.
PROPINQVORVM appellatione veniunt, etiam fœminę, & deſcendentes ex illis, concluſ. 149. n. 14.
Declara tamen, vt n. 20. cum ſeqq.
PROPRIA auctoritate, quãdo quis poſſeſſionem capere poſſit, vide concluſ. 165. nu. 33. cum ſeqq.
PROROGATIO Iuriſdictionis fieri non poteſt, vbi nulla eſt Iuriſdictio, concluſ. 78. nu. 3. & concl. 167. ſub n. 100.
A prorogatione Iuriſdictionis, quando detur appellatio, vide concl. 128. n. 249.
Prorogationem in cauſa petens, & obtinens à Iudice, à quo appellationi renunciaſſe cenſetur, concl. 129. n. 326.
Declara, vt ibi n. 327. cum ſeqq.
Prorogatio ſemper facta intelligitur, cum eiſdẽ qualitatibus, & conditionibus, quæ erant in primo actu, concl. 133. n. 90.
PROTECTOR Eccleſiæ habet tantùm ius protectionis, & præeminentiæ, & ideò alienare, nec diſponere de rebus Eccleſiæ valet, concl. 87. n. 113.
PROTESTATIO Quid ſit, vide concl. 129. num. 319.
An ſit neceſſaria, ad hoc, vt tempora appellationum, ob abſentiam Iudicis non currant vide concl. 129. nu. 271. cum ſeqq. & in Verbo Tempus.
Citra conſenſum in Iuriſdictionem, & illa, niſi ſi, & in quantum, quid operetur, vide concl. 160. nu. 129.
Clandeſtina nullum effectum operatur, nec minus proteſtantem releuat, concl. 48. n. 77. & concl. 129. n. 317.
Fallit, vt in concl. 169. n. 16.
Clandeſtinè facta dicitur, quando non, coram eodem Notario fuerit facta, cõcl. 48. d. n 77.
Contraria facto non releuat proteſtantem, concl. 51. n. 57. concl. 129 n 316. concl. 131. num. 58. & concl. 148. n. 220.
Contraria facto eluſoria redditur, concl. 84. num. 300. concl. 129. nu. 316. & vide concl. 109. num. 38 cum ſeqq.
Ea non iuuat, quando ordinaretur ad tollendum factum; ſecus ſi ad tollendam mentem à facto, concl 129 n 318.
Si ſit iudicialis iuuat, ſed per Iudicem reijci poteſt, ibi n 319.
Coram Iudice facta, reſeruando ſibi facultatem ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, illa non tollitur, etiam ſi poſtea lis fuerit conteſtata, concl. 164. n. 20.
Illa de damnis, & intereſſe, an, & quando ſuffragetur, vide concl 19. n. 15.
Facta per carceratum, quòd non intendit vllo modo ſe obligare velle, tunc obligationem, poſtea ſubſecutam reddit nullam, concl. 169. num. 16.
At ſecus ſi proteſtatio fuiſſet facta, poſt obligationem, vt ibidem.
In appellationibus apponi ſolita, quòd appellationem proſequi poſſim, per viam nullitatis, iniquitatis, vel facti iniurioſi, & alias ſecundum quod mihi videbitur, abſolutè, & abſq; vlla diſtinctione ius appellanti non pręſeruat, concl. 129. nu. 319.
Ea iuris præſeruatiua ſemper ius partium illęſum conſeruare ſolet, concl. 56. n. 202.
Nihil fieri, niſi docto de legitimo mandato, quomodo ſit facienda, vide concl 44. n 19.
Non impedit id, quod ex legis diſpoſitione venit conc. 1.9. n. 15.
Quando non impediat, quin alienans cadat in commiſſum, vide concl. 84. n 30.
Quòd liceat articulos corrigere, aut nouos dare, quando releuet à dandis articulis obiectiuis, poſt terminum, vide concl. 148. num. 104
Tanquàm voluntatis, & animi proteſtantis declaratio ius præſeruat, concluſ. 135. ſub n 83.
PROTHONOTARIATVS eſt dignitas, concluſ. 3. nu. 10.
Requirit ætatem viginti annorum, concl. 72. n. 82.
Declara tamen, vt ibidem.
Prothonotarij, qui nõ ſint participantes ab eorum Ordinarijs non ſunt exempti, concl. 168 ſub n. 92.
PROVINCIALES, aut Prælati Nationales, non coguntur reſidere in aliquo particulari loco ſuę Prouincię, licèt in omnibus ferè Religionibus locum eorum reſidentiæ habere ſoleant, concl. 1. n. 121.
Illi non poſſunt, etiam ad inſtantiam Regum & Principum egredi limites ſuę Iuriſdictionis, ac abeſſe vltra tres menſes, ſine licentia Summi Pontificis, concl. 1. n. 121.
Illi, & Generales, quando poſſint illegitimè

natum

natum diſpenſare, ad obtinẽdam Abbatiam, vide concl 4. ſub nu. 16. remiſſiuè.
PROVISI Apoſtolici intentio in reſeruatione fundata, per ius patronatus eliditur, concluſ. 135. n. 135.
Prouiſio de Beneficio in vim expectatiuę facta, quando valida dicatur, vide concl. 16. nu. 28. & ſeq.
Datius in re, concl. 16 n. 40. & 42.
Facta ei, qui caret vno oculo dicitur ipſo iure nulla, concl 175 ſub n. 22.
Extraiudicialis attentata non cauſat, concluſ. 160 n. 97.
Fallit, vt ibi, n. 98. & 99.
Illa hominis facit ceſſare illam legis concl. 65. nu. 9.
Prouiſionum Apoſtolicarum tempora de medio deducuntur, ad effectum probandi Iuſpatronatus, concl. 126. n. 11.
Prouiſo de Beneficio ſecundo non currit tempus dimittendi primum incompatibile, donec ille ſuper ſecundo litem patitur, concl. 116 n. 28.
Prouiſus ad Ordinario, quando teneatur illius gratiam iuſtificare, vide concl. 128. ſub nu. 275.
Antiquior in die alijs poſtea prouiſis præferendus venit, concl. 120. n 133.
De Beneficio Curato intra annum à die adeptæ pacificæ poſſeſsionis ad Sacros Ordines, & ad Sacerdotium promoueri debet, concl. 116. n. 23. & 27.
Declara tamen, quòd ei iuſtè impedito talis annus non currit, ibi n. 23. & 24.
Item non currit, quando adeſt lis ſuper ipſo beneficio obtento, ibi n. 25.
De Beneficio, ſi eo priuatus fuerit, tamquàm non promotus, & obtinuerit de nouo prouideri, dummodo infra annum promoueatur, tunc annus à die datę nouæ prouiſionis currere incipit, concl. 116. n. 27.
Prouiſiones Apoſtolicæ, quando mutent ſtatũ beneficij, vide concl. 126. ſub nu 11.
PROXIMIORES, etiam remoti, poſt lineam finitam honorem priſtinę dignitatis conſeruare dicuntur, concl 128. n 685.
Ex latere Matris, ſi non adſint, quando Pater vult contrahere cum filijs, tunc coniuncti ex parte ipſius Patris interuenire debent, concl. 86. n. 62. & ibi ratio aſſignatur.
In renouatione Emphyteuſis ſemper ſunt cęteris pręferendi, concl 128. n. 685. & ibi ratio aſſignatur.
Interuenientes in contractu Minoris, vel Mulieris, nullum intereſſe habere debent, ſi tamen requirantur ad integrandam perſonã contrahentis; ſecus ſi interuenire deberent ratione proprij pręiudicij, concl 86. n. 50.
Declara tamen, quòd etiam ad integrandam perſonam interuenire poſſunt, ſi habeant intereſſe tantũ extrinſecũ & ſecundariũ; ſecus ſi directũ & principale, quia tunc non vocãtur, ſed eorũ loco deputatur curator, ibi n. 51.
Iurare debent contractum eſſe vtilem, & nõ damnoſum minoribus, & mulieribus, nec ſufficit eſſe ſcriptum cæteratè, iurarunt, &c. concl. 80. n. 52 & ibi ratio aſſignatur.
Illi minoris, vel mulieris contrahere volẽtis, ſi exiſtant, an ſit locus deputationi Curatoris vide concl. 86 n. 45. cum ſeqq.
Quid ſi ſint legitimè impediti? vide ibi nu. 53. cum ſeqq.
Et quomodo illorum habilitas, vel inhabilitas interueniendi, aut eorum impedimentum probetur, vide ibidem, n. 56. cum ſeqq.
Vocati ad intereſſendum in contractu minoris, ſi non veniant, non eſt deputandus curator, ſed expectandum, vt impedimentum ceſſet, vel eorum loco alij proximiores ſunt vocandi, concl. 86. n. 60. & 61.
Proximior, quando eſt vocatus, tunc nepos nõ ſuccedit in locum patris, concl. 149. n. 27.
In gradu regulariter cenſetur magis dilectus, quàm remotior, licet id fallat in Auo, erga Nepotem, concl. 73. num. 38. vbi ratio aſſignatur.
Proximiori, ſi ſit delata ſucceſſio, cui debeatur, quando plures in eodem gradu exiſtunt, vide concl 84 n. 71.
Proximiorum appellatione veniunt etiam fœminæ, & deſcendentes ex illis, concl. 149. num 14.
Intellige tamen, vt ibi n. 20. cum ſeqq.
Veniunt, quoq; affines in materia interueniendi in contractibus minorum, & mulierum, ibi nu. 16.
Intellige tamen, vt ibi n. 17. cum ſeqq. & vide in Verbo Affines.
Proximitas non eſt attendenda, quando antiquitas fuit à teſtatore conſiderata, vide concl. 120. n. 112.
Illa teſtatoris, quando ſit *attendenda in fideicommiſſis*, & quando ea grauati; Item quomodo ea probetur, vide concluſ. 84. ſub num 71.
Et illa quomodo probetur dixi etiam in concl. 81. ſub n 95. & concl. 84. ſub n. 71. & concluſ. 120. ſub nu. 58. & ſeqq.
PVBERTATI proximus poteſt per Principẽ, ad teſtandum diſpenſari, concl. 165. n. 65.
PVBLICA vox, & fama, quomodo, & à quibus ſit probanda, vide concl. 145. n. 10.
Vtilitas eſt præferenda priuatæ, concl 79. n. 5.
Publicæ exactiones ſolemnitatibus ordinarijs, ob earum priuilegia non indiget, concl. 52. num. 23.
Publicæ exactiones vnumquemq; in mora, abſq; interpellatione conſtituunt, & in illis intimatio non eſt neceſſaria, concl. 52. ſub n. 23. & n. 38.
Publicatione facta ſuper vno articulo, quando poſſit minor, vel Eccleſia ſuper eodem teſtes producere, vide concl 147. n. 94
Ea facta, quãdo quis admittatur ad comprobandum dictum ſuorum teſtium reprobatorum, vide concl. 148. n. 195.

Pu-

Publicatis bonis immobilibus, etiã annui redditus in publicatione veniunt, concluſ.113. nu.25.

PVDICITIA dicitur proprium, & præcipuum ornamentũ mulierum. concl.42.n.196 concl. 89.n.214.concl.118.n.3.& 33.& concl. 150. ſub n.10.

Amiſsione pudicitiæ ſatis punitur mulier adultera, concl.89 n.214.

Pudicitiam alicuius virginis attentans, quando, & quomodo ſit puniendus, vide concluſ. 74. n 20.cum ſeqq.

PVELLARVM maritandarum dotes reſtitutæ, quomodo iterum ſint erogandæ, vide concl.89. nu.591.

PVNIRI, quando poſſit affectus in delictis etiam effectu non ſequuto, vide in Verbo Affectus, & concl.74.

Quis non debet ex delicto alterius, concl.87. n 94.

Quis non poteſt ex actu nullo, cum non entis nullæ ſint qualitates, concl.47.n 84.

Fallit tamen, vt ibi nu.85.

PVPILLI bona ſubhaſtari non poſſunt, nec deliberari, niſi illi fuerit deputatus curator, vel niſi illius conſanguineis citatis, concl. 52. n.40.

Pupillus ab alia perſona miſerabili conuentus coram Auditore Cameræ, in vim obligationis Cameralis declinare non poteſt illius forũ, nec petere ſe ad Principem remitti, concl. 167.n.14.

Ille, & Eccleſia inſimul æquiparantur. concluſ. 119 n.48.

Hæres Patris in forma Cameræ obligati corã Auditore Cameræ conueniri poterit, ſi tamẽ ibi iudicium viuente Patre fuerat cæptũ; alias non in foro Patris, ſed in ſuo erit conueniendus, concl.167.n.13.

Quando præferatur anterioribus creditoribus, vide concl.119.n.48.

Quæquę videt ignorat, concl.86.n.237.

Quando teneatur pręſtare alimenta Tutori, vel è contra Tutor pupillo, vide concl.89. n. 475 cum ſeqq. & in Verbo Alimenta.

Quis talis proprie dicatur, vide concluſ.128. n. 319.

Sine ſolemnitate contrahendo poſſeſsionem non transfert, concl.86.n.237.

Limita tamen, vt ibi n.238.cum ſeqq.

Ille, ſiue minor, quomodo hæreditatem adire debeat, vide concl.51.num.108. & in Verbo Hęreditas.

Ille, Vidua, & aliæ miſerabiles perſonæ petere poſsũt ſe ad ſupremũ Iudicem medio omiſſo remitti, immò priuilegio miſerabilitatis renunciare non poſſunt, concl. 148. num. 202.

Contrarium tamen, quando ageret cum alia miſerabili perſona, concl.119. n.44.

Vt contrahere poſsit, quæ ſint neceſſaria, vide concl.86.& in Verbo Minor.

Vt poſitionibus reſpondere poſsit, Tutoris authoritas eſt neceſſaria, concl. 148.nu. 36. cum ſeqq.

PVRGATIO attentatorum ex officio Iudicis fieri non debet, quando agi poteſt, per viam ordinariam, concl.78.n.105.

Plura vide in Verbo Attentata.

PVRIFICATIO gratiæ eſt de pertinentibus ad cauſam, concl.168.n 57.

PVTATIVVM Matrimonium, ob præſumptã bonam fidem coniugum in pluribus caſibus reputatur verum, concl. 59 n.93.

PVTATOR ſi incidendo arborem aliquo ramo tranſeuntem interficiat, tunc tale homicidium caſuale dicitur, & qua pœna ille puniatur, vide concl.150.ſub n.11.

Q

QVADRIENNII lapſus & Sententia rem iudicatam confirmans, denegando reſtitutionem in integrum inuicem æquiparantur, concl.86.n.240.

Illius præſcriptio contra quos locum non habeat, vide concluſ. 85. num. 169. cum ſeqq.

Illud, ſiue quinquennium intra quod minor tacens cenſetur contractum nullum ratificaſſe, non incipit currere, niſi à die ſcientiæ læſionis, concl.86.n.252.

Extende vt ibi n 254.

QVÆ à manu Dei proueniunt euitari nunquam poſſunt, concl.89.n.265.

Quæ à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto fiunt neceſsitatis, concluſ. 89. num. 380.

De iure naturę debentur, nullo caſu euelli poſſunt, ibi n.194.

De nouo emergunt, nouum iudicium expoſtulant, concluſ. 43. num 9. & concluſ. 148. num. 148.& prius concl.89.nu.177.& concl. 131.nu.52.

Ex abundanti fiunt obeſſe non ſolent, concl. 14 ſub nu.3.concl.38.nu.42.& concl.128.ſub nu.508.

Fiunt de nocte in locis abditis, & ſecretis ſuſpicione non carent, concl 59.n.102. & ibi ratio aſsignatur.

Generant fauorem non ſunt retorquenda in odium, concluſ. 89. num 93. & concl. 114.nu. 20.

In conſequentiam veniunt, diſpoſitione non mutant, d.conſil.114.n.20.

Quælibet res diſſoluitur eodem modo, quo ligatur, concl.133 ſub nu. 97.

Quælibet res eſt præſumenda talis, qualis fuit producta à natura, & ſic libera, concl.78. nu.44.

Quæ Spiritu Dei aguntur, ſub lege non cadunt, concl. 84. nu.149.& concl.86. nu.141. 172. & 224.

QVÆRELA inoffícioſæ donationis competit Filio pro legitima, etiam ſi donatio Eccleſiæ facta fuiſſet, concl.42.n.253.

In officioſi teſtamenti Patris, vel Fratris turpi perſona inſtituta durat ſolum ſpatio quinque annorum, concl.42 n 11.& 193.

Non cenſetur prohibita, vbi eſt prohibita appellatio, concl.128.ſub n 918.in fin.

Quærela ſi non detur poſt obtentum mandatũ in ciuili, tunc actio criminalis ſilet, concl.35. n.51.

QVALITAS adiecta enti illud qualificat, & in diuerſa ſpecie conſtituit, concl 56. nu.208. & concl.98.n.3 cum pluribus ſeqq.

Adiecta tẽpori intelligi debet, ſecundum tẽpus cui adijcitur, concl.36 n 24 & concl.42.n.110

Qualitas animi, vide Animus.

Appoſita in principali diſpoſitione repetita cenſetur in qualibet eius cohęrentia, concl. 19 n.12.

Aſsaſſinij, ſiue proditionis, quomodò ſit probanda, vide in Verbo Aſſaſſinium

Et quòd qualitas delicti ex circumſtantijs probetur, dixi in concl 7 n 6.

Diuerſa viget inter ſubrogantẽ, & ſubrogatũ, & ideò de vno ad aliũ nõ infertur, concl.128. n.175.

Eſt probãda ab eo, qui ſe fundat in diſpoſitione ipsã qualitatẽ requirente, concl.97 ſub n.68.

Maſculinitatis conſiderata à teſtatore, quando inducat animum conſeruandę agnationis, vide concl.81.n.18.& 34 cum ſeqq.

Mutata cenſetur mutato primo elemento, concl.98 ſub n.3

Quando poſſit à confeſſione diuidi, vide in Verbo Confeſſio.

Quæ foris eminet non præſumitur, niſi ab alligante probetur, concl.100.n 36

Quando eſt cauſa, vt quis audiatur eſt probãda, etiam parte non opponente, concl 78.n.78.

Qualitates à conſtitutione, vel Statuto requiſitę debent omnes præcisè probari, concl.78. nu 24.

In obligatione principali expreſſę in fideiuſſione repetitæ cenſentur, concl.122. n.35.

Quæ ſint exprimendæ, ne gratia ſubreptitia reddatur, vide latè in concl.126 & in Verbo Gratia & in Verbo Litteræ Apoſtolicę.

Qualitatis declaratio facta ad vnũ finem, quoad alium nihil operatur, concl.109.n.10.

Plura vide in Verbo Declaratio.

QVANTITAS, ſiue bona, quando dicatur eſſe in obligatione, vide concl.91 ſub n.14.

QVANTVM poſſeſſum, tantum præſcriptum, & non amplius, concl.166.ſub n.69.

Quarentigia, vide Guarentigia.

QVARTÆ duæ, quando ſint detrahendæ, ſiue vna tantum à Filijs, ſiue à parentibus, vide concl.42.n 292. cum ſeqq.

Quartæ, ſeu legitimę detractio, quando fieri poſſit, prohibitione alienationis non obſtante, vide concl.84 n.65.& ſeq.

Quarta Vxori debita miſerationis cauſa succedit loco alimentorum. & etiam per Fiſcum eſt pręſtãda, nec per Statutũ, vel per Maritũ in teſtamento tolli poteſt, concl 89 n.52.

Fallit, ſi conſuetudo in contrarium extaret, & (ſecundum aliquos) ſi confiſcatio ſit ſequuta ex crimine lęſę Maieſtatis, ibidem.

Plura, vide in Verbo Vxor.

QVASICONTRAHERE dicuntur inter ſe concurrentes ad iudicium, per litis conteſtationem, concl.35.n.12.

Quaſipoſſeſſio antiqua arguit præſumptionem quem iam fuiſſe promotũ, concl.120. n.115.

Illa exigendi per quot annos inducatur, vide concl.48.n.56.& ſeqq.

Et pro quantum tempus amittatur, vide ibid.

Filiationis, quando acquiratur ex nominatione facta à Patre filio, vide concl.78.num.61. cum ſeqq.& in Verbo Filiatio.

Illam filiationis habens dicitur habere intentionem fundatam, ita vt alleganti contrariũ onus probandi incumbat, ibi n.71.

Illa iuris exigendi, ad hoc, vt acquiratur probatio plena, & indubitata eſt neceſſaria concl.103.n.23.

QVEM ſequuntur commoda, illum ſequuntur, & incommoda, concl.170.n.5.

QVI mecum contraxit, mecum agat, concl. 49 num.1.

Qui committit in legem beneficio legis non vtitur, concl.161. n.83.

Qui dicit ſe talem, ſe talem eſſe probare tenetur, concl.78. num.72.

Qui eſt ſub aliena poteſtate, alium ſub ſe habere non poteſt, concl.174 ſub nu.2.

Qui in vno grauatur, in alio eſt releuandus, cõcluſ 89 nu.154.

Quilibet in re ſua allodiali eſt moderator, & arbiter, concl.87.n.127 concl 111.n.29. & cõcluſ 133.ſub n.17.

Quilibet in ſuo officio eſt cæteris præferendus licet extra illud poſtponeretur, concl.137.ſub nu 7

Qui malè agit odit lucem, concl.59 n.102.

Qui non laborat non mãducat, concl 89 n 481.

Qui nunquam habuit ſe pro ſpoliato poteſt pro reuocatione attentatorũ mãdati manutẽſionis vti, nec ſibi pręiudicat, quin fructus per viã attentatorũ reuocare poſſit, concl.160.n.115.

Qui omne dicit, nihil excludit, concl.152.n.20.

Qui præpoſitus eſt ad agendum, ille cenſetur prępoſitus ad recipiendum pretiũ, concl.47. n 55.

QVIETATIONES, quãdo reuideri poſſint, ſub prætextu erroris, vide concl.56.n.201.

Quietationes, receptæ, & confeſſiones, vel ſimiles actus, quãdo fieri poſſint à minoribus, vel eorum Procuratoribus, ſine ſolemnitatibus Statuti, vide concl.86.n.189 cum ſeqq & in Verbo Minor.

QVINDENNIA, quomodo differant ab annatis, & in earum locum ſubrogata fuerint. & ad quem effectum adinuenta, vide concl.110 num.14. & 15.

Quin-

Quindennia, nedum à Camera, ſed etiam ab alijs ius ab ea habentibus exigi poſſunt, cõcluſ.110.n.16.
Et ſoluuntur ab initio ſingulorum quindecim annorum. ibi n 9.
QVIS dicitur habere aliquem pro tali, quando cum eo, vti tali agit, concl.78.n 80.
Quis non debet eſſe ſollicitus de perſona contrahentis, concl.86.n.208.
Quis non debet ſibi victum arctare, vt alimenta alijs præſtet, concl.89 n.119.
Quis talis eſſe præſumitur, qualis in chirographo, ſiue in litteris denominatur, ſi tamen ille de longinquis partibus proficiſcatur, cõcluſ 49.n.29.
QVOD Deus coniunxit homo non ſeparet, concluſ 59.nu.4.
Declara tamen, vt ibidem.
Quod incontinenti fit, tunc ineſſe videtur, concluſ.89.ſub n.281.
Quod per ſe patet non eſt amplius neceſſe probare, concl.128.n.285.398.& 832.
Declara tamen, vt in d.concl.128.n.398.
Quod potui nolui, & quod volui adimplere nequiui regula, quomodo procedat, vide concluſ.35.n.14.& 27.& concl.129 ſub n.110.
Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, concl.131.ſub n.30.
Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt facilè eſt concedendum, immò iniquum eſſet illud denegari, concl.62.n 13.& 99.concl 132.n.36. & concl.144.n 3.
Declara tamen, quòd hæc regula non inducit neceſſitatem, ſed ſolum eſt perſuaſiua ad ita, ſecundum bonos mores, concedendum, concluſ.62.n.14.

R

RAPTORES illi dicuntur, qui puellam virginem, viduam, ſponſam, vel meretricem, per violentiam rapiunt, concl 128.ſub n.489
RATIFICANS Inſtrumentum, in quo obligatio Cameralis aderat, quando appellare poſſit, vide concl.128. nu.715.cum ſeqq. & in Verbo Appellatio.
Ratificare volentes actum eorum nomine in Vrbe geſtum ſufficit, quòd ſeruent ſolemnitates illius loci, vbi fit ratificatio, & in earum defectum ius commune attenditur, concl.86 num.120.
Ratificatio abſentis, quando ſit neceſſaria in iure, ex ſtipulatione, vel alio modo, acquiſito vide concl 9. per tot. & in Verbo Abſenti.
Actus nunquã inducitur, niſi data plena, & diſtincta ſciẽtia iuris, & facti in ratificãte, concluſ.17.n.47.& 55.& concl,131.ſub n.24.
Contrarium tamen in minore, quando actus à principio fuit nullus, concl. 169. ſub n.16.
Alienationis rei Eccleſiæ à Procuratore nulliter factæ non inducitur ex ſcientia Fratrum, vel Canonicorum, ſed requiritur etiam illa Capituli, concl.85.n.31.
Appellationis ſemper à die ſcientię facta pręſumitur, concl.129 n 97.
Capituli validat alienationem rei Eccleſiæ, vel Epiſcopatus factam ab Epiſcopo concluſ.85. num 71.
Extende, vt ibi n.72.
Excluditur per dolum verum tantum, non autem per pręſumptum, concl.86.n.248.
Contrarium, ibi n.251.
Concorda, vt n.253.& vide in Verbo Dolus.
Ea in materia præiudiciali non venit pręſumẽda. concl.131.ſub n.24.
Non inducitur, ex cohabitatione minoris, vel mulieris cum procuratore, niſi fuerit expreſsè facta, concl.86.ſub n.185
Nunquàm extenditur ad validandum actum illum, qui non habet ſuum principium conſeruabile, ibi n.111. & concl.169 ſub n.16.
Extende ibid.in d.concl.169.
Contrarium, ibidem.
Concorda, vt ibidem.
Principalis, quando præſumatur facta de actibus per Procuratorem in lite factis, vide concl.48.n.63.
Siue ſit tacita, ſiue expreſſa nunquàm ſupplet defectum ſolemnitatum in contractu minoris, vel mulieris non adhibitarum, concl.86. nu.110.& ſeqq. & vide latius n.247. cũ ſeqq.
Plura vide in Verbo Acceptatio, & concl.17.
RATIO adminiſtrationis ſemel reddita, quando iterum reddi debeat, & quando non, vide concl.56.n.19.cum pluribus ſeqq.& in Verbo Adminiſtrator.
Si ſit à teſtatore remiſſa non excuſat adminiſtratorem à ſolutione reliquatus, & à bonorum deſcriptione, ne illa in fraudem pupilli committentur, concl.56.n 195.
Eſt reddenda per quemlibet adminiſtratorem, tàm neceſſarium, quàm voluntarium, & illud onus, etiam ad hæredes tranſit, & per triginta annos durat, vtq; executiua in ea reddẽda eſt procedendum, & præſertim in depoſitario, concl.56 ſub n.120.
Ratio habetur pro reddita, quãdo ſtat per eum, cui erat reddenda, quominus reddatur, concluſ 135.n.85.
Declara, vt n.86.
Illius redditio regulariter diuiſionem non recipit, quamuis eſſent mille ſucceſſores, à quibus eſſet inſolidum d. ratio reddenda, concluſ.56.ſub n.131.
Immò quærens trahere reos ad reddendam rationem coram diuerſis Iudicibus eſt puniendus, concl.56.ſub n.130.
Ratio naturalis eſt fundamentum pręſtationis alimentorum, concl 89.n.54.
Illa potius eſt attendenda, quàm crimen Paternum, ibi nu.194.
Facit ceſſare ciuilem, concl.89.n 283.
Ratio, quæ eſt generalior dicto ampliat, & declarat dictum ipſum, concl.84.n.250.
Teſtis illius dictum ampliat, concl. 148. ſub num.335.

Vbi eſt diuerſa, ibi viget diuerſa diſpoſitio, & ſic de vno ad aliud arguere non licet, concl. 68.n.27.concl.133.ſub nu.148.& concl.170 ſub n.13.
Vrgens maioris boni communis, eſt iuſta cauſa, vt Abbas remoueri poſſit, concl.1. ſub nu. 116.in fine.
REAPTARE aliquã rẽ ꝑmittens ſemel reaptãdo adimplet, & ad dãna nõ tenetur, niſi prius intimatio de reaptando fiat, concl.50.n.50.
REBELLIS poteſt de facto, & ſine Sententia, feudo priuari, concl.101.n.7.
IN REBVS Claris, non eſt vlterius diſputandum, concl.128.n.398.
Fallit tamen, vt ibidem.
RECEDENS à Conſilio ex eo, quia aliquo metu liberè conſulere non poſſit, pro contradictore habetur, concl.156. n.30.
Recedere volens à Curia, quando arreſtari poſſit, donec interrogatorijs reſpondeat, vide concl.146 n.20, cum ſeqq.
RECEPTANS eum, qui bannitus exiſtimabatur ſed verè talis non erat, non eſt puniẽdus, concl.19.n.13.& ibi ratio aſſignatur.
Et receptatores rerum furto ſubtractarum, quomodo puniantur, vide concl. 175 n 26.
RECEPTIO munerũ, amplexus, & oſcula non faciunt [illegible] matrimonium d[illegible] n.7.
REC[illegible] quã [illegible] bus, & [illegible] bus Statuti [illegible] 9.cum ſeqq & in Verbo [illegible]
RECI[illegible] tatem officij, illas non lucratur [illegible] adimpleat, etiam ſi ille [illegible] nullũ in [illegible] intereſſe habeat, concl.50.n.17.
Recipiens fructus [illegible] quando cenſeatur rem itere adimplementum partis aduerſę, & pro quo tẽpore, vide concl 50.n.72.
RECLAMANS à La[illegible] do [illegible] non dicitur, concl.128. ſub n 158.
Reclamatio a Sententia Sacri Conſiſtorij, ſi infra decem dies non fuerit per Procuratorem facta, poteſt ſupplere Dominus, ſed dies currunt à die Sententiæ, non autem à die ſciẽtię, concl. 29.n.173.& ibi ratio aſſignatur.
Conceditur à decreto de cuſtodiendo domũ, ſed non appellatio, concl 128 n 323.
Item datur à Sententia Principis, ſed non appellatio, concl.128.n 336.
Pronunciatum non ſuſpendit, veluti facit appellatio, concl.52 n.56.
RECOGNITIO bonæ fidei, quid operetur, vide concl.28.n.1.& 4.
Illa Inſtrũ, & Inſtrumentorũ quandocumq; etiã poſt ſententiã fieri poteſt, concl.148. n.118.
Sed declaratur ibidem.
Et quomodo ſit facienda per manus comparationem, vide late, concl.123.ſub n.36.
Illa manus ſcribentis, quando ſit neceſſaria, & quãdo poſſit fieri per feneſtras, & cancellos, vide ibi ſub n.19.
Et quomodo fiat, & quę requirantur, vide ibi n.25. cum pluribus ſeqq. & latè ſub n.36.
Non eſt neceſſaria in Inſtrumẽto, vel alia Scriptura antiqua, vltra centum annos, concl.120 nu.58.& 70.& concl.123 n.107. cum ſeqq.
Secus ſi Inſtrumẽtum, vel Scriptura eſſent infra centum annos, quia tunc recognitione indigerent, concl.120.n.69
Scripturæ non fit ex aſſertione Notarij facta in illius productione, concl.155.n.112.
Et facta ab vno non nocet tertio, ab eo cauſã habenti concl 123.n.8.
Scrupuloſa non eſt neceſſaria in Inſtrumento ſeptuaginta, vel octuaginta annorum, ſed tunc adminicula ſufficiunt, concl.120.n.69.
Plura vide in Verbo Scriptura.
RECONCILIATIO Eccleſiæ pollutæ, quando ab Abbate fieri poſſit, vide concl.1.n.42. & in Verbo Eccleſia
Reconciliatio ex ſalutatione præſumitur, ſi prius inter aliquos inimicitia aderat, concl. 100.num 31.
Ea inimicorũ licèt fuerit facta, tamen reliquiæ prioris odij remanere ſolent, concl.128. ſub num.644.
Patris cum filio, & è contra, quando [illegible] facta, & ex quibus arguatur, vide con[illegible].42. nu.68. & 71. cum ſeqq.
Item illa Patris cum filio tollit iniuriam, [illegible] non exhęredationem ibi n.68.
Contrarium ibi n.69.
Illa vxoris cum viro, & è contra facta poſt ſuper dictum intentatum, ac Sententiam latã ſuper adulterio, quid operetur, vide concl.69. nu. 23 & ſeqq.
RECONVENTIONIS cauſa eiſdem priuilegijs potitur, quibus ea conuentionis, & quando appellatio non datur ab vna, nec etiam datur ab alia, concl.128.n 910.& 912.
Reconuentio, quando detur reo coram eodem iudice, vide concl.40.n.56.
An detur Laico contra Clericum, coram Iudice ſeculari, vide concl.44.n.80.cum ſeqq.
RECREATIONIS gratia poſſunt Epiſcopi, Abbates, & cæteri Prælati ab eorum Eccleſijs per tres menſes abeſſe, con[illegible] t. num. 107.& concl.97.n.51.
Fallit ſi abſentia detrimentum gregi ſibi commiſſi cauſaret, ibidem.
RECTOR dicens cauſas alienationis rei Eccleſiæ iam confirmatæ fuiſſe falſas, id probare tenetur, concl.85.n.125.
Eccleſiam collapſam reficere tenetur, deductis tamen prius illius alimentis, vel niſi conſuetudo extaret, quòd illud onus ad Populũ ſpectaret, concl.138.n.76.
Rectores nullius Iuriſdictionis ad Synodum ire nullo modo compelli poſſunt, ibi n.93.
Rectori debẽtur alimẽta per Eccleſiam, nõ obſtãte pręſcriptione decimarũ, concl.89.n.440
Et in ſua particulari Eccleſia dicitur Prælatus, Imperator, & Rex, & ſic omnes Capitulares illius Collegiatæ præcedit, & vices Apoſtolorum gerit, concl.140.n.14.

Illius citatio, quãdo ſufficiat ad informationẽ Iudicis, vigore Commiſsionis Apoſtolicæ, ſuper vtilitate Eccleſiæ in alienatione, ſi ille nõ comparuerit, vide concl.85.n.56.

Citatio ad informandum ſuper vtilitate Eccleſiæ, ſi non fuerit facta, ſufficit tamen, ſi Rector fuerit præſens, licèt ipſa citatio requireretur pro forma, ibi n 57.

Item ea non requiritur, quando ipſe quoque ſupplicaſſet Papæ, licèt in cõmiſsione adeſſet clauſula Vocatis vocandis, ibi n.58.& 59. vbi ratio aſsignatur.

Illius conſenſus interueniens, poſt obtentum reſcriptum, ſuper alienatione ſufficit ad eam validandam, ibi n 72.

Ex curſu triginta annorum præſumitur interueniſſe in alienatione talis, qualis eſſe debet, ibidem.

Quando reperitur in aliqua Eccleſia, abſque Capitulo, ipſe habet eandem auctoritatem in alienationibus, quam habet Epiſcopus cum Capitulo, ibi n 321.

Quando non poteſt curę animarũ incumbere ita vt ſit deputandus Vicarius, tunc prius eſt detrahẽda portio de redditibus Eccleſię, pro alimentis Vicarij, licèt id, quod ſupereſt, pro Rectore non ſufficiat, concl 89. n.241.

Renunciare non poteſt priuilegio Eccleſię, licèt tamen illud, per non vſum quadraginta annorum amittatur, concl.103 n 17.

RECVRRENS ad Iudicem, pro obtinenda poſſeſsione alicuius rei, quando poſtea omiſſa via Ordinaria, ipſam poſſeſsionem de facto capere poſsit, vide concl.164.n.19. cũ ſeqq.

Ad Iudices ſeculares, pro impediendis litteris Apoſtolicis, omni iure ſuo priuatur, & in pęnam excommunicationis maioris incidit, concl.126.n 87.

Extende, & limita, vt n 88.& 89. cum ſeqq.

Quando non pręſumatur talis recurſus factus ad inſtantiam illius, qui intereſſe habet, vide concl.126.nu.90.& 91

Et quãdo præſumatur factus à Clericis, & quomodo probetur. vide concl 128 ſub n.240.

Recurſus ad arbitrium boni viri poteſt haberi à Laudo intra triginta annos, quibus tamẽ elapſis, Laudum in rem iudicatam tranſit, concl.129.n.172.

Ad Superiorem dicitur quędam benignitas Superioris ad remouendũ ea, quę malè acta credit, concl.165.n.76.

Et à quo ſint ſoluendæ expenſæ factę in recurſu, vide ibidem.

Recurſu interpoſito, ſi Sententia executioni demandetur, cautione interpoſita, quando illa ſit retractanda, vide concl.165.n.75.

In illo Sententię nullitas, & iniuſtitia allegari poteſt, ibi ſub n.77.

Et in omnibus cauſis cuiuſcunque ſummæ, ſemper admittitur in Tribunali Gubernatoris Vrbis; In illo verò A.C. admittitur in illis tantum, quæ ſummam ſcutorum viginti non excedunt, concl.165.n.79.

Declara tamen, vt ibidem.

Non differt ab appellatione in materia, vt quis ex nouiter deductis audiatur, & ad effectum reuocationis Sententię, ibi n.77.

Quando cenſeatur prohibitus, vbi eſt prohibita appellatio, vide concl.128.n.438. 439. 701 cum ſeqq.& ſub n.918. in fine.

Quando obtinetur idem operatur, quod appellatio, concl.128.ſub nu.436.& concl.165. ſub nu 75.

Plura vide in Verbo Appellatio.

RECVSANS exhibere librum penes ſe exiſtentem. ad quid teneatur, vide concl.78.n. 50.cum ſeqq.& in Verbo Liber.

Reſpondere poſitionibus, vide Poſitio.

Soluere, quando eſt requiſitus, ſpoliare dicitur, ibi n.56.

Recuſatio Iudicis, quando ſit admittenda, & quomodo ea ſit proponenda, vide concl.53. per tot.& in Verb. Iudex, & in Verb. Suſpec.

REDARGVERE de falſo, quando quis velit aliquam Scripturam quid probare teneatur, vide in Verbo Arguere.

PEDDITVS annui, vide Annui redditus.

Reddituum pars, quæ datur, ob adminiſtrationem Cppellaniarum, & Hoſpitalium non dicitur beneficium, niſi perſonæ habili, & in titulum daretur, concl.110.n.13.

REDEMPTIONIS Captiuorum cauſa alienari poteſt fundus dotalis, concl.87.n.20.

Item poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta, dummodo id non fiat animo ſubuertendi fideicommiſſum, concl.87.n.22.

Redimens captiuum propria pecunia, eam repetere poteſt, etiam ſi eo inuito illam ſoluiſſet, concl.89 n.130.

Cenſum à Rectore Eccleſiæ non liberatur, niſi curet reinueſtimentum illius pecunię de nouo fieri, concl.85.n.89.

Rem alienatam, quæ erat prohibita alienari, maculam alienationis, & cõtemptus euitat, concl.42.n.426.& ſeqq.

Eorum otioſitas eſt euitanda, & potius verba impropriari, vel ſuppleri debent, quàm quòd vllum ex eis etiam minimum, nec etiam ſyllaba ſtet abſq; virtute operandi, concl.142. num.116.
Verbum (Deſcendens) eſt naturale, & ſic etiam filios naturales compræhendit, concl. 149. ſub nu.8.& vide in Verbo Deſcendens.
Diſponere, poteſt ex ſubiecta materia robur accipere, & ſic ad vtrumq; actum, tàm diſpoſitionis inter viuos, quàm vltimæ voluntatis extendi, concl.84.ſub n.123.
Fiat, aut (ſiat iuſtitia) quid in memoriali operatur, vide concl.154.n.54.57.& 61.
Liceat, quando liberum, & abſolutum arbitrium importet, vide concl.133.n.151.
Occaſione, cauſam remotam importat, concluſ.83.n.7.
Oportet, arbitrium excludit, & neceſsitatẽ infert. concl.133.n.154.
Placuerit, quid importet, vide ibidem.
Prouidere, quando importet alimentorum præſtationem, & quando protectionem, accommendationem, vide concl.89.num.554. cum ſeqq.
Tradere, quando tranſlationem Dominij importet, vide concl.56.n.104.
Videtur, quid importet, vide concluſ. 133. ſub num.154.
VERBERATIO ſi contingat inter litigantes, vel litis Procuratores, quando ex cauſa litis fieri præſumatur, vide concl 83.num.1. cum ſeqq.
VERGENTIA viri ad inopiam, quando ſit iuſta cauſa reſtitutionis, vel aſſecurationis dotis. & quibus modis iſte caſus contingat, & dicta vergentia probetur, vide concl.152.n. 19 cum pluribus ſeqq.
VERIFICATIO litterarum Apoſtolicarum, vel alterius gratiæ, quando ſit neceſſaria, vide latè in Verbo Gratia, & concl.126.
VERISIMILIS confeſsio facilè pro ſcribente probat, concl.123.n.15.
Veriſimilitudo eſt maximè amica naturæ, & eſt valdè potens ad ſupplendam probationem imperfectam, concl.48.n.16.
Et quid ea operetur inter teſtes, vide ibidem.
VERITAS magis attenditur, quàm communis reputatio ad aliquem puniendum, concl. 19.n.13.
Ea magis attenditur, quàm exiſtimatio, concluſ 150. ſub nu.16.

Neque fallit, neque fallitur, concluſ. 45. num.9.

Vbi ea requiritur, tunc fictio non ſufficit, concluſ.48 num.76.

Illi cedit præſumptio legis, concl.70.n.11.

Et ea magis eſt attendenda, quàm id, quod in præſumptione venit, concl.150 n 16.

VERSIO in vtilitatem vnius, ex quibus præſumptionibus probetur, vide concl. 86. ſub nu. 209.& 213.

In vtilitatem minoris, & Eccleſiæ in contractu mutui per mutuantem eſt probanda, ibi num.209.

Ea non eſt probanda, quando pecunia fuiſſet per Vniuerſitatem legitimè conuocatam mutuò recepta, & ea præſente numerata, concl.85.n.231.& 232.

Sed illa in damnum minoris eſt probanda, ab ipſo minore, quando cum ſolēnitatibus Statuti contraxit, concl.86 n.210.

In vtilitatem autem minoris eſt probanda ab eo, qui ſecum contraxit, ſi contractus fuit nulliter, & ſine ſolemnitatibus factus, concl.86. num.210.

In vtilitatem minoris probatur, ſi ille habeat pecuniam ſaluam, vel aliquid ex ea emptum, aut eam expenderit in cauſam, in qua erat neceſſe expendere propriam, concluſ. 86. num.210.

Pretij alienationis bonorum in vtilitatem minoris non probatur, per aſſertionem tutoris, concl.85.n.242. & concl.86. num.204.

In vtilitatem minoris eſt probanda ab emptore, quando minor ex neceſſitate vendit; ſecus ſi ex cauſa voluntaria, vel vtili, concl.86. num.205.cum ſeqq.

Pretij feudi alienati in cauſam licentiæ eſt ab emptore probanda, concl 85. n.206. & concluſ.87.nu 49.

Pretij rei Eccleſiæ alienatæ in illius vtilitatem, in quibus caſibus, & à quibus ſit probanda, & ex quibus præſumatur, vide concl. 85. nu. 210.cum ſeqq.& prius 119.cum ſeqq.& num. 233. cum ſeqq.

Plura vide in Verbo Vtilitas, in Verbo Eccleſia, & in Verbo Minor.

VESTES, & localia vxori, vel ſponſæ tradita, quando donata, vel ad ornamētum commodata cenſeantur, vide concluſ.115. num. 15. cum ſeqq.

Lugubres, & viduales, quando debeantur vxori viduæ, & eius ſeruis, & quando reſtituendæ veniant, vide concl.89.n.392.cum ſeqq.& in Verbo Vxor.

Illas Vxoris, quādo Maritus reſtituere teneatur in pecunia, vel vſu conſumptas, prout reperiuntur, vide concl.170.n.31.

Veſtitus, quando veniant appellatione alimentorum, vide concl.89.nu.558.cum pluribus ſeqq.

VETVSTAS, & natura ſimul æquiparantur, concl.136.ſub num.14.

VEXATIO dat intellectum, concl.128.n.283.

VIA executiua intentari non poteſt ab eo, qui cœpit agere via Monitorij, concl.78.num. 87.

Et quid in Scripturis publicis, & vltimis voluntatibus ſit ſeruandum, vide in Verbo Legatarius.

Via executiua agere volenti obſtat remiſſoria data aduerſario, quæ proceſſum retardat, concl.78.n.88.

Quando poſſit agi in his, quæ veniunt ex interpretatione iuris, vide concluſ. 167. num. 135.

Non eſt aperienda furibus ad furandum, ſed contra eos rigorosè eſt procedendum, concluſ.70.nu.7.

Ordinaria, quando quis agere poteſt, non eſt locus remedio extraordinario, conclu. 78. num.105.

Publica, quæ dicatur, & cuius ſit, quoad vſumq́, & proprietatem, vide concl.136 n.11.

Publica ſi ſit deperdita caſu inundationis, vel alia neceſſitate, aut pro faciendis foſſis publicis, tunc agri vicinorum capi poſſunt, ſoluto tamen pretio honeſto, concluſ. 77. nu. 6. & 7.

Et multa alia in hac materia dixi in concl.136. ſub num 11.

Vias Ciuitatis ampliantes, quando propria inſignia ibi in eorum memoriam apponere poſſint, vide concl.144 n 1.& 2.

Via vna electa, altera non eſt concedenda, cōcluſ.35.n.1.concl.68.nu.87. & vide concl.96. nu.17.cum ſeqq.

Fallit in his, quæ à noſtra voluntate dependūt, concl.35.n.14.

VICARIATVS non eſt propriè dignitas, quia natura dignitatis eſt, vt ea ſit perpetua, ſed ille eſt ad nutum Epiſcopi amouibilis, & morte diſſoluitur, concl.140.nu 11.

Illius litteræ, quo modo ſint probandæ, vide concl.126.nu 63.& in Verbo Litteræ.

Vicarij Epiſcoporum remittere nō poſſunt denunciationes in matrimonijs faciendas, concluſ 1.n.67.

Illius, & Epiſcopi Tribunal vnum, & idem eſſe videtur, concl.128. ſub n.184. & concl.138. num.21.

Illi nunquàm per generalem facultatem competunt ea, quę vigore priuilegij Epiſcopo cōpetunt, concl.97.n 32.

Vicarijs Patriarchę, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quando competat alternatiua menſium, vide ibi n.32.cum ſeqq.

Illis creditur in pertinentibus ad eorum Officium, concl.155.n.45.

A foraneo, vel generali ad quem appellandū ſit, vide concl.128.n.179 cum pluribus ſeqq. & in Verbo Appellatio.

Illi poteſt fieri commiſsio ab Epiſcopo viuæ vocis oraculo de conferendo beneficio, & ea per teſtes probari poteſt, concl. 126. ſub num.63.

Archiepiſcopi eo abſente Iuriſdictionem contra ſuffraganeos exercere poteſt proferendo contra illos Sententiam interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis, concl.138.n.22.

Et quando poſſit procedere ſine adiuncto dato à capitulo, vide ibi ſub n.7.in fin.

Dicitur aſſociari Epiſcopo in Iuriſdictione, concl.137 ſub n 26.

Extende, vt ibidem.

Item dicitur eadem perſona cum eo, ibidem.

Vicarius Epiſcopi Conſeruator eſſe poteſt, cõcluſ.128.ſub n.787.

Ipſo Epiſcopo abſente præcedit Archidiaconum, & Canonicos, licèt ſecus eo præſente concl.137.n.7.& 22.

Declara, & extende, vt n.23.cum ſeqq.

Quãdo per Archiepiſcopum puniri poſſit, vide concl.138.n.20.

Generalis in Synodo Diœceſana ante dignitates, & Canonicos ſedere debet, nec conſuetudo in contrarium valet, concl.137.n.25.

In exercitio proprij officij eſt præferendus Archipræsbytero; aliàs ſecus, concl.140.n 13.

Iuriſdictionem ordinariam in tota Diœceſi habet, etiam ſupra Capitulum, & ſingulos de Capitulo, concl.137.n.26.

Non eſt perpetuus, ſed ad vitã Epiſcopi amouibilis, & per Epiſcopi obitum expirat, concluſ.140 ſub n.11.

Fallit, vt ibi n.12.

Perſonam Epiſcopi repræſentat, concluſ. 137. num.24.

Quando poſſit authorizare alienationem rei Eccleſiæ, vide concl.85.ſub n.81.

Quando eſt deputandus pro ſeruitio Curæ animarum, cui Rector vacare non poteſt, tunc ex redditibus Eccleſiæ ſunt prius detrahenda alimenta pro Vicario; licèt id, quod ſupereſt pro Rectore non ſufficiat, concl. 89. num.241.

Veluti poteſt ſuam interlocutoriam reuocare, ita, & Epiſcopus, concl.128.n.189.

VICEGERENS ea omnia in Vrbe expedire poteſt, quæ Eminentiſſimus Cardinalis Vicarius, cum ſit vnum, & idem Tribunal, concl. 11.num.47.

VICES plurium, quando quis ſuſtinere poſſit, vide concl.60.n.93.

VICINITAS actus præſumptionem fraudis inducit, concl. 87. num 95. vbi exemplificatur.

Non ceſſat ex eo, quia via vicinalis, aut vicus ſit intermedius, concl.62.n.28.

Vicinus cogi poteſt ad obturandas feneſtras in Monaſterium Monialium inſpicientes; at ſecus ſi inſpiceret in illud Religioſorum maſculorum, ibi n.69.

In concurſu extraneorum prælationem habet in retractu domus contiguæ, dummodo tamẽ clarum ſit ius ſuum ſuper re, aliàs ſecus, ibi num.26.

Quid ſi plures vicini concurrant? vide ibi num. 27.

Non poteſt ius retrahendi transferre, niſi etiã rem ipſam vicinam cedat, ibi ſub n 29.

Non poteſt ædificando ſolem, aerem, vel vẽtum æreę alteri vicino impedire, ibi nu.113. ibi ratio aſſignatur.

Quando poſſit ædificare ſuper ſuo ad libitum, altero vicino inuito, & quando non, vide ibi per totam.

Quãdo poſſit facere canale ad viam publicam in propria domo, vide ibi n.109.

VICTORIA appellantis, etiam eum, qui non appellauit iuuare debet, concl. 129. ſub num. 413.

VICTRICVS, quando teneatur alere priuignum, & quando alimenta ei data repetere poſſit, vide concl 89 n.171. cum ſeqq. & in Verbo Alimenta.

Victricum magis ſolet diligere vxor, quàm filios primi viri, concl.128.ſub n.351.

Et quando mater victricum in tutorem filij eligere non poſſit, vide ibidem.

VIDVA dicitur de agnatione Patris, concl. 81.nu.6.

Illi, quando debeantur alimenta per hæredes Mariti, vide concluſ. 89. num. 339. cum ſeqq.

Quando gaudeat immunitatibus, & priuilegiis viuorum, vide concl.54.n.47.& 48.

Vidua, pupillus, & aliæ miſerabiles perſonæ poſſunt petere ſe omiſſo medio ad ſupremum Iudicem remitti, imò priuilegio miſerabilitatis renunciare non poſſunt, concl.128. num.202.

Plura vide in Verbo Vxor Vidua.

Dicitur perſona miſerabilis, etiam ſi eſſet Regina concl. 128.ſub n.

VIGILANTIBVS, & non dormientibus iura ſubueniunt, concluſ.87.num.15. & concluſ. 135.ſub n 83.

VINCVLA duo fortiùs ligant, quàm vnum, concl.84.n.287.

Secus, quãdo vnum ex illis eſſet impertinens, ibidem.

Illa duo ſcilicet agnationis, & cognationis, quãdo magis ligent, quàm illud ſolum cognationis, & quando ſint attendenda in materia legitimæ, & ſucceſſionis, & quando non, vide concl.42.n.94.

VINEA dicitur ſolita locari per vnam locationem tantum, ad effectum retractus, ſi tamẽ probetur continuatio locationis de eodem tempore, quo retractus intentatur, concluſ. 62. ſub n.19.

Sublegato fundi aratorij ea non continetur, concluſ.127 n.7.

Vinearum inciſores qua pœna puniantur, vide concl.136. ſub n.33.

VINVM venditum, ſi ante menſurationem deterioretur, id in damnum venditoris diligẽtiam non adhibentis reſultare debet, concluſ.144. ſub n.6.

Et maximè, ſi fuerit venditum ad menſuram, ibidem.

VIOLENTIA addita ſtupro reponit illud delictum

ctum

ctam in diuerſa ſpiecie, ita vt amplius quinquennio præſcribi non poſſit, concluſ.98. ſub num.4.
Ea probata ſtatur Iuramento damnum paſſi contra ſubtrahentem rem, vel ſcripturam, concl 104.n.12.
Violentiarum quot ſpecies reperiantur, vide concl. 28. ſub n.489. remiſſiuè.
Violentus poſſeſſor ad quid teneatur, vide concluſ.160.ſub n.266.
VIR carcerari non poteſt ad inſtantiam Vxoris cum ille non teneatur in plus, quàm facere poſſit, concl.152.n.78.& ſeqq.
Ille, & vxor ſũt duo in carne vna cõcl.54.n.45.
Non dicuntur affines ſed principium affinitatis, concl.76.n.2.
Vir honeſtus dici non poteſt, qui eſt excommunicatus, vel alio modo infamis, concl.128. ſub num 558.
Viri honeſti in appellationibus, coram eis interpoſitis in abſentia Iudicis, vti teſtes habentur, concl.128.ſub n.553.
Vir in quibus caſibus fideiuſſores præſtare teneatur vxori pro conſeruanda dote, vide concl.152.n.57. cum ſeqq.
Iniurari non debet vxori, ne vxor iniurietur ſibi & iniurari fœminæ dicitur, quando vir coit cum extranea vxore, & è contra, concluſ 59. num.74.
Nobili eſt credendum, maximè in ijs, quæ ad illius officium ſpectant, concl. 155.num.61. & 62.
Probatæ vitæ, & famæ credendum eſt, etiam ſi aliqua iuris præſumptio aduerſetur, concl. 155.n.63. vbi exemplificatur.
Quando, & à quibus cogi poſſit ad dimittendam concubinam, vide concl.59.n.89.
Quando teneatur de non ratificatione vxoris per eum promiſſa, vide concl.50.n.66.
Plura vide in Verbo Maritus.
Si à ſtatuto prohibeatur aliquid vxori in teſtamento relinquere, neq; etiam poteſt ei cauſa mortis donare, concl.161.ſub n.11.
VIRGINEM corruptam neque Deus ſuſcitare poteſt, concl.150 ſub n.10. & ibi ratio aſſignatur.
Virginitas corporis, vel mentis non maculatur ex attentatione ſtupri, ſi illud non conſumetur, & præſertim, ſi fœmina nedum non conſentiat, ſed immò potius acclamet, concl.74. num.21.
Virgo patiens ſe proſtitui alicui viro non excuſatur à peccato, & à ſtupro; licèt id faciat ad aliquod ſcandalum, vel mortem euitandam, concl.59.n.59.
VIRIDARIVM, quando veniat vendita, ſiue legata domo, vide in Verbo Domus, & in Verbo Hortus.
VIRTVS legis in executione conſiſtit, concl. 165.n.81.
Vnita fortior, concl.148.n.177.
VISITARE, quando poſſit Epiſcopus Eccleſias, & territoria Abbatiæ, etiam exemptæ, vide concluſ. 1. num.45. & in Verbo Epiſcopus.
Viſitatio lite pedente fieri non debet, ibidem.
Viſitationi ab Epiſcopo fiendæ aſſiſtere debent aliqui Canonici à Capitulo eligendi, licèt eorum conſenſus in ea non ſit neceſſarius, ibi n. 46.& vide concl.157.n.3.
Ab illa Eccleſiæ, vel Confraternitatis, aut Hoſpitalis non datur appellatio, concl.128.num. 866. cum ſeqq. & vide in Verbo Appellatio.
Illius forma à viſitatoribus ſeruanda qualis ſit, vide remiſſiuè in d.concl.128.n.869.& concl. 157.ſub n.3.
Viſitatoris aſſertioni valdè deferendum eſt circa qalitates beneficiorum, concluſ. 140. ſub num.2.
VITA, & militia eſt onus feudi, & loco portionis, concl.154 ſub n.80.
Debetur per Primogenitum ſecundogenito, etiam aliundè habenti, niſi cõſuetudo adeſſet vt tota hæreditas primogenito tribueretur, concl.89 n 223.& 228.
Extende, & limita, vt d.n.228.
Etiam ſpurio debetur, ibi n.229.
Non debetur tranſuerſalibus, vt puta à Patruo Nepoti ex ſecundo genito concluſ. 89. num 230.
Debetur ſecundogenito, etiam ſi Pater ei aliquod feudum reliquiſſet, ibi n.231.
Debet eſſe in pecunia, ſicut legitima, concluſ. 89.n.232.
Et quanta eſſe debeat, vide ibidem remiſſiuè.
Eſt fauorabilior, & opulentior legitima, concl. 89.n.568.
Debetur per primogenitum ſecundo genito de fructibus feudi, deductis tamen oneribus, & expenſis, concl.90.n.41.
Intellige tamen de illis expenſis, quę fiunt gratia fructum, & non de alijs, vt ibidem.
Non eſt minuenda propter ſolutionem Dotæ, vt ibidem.
Morte extinguitur, ſicut alimenta, concluſ. 142.n.86.
Vita hominis in ſocietate officij, aut tranſitu per loca periculoſa, quomodo licitè pecunia accepta aſſecurari poſſit, vide concl.151.n.33. cum ſeqq.
Quando ſit ponenda pro amico, vel pro Patria, vide concl 100.n.12.
Vitã, aut mortem allegans eam, vti fundamentum ſuæ intentionis probare tenetur, concl. 120. n.121.
Sed quibus teſtibus ſit magis credendum, an ſcilicèt illis deponentibus de vita, aut illis de morte. vide ibi ſub n.222. in fine.
VITALITII Cenſus, quando à muliere ſine ſolemnitatibus emi poſſint, vide concl.86.nu. 181.
VIVARIA dicuntur ea loca, vbi feræ viuunt, & nutriuntur, concl.165.ſub n.65.
VIVERE vſq; ad centum annos, quando quis præſumatur, vide concl.120. ſub n.121.

VLTIMA derogant prioribus, concl.131.ſub num.58.

Vltima diſpoſitio eſt attendenda, quādo in eodem teſtamento duæ inuicem contrariæ reperirentur, concl.84.n.287.

In vltimis voluntatibus fit lata interpretatio, in contractibus verò ſtricta, concluſ. 142. num.29.

Et in illis nō ſemper maſculinum concipit fœmininum, concl.142.n.30.

VLTIMVS Status beneficii eſt attendendus, ſed quando mutatus dicatur, vide concl.126. ſub num.11.

VMBRA arborum agris, & corporibus humanis eſt nociua, concl.132. num. 56. & concl. 136.nu.34.

Vmbra eſt aer Sole carens, ob aliquod corpus denſum obiectum, concl.136 nu.35.

VNIO beneficiorum, quando fieri poſſit, ab Abbatibus, vide concl.1.nu.156.& ſeq.

In ea, quando ſit exprimendum ius exigendi annatas Capitulo competens, ad hoc, vt ipſa vnio ſubreptitia non dicatur, vide concl. 110.nu.3.cum ſeqq.

Illa, ſeu annexio ex enunciatiuis antiquiſſimis Pontificum probatur, concl.120.nu.99.

Non poteſt fieri ab Archidiacono; at ſecus à Vicario, concl 137 nu.29.

Contrarium licèt aliqui teneant, etiam in Vicario, vt ibidem.

VNI per alterum non debet iniqua conditio inferri, concl.84.ſub nu.32 concl 87.num.94. & prius concl.50 ſub n.18. concl.62. nu.6.& concl.128.ſub nu.774.

VNIVERSITAS admitti poteſt ad allegandā ſuſpicionem omiſſam, per viam reſtitutionis in integrum, concl.128.n.667.

Extende, vt n.668.cum ſeqq.

Ea, & collegium abſolutionem à iuramento petere tenetur, quando contra actum iuratū venire intendit, ſi tamen viuant illi, qui iurarunt; at ſecus ſi eſſent mortui, concl.11.n.16. & ibi ratio aſſignatur.

Ex antiquitate temporis legitimè congregata cenſetur, concl.120.nu.129.

Legitimè congregata indiſtinctè obligatur ex pecunia mutuo recepta, abſq; quòd verſio in eius vtilitatem per creditorem probetur, concluſ 85.n 231.

Intellige tamen, vt ibi n.232.

Mentiri, vel dolosè agere non præſumitur, concl.85.num.231 & ibi ratio aſſignatur.

Procuratorem conſtituens, quæ obſeruare, & in hoc, quomodo ſe ingerere debeat, vide cōcluſ 85. nu.236.& concl.86.nu.225.&ſeqq.

Pupillo æquiparatur, & illius priuilegijs gaudet, concl.86.n.225.

Ea, vel Congregatio eſt dignior, quàm ſit perſona ſingularis, concl 137.n.28.

Vendi poteſt, & tunc homines veniunt acceſſoriè; immò illi etiam inuiti alienātur, concl. 87.n.126. & 127.

Eam conuenire volens debet prius petere, vt ei Syndicus conſtituatur, concl 86.num.226.

Illius bona, quando alienantur, tunc ſolemnitates adhiberi debent, concl.86.n.225.

Sed quando etiam ſine ſolemnitatibus alienari poſſint, vide ibi ſub n.226.

Eius negotia ſæpè negliguntur, & ſerius expediuntur, ibi ſub nu.226.

VNVS non eſt numerus, ſed principium numeri, concl.76.n.2.

VOCATI ordine ſucceſſiuo, quomodo ſuccedant, vide concl.149.ſub n.27.

VOLVNTARII actus non plus ligant, quàm voluntas fit, concl.62, n.14.

VOLVNTAS alicuius ad turpia, & inhoneſta nunquàm extenditur, concl.34.n.10.

Etiam ex actu nullo depræhenditur, concl.47. num.41.& concl.84.ſub nu.39.

Intellige tamen, vt dicta concl.47.nu.41.

Et quando dicatur coacta, ſiue ſpontanea; Itē quando ea ſuffragetur, & quando ſecus, vide concl.47.n.44.& ſeq.

Et quando per verba generalia declarata dicatur, vide concl.165.nu.48.

Illa, & animus agētis ex modo, & forma procedendi colligitur, concl.155.n.65.

Ex acquieſcentia decem annorum mutata præſumitur, concl.120.n 139.

Hominis eſt ambulatoria vſq; ad mortem, concluſ.84 ſub n.287.

Semper eſt potentior, quæ declaratur facto, quàm animo, concl.48.nu.24. & prius concl. 17.ſub num.42.

Teſtatoris, quando ex actu nullo inducatur, vide concl.25.n.32.& ſeqq.& concl.47.n.41. cum ſeqq.

Ea vti lex inuiolabiliter eſt ſeruanda, ibi nu.64. & concl.84.n.23.& 45.

Et quando per hæredem declarari poſſit, vide concluſ.51.n.9.cum ſeqq.

Voluntates teſtatorum, quando Princeps mutare poſſit, vide concl 144.n.23.& 24.

VOTA filiorum, quando ſint inualida, vide concl.1.n.80.

Monachorum, quando poſſint ab Abbate diſſolui, vide ibidem.

Per Auditore Rotæ ſunt taliter ferenda, ne in cæteris inſtantijs ea retractari debeant, niſi ex rationabili, iuſta, & nouiter producta cauſa, concl 168.ſub n.25.

Votare in Congreganionibus debent primò iuniores, & antiquioribus definitio reſeruatur, concl.120.n.106.

Voti obligationem, quando Papa tollere poſſit, vide concl.66.ſub n.19.

Votum captandæ mortis dicitur voluntarium, & ſolum ex hominum voluntate proueniens, & ideò non vitiat cōtractum aſſecurationis, nec donationes cauſa mortis, ſiue teſtamenta, vel legata, concl.151.nu.36.

Conſultiuum, vel deciſiuum, quæ perſonæ habeant in Synodo Oecumenica, vide concluſ.1.num.105.

Continentiæ, ad effectum ſeparationis thori

non probatur per aſſertionem coniugum, concl. 155. n. 119. & ibi ratio aſsignatur.

Conſultoris, arbitri, adiuncti, vel aſſeſſoris, quādo quis requirere, aut ſequi debeat, vide concl. 156. n. 1. & prius concl. 53. n. 9.

VOX vna, quando conſtituatur in aliqua præſentatione per vocatos nomine collectiuo, & altera conſtituatur per aliam perſonam ad illum actum particulariter electam, vide concl. 48 nu. 67.

Vox publica, quomodo, & à quibus ſit probāda, vide concl. 145. n. 10.

VRBANVM prædium, quomodo dignoſcatur à Ruſtico, & quando Vrbanum fiat ruſticum & è conuerſo, vide in Verbo Prædium.

VSVARIVS Syluæ ligna vendere non poteſt, niſi ſylua, cuius vſus eſt ſibi relictus eſſet adeò remota, quòd nullo alio modo vti poſſet, niſi vendendo, concl. 136 n. 16.

VSVCAPIO, & præſcriptio ſub appellatione alienationis comprehenduntur, concl. 84. nu. 111.

Fallit in caſu priuilegiato, veluti dotis, & alimentorum. ibi n. 111.

VSVRA dicitur turpe facinus, & valdè homini pernicioſum, & ſceleſtum crimen, concl. 161 num. 6. 7. & 8.

Et ea propriè committitur in mutuo, ſed in alijs contractibus impropriè, ibi n. 50.

Vſura dicitur illud, quod, ob dilatam ſolutionē tribuitur, ibi n. 67.

Vſuræ anteſati, vel dotis, quando debeantur, vide concl. 118. nu. 12. cum ſeqq. & in Verbo Anteſatum,

Vſuræ crimen, an ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ſit mixti fori, vide concl. 161. nu. 30. & 33 cum ſeqq.

Vſuræ dotales, vti onerum matrimonij recompenſatiuæ debentur viro, abſq; vlla interpellatione, concl. 50. n. 56.

Sed non debentur, quando fuit data dilatio ad ſoluendam dotem; concl. 161. n. 68.

Declara tamen, vt n. 70.

Vſuræ effectus quis ſit, vide ibi n. 7.

Et illius exceptio manutentionem non impedit, quandiu ſuper validitate contractus diſcutiatur, ibi ſub n. 31. & 34.

Si ſit clara retardat executionem obligationis Cameralis, vel Inſtrumenti, promiſsionis, aut laudi iurati; ſecus ſi ſit dubia. & altiorem indaginem requirat, concluſ. 161. num. 78. 79. & 80.

Plura vide in Verbo Exceptio Vſuræ.

Illæ in Dominium recipientis non tranſeunt, ibi n. 29

Ita currunt appellatione pendente, ſicut ante concl. 129. n. 10

Maiores, quando cenſeantur remiſſæ ex receptione minorum, vide concl. 89. n. 245.

Non poſſunt, neq; à ſponte dante ſolui, nec à Papa remitti, concl. 161, num. 28. & ibi ratio aſſignatur.

Et multo minus vſuræ vſurarum dantur; licèt id fallat in intereſſe pupillari, in quo illæ vſuræ vſurarum dantur, vt ibidem

Item fallit, quando vſuræ vſurarum deuenerūt ad notabilem ſummam, quia tunc illæ non dicuntur vſuræ, vt ibidem.

Eius præſumptio ceſſit, vbi alia præſumptio capi poteſt, concl. 161. n. 62.

Et in dubio pro excluſione vſuræ venit præſumendum, concl, 145. n. 47.

Pupillares, quando abſq; mora, vel interpellatione debeantur, vide concl. 161. n. 44.

Non excluditur ex contraria aſſertione à partibus facta, concl. 155. ſub n. 125.

Per eum probanda venit, qui illam allegat, concl. 161. ſub n. 62.

Probatur per teſtes ſingulares, nec nō per eos, qui ſub vſuris receperunt, concl. 161. ſub nu. 35. & 57.

Item illius prauitas ex coniecturis probatur, ibi num. 57.

Vſurarij ad reſtitutionem vſurarum receptarū tenentur, & pro illis eorum bona hypothecata fiunt, concl. 161. n. 8.

Illis poteſt Princeps arbitrariè pœnas imponere, ibi n. 15.

Poteſt vltra reſtitutionem in Regno Neapolis, etiam pœna publicationis bonorum irrogari, ibi ſub n. 8.

Contra vſurarium, cum publicatione bonorū condemnatum, pendente tempore ad appellandum, executio fieri non poteſt, concl. 129. num. 27.

Vſurarium dicitur illud pactum, quod ſi perierit res, ſuper qua cenſus imponitur, ille ſuper alijs extantibus impoſitus cenſeatur, concl. 161. num. 75.

Extende, vt num. 76. & 77. & vide in Verbo Pactum.

Vſurarius, an à pœna temporali per conſuetudinem excuſetur, vide concluſ. 161. nu. 20. & 21.

Dicitur contractus, quādo emptio reddituum ſolitum modum excederet, ibi n. 40.

Dicitur contractus, quando pœna adijcitur dationi quantitatis, ibi n. 58.

Declara tamen, vt n. 59. cum ſeqq.

Dicitur contractus, quando ſolutio eſt facta pro arrenda anticipatè, concl. 145. num. 47. & concl. 161. n. 71.

Contrarium habetur, ibi concl. 145. n. 47.

Dicitur contractus, quando dantur animalia, vt dicitur à ſocida, concl. 161. n. 72.

Declara tamen, in concl. 108. nu. 1. cum ſeqq. & vide in Verbo Animalia.

Non præſumitur contractus, quando fœnoris ratio ceſſaret, vel ſi publicè, & palam, ac inter nobiles perſonas, ſiue vrgente neceſſitate fuerit celebratus, concl. 161. nu. 54. cum ſeqq.

Nunquam talis redditur contractus, ex promiſſione alimentorum voluntaria, concl. 89. num. 259.

Præſumitur contractus, ex pacto redimendi, quando

quando quis eſſet ſolitus fœnerari, & pretiū eſſet modicum, concl 94.ſub nu.15.& concl. 161.num.64.
Declara, vt in concl.94.n.16.& concl.161.nu. 63.cum ſeqq.
Quando eſt contractus vſurarius, nec fœminę excuſantur ad effectum percipiendi fructus, nec bona fides illorum acquiſitionem eſſe licitam facit, concl.161.n.73.
Vſurarius non poteſt agere, neq; excipere contra alium vſurarium, ibi num.83. & ibi ratio allegatur.
Talis non eſt contractus, vbi fuit appoſitum pactum, quod capitale reddatur, prout extat in fine ſocietatis; at ſecus, ſi ſimpliciter diceretur, quòd illud eſſet omnino ſaluum, ibi num 72.
Reputatur contractus, vbi fuit taxatum intereſſe ab initio, concl.161 n.41.
Extende, & declara pluribus modis, vt ibi ſub num 42.cum ſeqq.
Teſtari non poteſt, licèt teſtamentum reconualeſcat, ſi poſt illud cautio præſtetur, ibi num 9.
Quid in donatione cauſa mortis? & quid ſi poſt factum teſtamentum iterum vſuram cōmittat? vide ibi n.10.cum ſeqq.
Vſurarum cauſa non ſolum bonam fidem, & æquitatem non recipit, ſed nec etiam præſcriptionem admittit, ibi n.74.
In earum crimine procedi poteſt per fiſcum deſiſtente parte, ibi n.19.
Illarum iudicio pendente in cauſa principali, ſuperſederi debet, ibi n.31.
Fallit, quando ageretur interdicto retinendæ ibidem, & n.32.
Eas non poteſt Princeps permittere Iudeis, ſed de conſuetudine ad euitandum maiora mala contrarium ſeruatur, concluſ.161.num. 14 & 16.
Vſuræ vſurarum dantur in intereſſe pupillari, ibi ſub num.28.
VSVS communis loquendi proprietati verborum, & veritati derogat, concl.149.n.5.
Probatur, quādo quis ait aliquid à ſenibus audiuiſſe, ibi n.6.
Stagni, paludis, & lacuum in dubio priuatus præſumitur, concl.94.nu.24.
Difformis, quando ſit attendendus, vide concluſ.148.n.339.& ſeq.
VSVFRVCTVARIÆ non debentur alimenta per modum prouiſionis, quando ex vſufructu legato ſe alere poſſet, concl 90.n.30.
Amplia, & limita, vt n.31.& 32.
Vſufructuario, quando ſpectent arbores vi ventorum deiectæ, vel quando eas incidere poſſit, vide concl.136 nu.1.& 13.cum ſeqq.
Ille debet habere in re omnes illos fructus, qui naturaliter percipi poſſunt, concluſ. 136. num 14.
Recuperat omnes impenſas, & melioramenta facta in re, cuius vſumfructum habebat, concl. 62.nu.123.
Vſufructu bonorum legato veniunt etiam bona poſt teſtamentum augmentata, concl.170 num.28.
In vſufructu habet locum ius accreſcendi, licèt non in alimentis, concl.89.n.473.
Alicui relictus vſufructus non extinguitur, ob profeſſionem Religionis, ibi n.488. & 505.
Contrarium, quando de contraria mente teſtatoris appareret, ibi n.489.
An conſtitui poſſit ſuper bonis alienari prohibitis, vide concl.84.n107.226. & 230.
Ille dotis actori obtinenti, pendente reclamatione, debetur, concl.157.n.20.
Dotis non ſolutæ, iuxta conſuetudinem Neapolis debetur ad rationem duorum tarenorū pro qualibet vncia; licèt ſecus ſit de rigore iuris, concl.157. ſub n.20.
Ille, & adminiſtratio, quando competat Patri in bonis filij, vide latè in concl.86.n.82. cum ſeqq. & in Verbo Pater.
Et alimenta, quando debentur, tunc alimenta ſunt præſtanda pro quantitate reddituum, nō autem bonorum, concl.90.n.33.
Imputandus per filios, vel ſimiles in legitimam per iudicium peritorum venit verificandus, concl.42.n.706.
Omnium bonorum, quando ſit imputandus in legitimam filij, & vxoris, vide concl.42.num 591. & ſeq.
Patri, quando in bonis acquiſitis à filio prohibitus cenſeatur, vide concl.86.n.86. & ſeqq.
Propria auctoritate percipitur, alimenta verò de manu hęredis, concl.89.n.474.
Quando per filium Patri acquiratur, vide in Verbo Filius.
Qui debetur condemnato capitaliter ceſſat, & finitur in confiſcatione bonorum condemnatione ſequuta, concl 89.n.470.
Reſpectu alimentorum eſt, veluti genus reſpectu ſpeciei, & ideò legatum vſuſfructus plus continet, quàm illud alimentorum, concluſ. 89.n.472.
Vxori relictus viuentibus filijs importat tantū alimenta, ipſis verò mortuis naturam pleni vſuſfructus aſſumit, concluſ.89. num.203. & 204.
Extende id multo magis procedere in Nouerca, ibi d. num.203. & plura vide in Verbo Vxor.
VTERINOS fratres, vel ſorores, an quis alere teneatur, vide concl. 89. nu. 233. & ſeq.
VTILE per inutile vitiatur in indiuiduis, ſecus verò in diuiduis, & capitulis ſeparatis, concluſ.17.n.24.concl.45.n.12.concl.86.n.13.14 & 17. concl.151. ſub num.13. & concl. 157. num.14.
Vtilitas agriculturę, quæ ſit, vide concl. 82. num.2.
Dependens à caſu non eſt iuſta cauſa alienationis rei Eccleſiæ, concl.85.n.204.
Eccleſię dicitur cauſa finalis alienationis illius, ita vt ſi ea non probetur alienatio reſcindi poſſit, ibi nu.2.

An

An ſufficiat in alienatione, ſi non concurrāt ſolemnitates, vide concl. 85 n 3.
Vbi in controuerſia deducitur, teſtes in iudicio ſummario examinati non probant, concluſ. 85 n. 14.
Fallit, quando probationes in iudicio ſummario eſſent plenariæ, ibi n. 15.
Debet eſſe clara, & indubitata, ad hoc, vt reſcriptum Apoſtolicum in forma, ſi in euidentem, &c. ſuffragetur, ibi n. 64. & 118.
Ad illius validitatem, an debeat eſſe perpetuò duratura, ſeù ſufficia: eam talem à principio apparere, vide ibi n. 119.
Sed deſtingue ibi ſub n. 207. cum ſeq.
Item, quando dicatur talis, vide ibi n. 119.
In alienatione, ex quibus præſumatur, vide ibi n. 122. cum ſeqq.
Licèt, ex confirmatione alienationis in dubio præſumatur, id tamen fallit, quando de contrario, & præſertim ex actorum inſpectione appareret, ibi n. 126.
Item fallit, quando celeriter & abſque matura cauſæ diſcuſſione, & cognitione fuerit deuentum ad interpoſitionem decreti, concl. 85. num 127.
Præſumitur, quando aliqua res eſſet alicui cōceſſa pro maiori ſumma, quàm in licitatione fuerit repertum, ibi n. 130.
Item ea apparere dicitur, quādo conceſſio eſt facta in perpetuum, pro ea quantitate, pro quā fieri ſolebat, quando ad tempus concedebatur, concl. 85. num. 131. & ibi ratio aſſignatur.
Præſumitur ex ſententia data pro euidenti vtilitate, vigore reſcripti in forma, ſi in euidentem, &c. ibi n. 135.
Et probatio in contrarium debet eſſe plena, & concludens ibidem.
Præſumitur, ex pacto, quòd melioramenta cedant ad Eccleſiam finita linea concluſ. 85. num. 139.
Quando eſt inſpicienda ſemper eſt habenda ratio fluminis vicini, & bannitorum acceſſus, ibi n. 144. & 227.
Vtilitas, & ſolemnitas in alienatione rei Eccleſiæ, ex lapſu triginta annorum adhibitæ præſumuntur, ibi n 148.
In alienatione præſumitur ex beneplacito Apoſtolico, ibi n. 155.
Extende, vt n. 158. cum ſeqq.
Quando in alienatione illius, ſit inſpicienda ſolum in principio, vel etiam in fine, diſtingue, vt ibi n. 207. & ſeq.
In quibus contractibus, & à quibus ſit probanda, vide ibi n. 213. cum ſeqq.
Ad effectum validandæ alienationis inſpicitur de tempore contractus, concluſ. 85. num. 217. & 329.
Quando eſt probanda in alienatione non ſolū habetur reſpectus valoris fructum, ſed etiam rei, ibi n. 229.
Quando eſt conſideranda in bonis alienari ſolitis, attendendum eſt tempus vltimi, contractus, non autem primi, ibi num. 284.
Quanta eſſe debeat, vt Emphyteuſis concedi poſſit, id eſt arbitrarium iudici, concluſ. 134. num. 25.
Expreſſa in confirmatione Apoſtolica, ſi non iuſtificetur, confirmatio nō ſuſtinetur, concl. 85. n. 209.
Vtilitas minoris debet eſſe releuans, vt eius cōtractus valeat, ibi n. 206.
Illa, vt contractus ſine ſolemnitate factus ſuſtineatur, non in augendo patrimonio, ſed in eo non diminuendo conſideratur, concl. 86. num. 229.
Publica eſt præponenda priuatæ, concluſ. 79. num. 5. concluſ. 85. num. 231. & concluſ. 111. n. 7.
Putatiua, quando ſufficiat in alienatione, rei Eccleſiæ, vide ibi n. 208.
Illi publicæ ſi non conſulatur, id etiam in damnum Eccleſiæ redundat, concluſ. 111. ſub num. 5.
Putatiuæ ſtatur, quando in alienatione rei Eccleſiæ eſt ſeruata forma à iure requiſita; aliàs ſecus, concl. 85. n. 288.
VVLNERATVS in dubio preſumitur mortuus ex negligentia, quando Medicus non fuit adhibitus, concl. 89. n. 375.
Vulneris appellatione non venit vulnuſculum, concl. 100. ſub n. 29.
Vulnus, quando cauſa litis illatum fuiſſe preſumatur, vide concluſ. 83. n. 1. cum ſeqq.
Vulnerata, quādo dicatur obligatio Cameralis, ſiue potius Decretum, vide concluſ. 128. n. 726.
VXOR dicitur pars corporis viri, ita vt conceſſum vni, alteri quoque conceſſum cenſeatur, & non debent ad imparia iudicari, concl. 54. n. 45.
Dicitur Mariti imago, & dum eſt in viduitate dicitur adhuc in matrimonio, & in Mariti ſeruitio remanere, concl. 89. n. 281.
Illam accipiens, ſine vlla mentione dotis cogere poteſt, nedum illius Patrem ad conſtituēdam ſibi dotem, verum etiam ipſam mulierē, quando eſſet diues, concl. 85. n. 275.
Ea, & filij habent hypothecā ſuper bonis mariti & Patris reſpectiuè pro eorum alimētis, tām conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto contra tertios poſſeſſores, concluſ. 89 num. 75. & 279.
Faciens venire ad ſe homines adulterandi cauſa, facit preſumi adulterium eſſe notoriū, concl. 59 n. 101.
Gaudet omnibus priuilegijs eius marito conceſſis, etiam ſi priuilegium aliquod fuiſſet ſingulariter, & diſpenſatiuè, contra ius commune conceſſum, concl. 54. n. 45.
Vxori filij naturalis debentur alimenta per Patrem, concl. 89. n. 72.
Indotata dicitur perſonam ſuam dare pro dote, ibi n. 327.
In hęreſim lapſa, ſi poſtea pœniteat, maritus eam recipere, & alere, ac cum ea cohabitare tenetur,

tenetur, concl.89. num.295. & ibi ratio aſſignatur.

Illi non competit actio ad fructus dotis contra promiſſorem dotis, quando dos fuit promiſſa viro ipſa abſente, niſi ſit ei ceſſa actio à viro, vel eius hæredibus, conclnſ.89. num. 352.

Non debet nocere negligentia viri in exigenda dote, concl.87. nu.31.

Inops, & indotata ſuccedit viro locupleti in quarta parte, concl.89.nu.280.& 281.ratio aſſignatur.

Et ad id talis inopia debet eſſe de tempore mortis mariti, aut incontinenti ſuperueniſſe, ibi num.281.

Fallit tamen, quando ea haberet Patrem, aut Matrem diuites, ibi n.283.

Prætendere non poteſt quartam in bonis viri, quando ſine eius, ac ſuę agnationis dedecore proprijs manibus elaborãdo, & cum fructibus ſuæ paruæ dotis viuere poſſet, concluſ.89.n.282.

Item non debet habere quartam in bonis viri, quando haberet, nedum Patrem diuitem, aut Matrem, ſed etiam fratres diuites, à quibus alimenta recipere poſſet, ibi nu.283.& ſeq. vbi ratio aſſignatur.

Extende idem procedere, quando haberet dotem, cum qua ſecundo viro nubere poſſet, ibi nu.286.

Non poteſt conſequi quartam in bonis feudalibus, & Emphyteuticis, ſed tantum in eorum fructibus, veluti nec etiam in proprietate aliorum bonorum, quãdo haberet filios tempore mortis viri, qui poſtea decederent Matre ſuperſtite, ibi n.289. cum ſeqq.

In quibus caſibus poſſit fundum dotalem alienare, vel obligare, vide concl.84. n.141. cum ſeqq. concl.86.num.121.cum ſeqq. concl.87. nu.17.cum ſeqq.& concl.89.n.295. In Verbo Alienatio, & in Verbo Fundus dotalis.

Illi, quando debeantur alimenta per virum, vide concl.89 nu.268.cum ſeqq.

Et ſi ei aliquid reliquerit, quando illud voluiſſe compenſari cum iuribus anni luctus cenſeatur, vide ibi n.397.

Quando eſt illi relictus vſusfructus, deinde etiã alimenta, tunc vtrunq; ob eam geminationẽ debetur, ibi n.586.

Illius alienatio conſtante matrimonio non valet, ſed eo diſſoluto valida efficitur, concl. 87.num.16.

Confeſſio facta ſine ſolemnitatibus ad fauorem viri valet, quando pro ea adminiculum concurrit, concl.55.n.34.

Donatio facta viro non valet, ſed per mortem vxoris conualidatur, ſi mulier vſque ad illud tempus in donatione permanſerit, concl.87. n.16.

Vxoris ducendæ cauſa, ſi fiat alienatio rei litigioſæ, tunc ea in fraudem facta non præſumitur, concl.87.n.90.

Illius læſio, quando fideiuſſiſſet pro viro, de quo tempore ſit conſideranda, vide concl. 86.ſub n.23.

Vxoris obligatio facta pro excarcerando viro an ſuſtineatur, ſi ea pœnitus indotata remaneret, vide concl.86.num.146. cum ſeqq. & concl,87.n.21.

Sæuitia illata per virum, ex quibus probetur, ita vt ſit locus cautioni de non offendendo, vel non, & multa alia, vide in concluſ.134. ſub n.33. & prius concl.59. num.74.& concl. 89.n.308.

Illi virũ accuſanti de adulterio, & illud non probanti bonè conſulitur, ſi vir in poſterum cautionem præſtiterit de ea benè tractanda, concluſ.59 ſub nu.74.& ibi docetur, quando mulier poſſit virum accuſare de adulterio, & è contra.

Licèt ſit adultera non tamen deſinit eſſe vxor, concl 89.n.292.

Maritum bannitum licitè recipere, & alere poteſt, cum calamitates viri moderatè ferre teneatur, concl.89.n 194.

Mortuo viro, vt poſſit conſequi fructus ſuę dotis, iudicialis interpellatio eſt neceſſaria, concluſ.89 n.347.

Sed quãdo ea interpellatio remiſſa cenſeatur, vide ibi n.350. & n 363. & 364.

Mortuo viro cauta dicitur, ſi ſtatim dotem ſibi ſolui curauerit, aut hæredes in mora conſtituerit, concl.89.n.359.

Non poteſt inuito marito Monaſterium ingredi, & Religionem profiteri, concluſ.89. num.301.

Non poteſt cogi recipere dotem in pecunia, ſi teſtator dederit ei facultatatem eligendi, quod ipſi videbitur, concl.91.n.5.

Poteſt promittere pro viro ex cauſa dotis Filię communis, non obſtante Statuto Vrbis de ſolemnitatibus in contractu minoris, & mulieris loquente, concl.86.n.167.

Quando accuſare poſſit de morte mariti, vide concl.26.n.58.& ſeqq.

Quando auctoritate propria poſſit mortuo viro poſſeſſionem rei dotalis capere, vide concl.164.n 29.

Quando bona mariti iure proprio, vel iure familiaritatis poſſidere cenſeatur, vide concluſ.152.n.43.cum ſeqq.

Quando dicatur habere notitiam contractus, per virum, eius nomine facti, vide concl.87. num.30.

Quando fuit à marito expulſa, ſine rationabili cauſa illi eſt reſtituenda dos, & donatio propter nuptias; ſecus ſi propria auctoritate, & ſine iuſta cauſa diſcederet, concluſ. 89. num. 304.

Et quę dicatur iuſta cauſa, relinquitur arbitrio Iudicis, & talis cauſa probationes neceſſarias, & indubitatas requirit, ibidem.

Quando non eſt ſufficienter dotata petere poteſt ſupplementum, pro modo facultatum & natalium viri, & vxoris, concl.68. num. 27.

Quando

Quando, ob adulterium viri poſſit petere ſeparationem thori,& religionem inuito viro profiteri, vide concl.59 nu.9.cum ſeqq.& in Verbo Separatio thori.

Quando,ob viri ſęuitiam non teneatur redire cum viro, etiam fideiubente de eam bene tractando, ac de non illam offendendo, vide concl.134 n.33.cum ſeqq.

Quando, ob vergentiam viri ad inopiam de ſua dote aſſecuranda veniat, vide concl.42.n.744.concl.152.n.19. cum pluribus ſeqq. & in Verbo Dos.

Quando poſſit fideiubere pro marito, vide concl.16.num.21.cum ſeqq.& num. 165.cum ſeqq.

Quãdo poſſit,vel teneatur ſubuenire filijs primi matrimonij,marito inuito,vide concl.89. num.173.cum ſeq.

Quas operas viro pręſtare teneatur, vide ibi num.414.

Quicquid acquirit, ad euitandam turpis quæſtus ſuſpicionem,ex bonis viri acquiſiſſe cenſetur, cõcl.29.n.16.

Fallit in concubina, & in vidua poſt annum luctus ibidem.,

Recedens à viro,ex eo,quia concubinam teneret, dotem,& illius lucrum petere poteſt,cõcluſ.89.n.307.

Extende idem procedere, quando recederet, ob mariti ſęuitiam,vel capitales inimicitias, quæ cum ea,vel cum ſuis vigerent, ibi num. 306. & 307.

Relicta vſufructuaria,viuentibus filijs alimenta tantum habere debet, ipſis verò mortuis plenum vſumfructum conſequitur, concl.89. num.203.204.386.cum ſeqq. & 404.&.406.

Extende, & declara,vt ibi d. concl.89 nu.34. & 387.404 & 405.

Relicta vſufructuaria,extraneis hæredibus inſtitutis, non tantum alimenta,ſed etiam plenum vſumfructum habere debet, concl. 89. num.390.

Contrarium, ibi n.405.

Relicta tutrix illorum,qui ſibi dotem ſoluere debent, ſi non curat eam ſibi ſolui tempore adminiſtrationis ſuæ tutelę, tunc nec alimẽta, nec fructus dotis conſequi valet,concluſ. 89 num.391.

Extende,vt ibidem.

Si moriatur ex eo, quia Maritus illi alimenta negabat, vel ei ægrotanti Medicum non adhibuit,tunc maritus dotem non lucratur, concl.89 n.375.

Et in dubio mortua præſumitur, ob non adhibitum Medicum, ibidem

Fallit pluribus modis,vt num.376. & vide in Verbo Maritus.

Vxor ſi ſteterit per decem annos in procedendo contra tertios,pro aſſecuratione,vel reſtitutione ſuę dotis, amplius contra eos procedere non poterit, concl.152.n.43.

Solet magis diligere virum viuentem, quàm filios primi, concl.128.num 361.

Stante negligentia viri in exigendo ſuam dotẽ poteſt ipſa agere pro exactione,etiam ſi non ſibi,ſed marito ſit facta promiſſio, concl.89. num.352.

Extende,vt n.352.& 353.

Tenetur ad obſequium viri,& eum ſequi, etiam ſi eſſet magnus ribaldus, & legum contemptor, ibi nu.302.

Vidua non debet conſequi intereſſe dotis,quãdo dos eſſet ſibi reſtituenda in bonis teſtatoris, aut in pecunia, ad eius electionem, niſi per dictam electionem hæres in mora cõſtituatur,ibi n.363.

Quando teneatur laborare ad commodum hæredum mariti, vide ibi n.370.

Vltra alimenta debet, etiam habere veſtes lugubres,& viduales, niſi conſuetudo vrgeret in contrarium, & ea per hæredes viri probaretur,ibi n.392.

Extende, quòd etiam ei debeantur paramenta lugubria,& lectus vidualis,ibi n.393.

Subextende, quòd huiuſmodi veſtimenta debeantur, etiam ſeruis Magnorum Dominorum,ibi nu. 394.

Declara tamen,quòd ipſa veſtimenta lugubria compẽſantur cum vſufructu omnium bonorum, quando ei fuerit à viro relictus, ibi nu. 395.

Si intra annum luctus ad ſecunda vota conuolet, tunc veſtimenta lugubria amittit,& ſic ea reſtituere cogitur, concl.86.n.396.

In Cathalonia,vltra alia iura anni luctus conſequitur etiam annulum aureum, & vnum ex iocalibus mediocribus, arbitrio boni viri, concluſ.89.nu.397.&concl.115 n.14.

Illius potius, an viri dicantur bona in domo vnius ex coniugibus reperta,vide concl.152 ſub num.43.

F I N I S.

Legatoria
R. SALVAREZZA
Via Val Sass[illegible]
Tel. 899[illegible]